

Prijatelju [illegible] na uspomenu

[illegible]

7. XII. 1937

4 vols
2400.—

INNOCENT XIII's DEDICATION COPY IN RED MOROCCO

BIBLIA SACRA vulgatæ editionis ... Bibel Oder Heilige Schrifft ... von der Römisch-Catholischen Kirch bewährten Übersetzung: Mit Vorgesetztem Lateinischen Text ... Zum ersten mahl also eingericht Von P. Thoma Aq. Erhard ... Augspurg 1723. 4 vols. Engr. frontis. Preliminaries in red & black. 4to. The dedication copy bound in magnificent red morocco. Sides & backs richly gilt, the former into a panel-design with the papal arms of Innocent XIII in centre: the eagle supporting mitre and the holy keys. Gilt edges, gauffered. A superb specimen of binding and extremely well-preserved, except for a few darker spots & a couple of wormholes. Text occasionally very slightly foxed. ...... 2400.—

This diaglot version has not been found in Darlow & Moule. As a note to no. 4229 is entered as follows, „In 1722 a new Roman Catholic version of the Bible by T. A. Erhard appeared at Augsburg, f°.“, indicating that the actual work had not been consulted. It has German-Latin parallel text, and the dedication has been adressed to Pope Innocent XIII who owned the four volumes. A large inserted photograph (from 'Fotografia pontifici, Roma' showing 3 diplomats flanked by Swiss Guards) dated 1937 indicates that the set has been connected with papacy for long.

4 vols.

The Dedication Copy

BIBLIA
SACRA
LATINO-GERMANICA
Oder
Lateinisch- und Teutsche
BIBEL.



Iacob Andr. Fridrich fecit A.V.

BIBLIA
SACRA
VULGATÆ EDITIONIS

AUCTORITATE SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII.
PONT. MAX. RECOGNITA;

NOTIS

Theologicis , Historicis , & Chronologicis

ILLUSTRATA
Studiô

P. THOMÆ AQ. ERHARD
ex Ord. S. Benedicti
in antiq. & exempto Congregationis
ANGELICÆ WESSOFONTANO
Monasterio Theologi & Professi.

CUM LICENTIA SUPERIORUM
&
Speciali Sac. Cæs. & Reg. Cath. Majestatis Privilegio.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Sumptibûs Joannis Strôtter, Bibliopolæ.
Typis Antonii Maximiliani Heiss. MDCCXXIII.

TABULA
OMNIUM LIBRORUM.

Primus Numerus partem, alter paginam, littera S. partis secundæ subdivisionem notat.

Biblia

Oder

Heilige Schrifft

Deß Alten und Neuen

Testaments/

Nach der Uralten / und in Latein gemeinen/ auch von der Römisch-Catholischen Kirch bewährten Ubersetzung;

Mit

Vorgesetztem Lateinischen Text treulich auf jetzige Art zu reden Zum ersten mahl also eingericht

Von

P. THOMA AQ. ERHARD
S. Benedicti Ordens.

Mit Erlaubnuß der Oberen;
Auch Röm. Kayserl. und Königl. Cathol. Majestät allergnädigster Gnad und Freyheit.

AUGSPURG
Verlegts Johann Strötter / Buchhandler.
Gedruckt bey Antoni Maximilian Heiß / Buchdruckern. 1723.

In Nomine JESU omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum; & omnis LINGUA confiteatur, quia Dominus JEsus Christus in gloria est Dei Patris. *Philipp. 2. 10.*

Im Nahmen JEsu sollen alle Knye sich biegen/ deren / die im Himmel und auf Erden/ und unter der Erden seynd. Und sollen alle ZUNGEN bekennen/ daß der HErr JEsus Christus sey in der Herrlichkeit GOttes deß Vatters. Philipp. 2. 10.

SANCTISSIMO PATRI
INNOCENTIO XIII.
PONTIFICI
MAXIMO.

I. QUærent multi, BEATISSIME PATER, quâ tandem nos fiduciâ nixi ex remotis Germaniæ finibus hunc librum non tam in Beatissimas manus, quàm dulcissimos amplexus tuos mittere præsumpserimus. Respondere possemus, & dilaudare tuam eximiam pietatem, quâ præterito anno Gloriam S. Benedicti tuo sanctissimo Nomini inscriptam admisisti: extollere beneficia, quæ, cùm apud Helvetos provinciam Pontificii Legati obires, in Angelicam nostram

tram Congregationem contulisti. Sed hæc fastis nostris, cùm in angustiis epistolæ constringi non possint, computamus. Quare loco responsi reponimus cor tuum, quod solum pro mille responsis erit.

II. Nam liber iste Liber librorum est, ad quem, si cum Philosophis loqui velimus, *relationem* habes tutoris ad pupillum, philoceutæ ad exulem. Olim in fines orbis terræ delatus omnibus gentibus jura dabat, nunc integris regnis, & totâ (quod sine gemitu non dicimus) prope Africa exactus postponitur Alcorano, Milesiisque fabulis. Etiamnum, licèt ringatur orcus, titulô primogenituræ, auctoritatis maximæ, veritatísque summæ præ omnibus libris gloriari solet & semper gloriabitur: attamen si parumper in sublestæ fidei didascalos mentem convertimus, videri posset pupillus absque patre, ita illius in dicasterio divino consignata jura convelluntur. Sed convelli possunt, non refelli Te PATRE, Te TUTORE.

III. Et Deus ipse tantam ejus curam gerit, ut divino sui *a* oris oraculo certos nos esse jubeat, nec *jota unum, nec unum apicem* interiturum, *donec omnia fiant*, ac nomine longè potiori sibi factum existimet, quàm quidquid uni *b ex minimis* ejus fecerimus. Licèt enim antiquitas egregios libros jactitet suorum auctorum prolem: nunquam tamen libros Perihermenias tam æquis nominibus sobolem Aristotelis dicere possumus, uti debemus Sacram Scripturam progeniem Dei. Hanc námque laudem sibi meritò vindicat. *Ego, c* inquiens: *ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam.*

IV. Et tanti Patris tantam prolem quis non amet? quis eidem exornandæ non omnes ingenii opes lubenter conferat? Haud equidem inficias eo nil par meritis omni nostro studiô ad illius ornatum, cultúmve conferri posse: attamen cùm ipsamet etiam *pilos caprarum*, vilissimum ornamenti genus, haud *d* spernat, & sacra Synodus Tridentina gratanter *e* admittat doctorum virorum in operâ tam piâ conatus; nostrum quoque symbolum sub Tuis SANCTISSIME PATER auspiciis afferre ausi sumus. Vestivimus illam paludamento Germanico, & cyclade Latina, seu Latino, & Germanico idiomate instruximus. Per orbem, quod optamus, ituræ dedimus in ordinata chronologia à mundo condito litteras commendatitias, ut sic etiam mediocriter doctis antiquissimi sui stemmatis ceras velut oculis exhiberet.

Exin (Numine suam gratiam affundente) confidimus secuturos effectus, quos TUA SANCTITAS potissimùm quærit, & optat. Vota tua feruntur in metam, in quam collimabant Gregorii M. Leones, Nicolai, aliíque

a Matt. 5. 18. b c. 10. 42. c Eccl. 24. 5. d Exod. 35. 23. e Correctores Rom.

que Antecessores tui, ut gloria Dei, sanctæque Matris Ecclesiæ Imperium ad ultimam thulen proferatur, ut everso vitiorum dominatu virtus quaquaversum regni sui fines explicet. Huc autem quantum emolumenti Sacra Scriptura ferat, nôrunt omnes genuini Ecclesiæ filii, nihilque prope majori desideriô ab Opt. Deo impetrare contendunt, ac ut illa à sacris viris in perenni pretio, usúque habeatur.

V. Ut igitur & usum facilem, & pretium cognitum quoquo modô faceremus, præter linguæ Latinæ ad textum *Vulgatæ* fideliter exactum, & Germanicæ ad puriorem phrasin ubique advocatum idioma adjunximus locos parallelos, non raró explicamus voces, sensúsque quotidianam lectionem fugientes, capitibus præfiximus Summaria, quæ Lectoris intellectui facem præferant, aliaque infra benevolo Lectori referenda præstitimus, quæ TUÆ SANCTITATIS excelsum sensum videbantur proximiùs attingere. Hócque (licèt modico) labore nostrô volumus orbi testatum, quantum cupiamus, ut non Germania solùm, sed & ultima tam occidui, quàm orientis solis regna Sacram tibi Scripturam consecrent, profiteantúrque, ejuratis pessimæ irreligionis suæ erroribus TE omnium sacrorum Supremum Principem, & verum Christi Vicarium. Tunc enimverò novam orbi faciem, in eorum præcipuè SS. Patrum sententiâ polliceri possemus, qui si non omnium, certe majorum malorum pessimam scaturiginem neglectum sacræ Scripturæ dicunt. Si námque verum, quod ne *a* veteris quidem Romæ Philosophum latuit. *Longum iter est per præcepta, breve, & efficax per exempla: plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus.* Quanta litteratus orbis in morum culturâ lucra faceret; si non solùm legeret fidem Abrahæ, mansuetudinem Davidis, Machabæorum fortitudinem; sed etiam perpenderet, hæc ab ipso Dei dicasteriô produci exempla, quibus ut nulla potest subesse falsitas, ita etiam vis insita sit ad evertendam omnem vitiorum machinam, & inserendam omnium virtutum copiam: Suam in libris spartam semper feliciùs exornant exempla, quàm coturnatæ personæ in theatris, *sic est*, teste Theodosii Imp. *b* præcone: *exasperat homines imperata correptio, blandissimè jubetur exemplô.* Quid igitur efficiet exemplorum exemplar Servator generis humani, qui *c via, veritas, & vita* in his libris omnia perfectissimè facta exhibet, quæcumque nobis facienda incumbunt? Operum graphicam imaginem à Matthæo, Marco, Luca, Joanne quin etiam, licèt in umbra, à Moyse, Davide, cæterisque hagiographis expressum tenemus.

)()(VI.

a Senec. ep. 60. *b* Latinus Pacatus. *c* Joan. 14, 6.

VI. Quid igitur à piissimo Numine flagrantioribus precibus impetrare velimus; ac ut SANCTITAS TUA sacros hos Libros gratanter accipiat, suæque gratiæ favoribus quàm plurimos provocet, qui non solùm suæ, sed etiam alienæ vitæ ectypon ad illud prototypon elaborent. Hæc eorum lucra velut cupimus in utroque Latino, & Germanico horizonte centies multiplicari: ita vovemus, ut singula vertant in Tuæ Tiaræ ornamentum, magisque luceant in coronato vertice Tuo, quàm achates, & pyropi, tandémque (si D. Petri proximiùs attigeris annos) transferantur in æviternæ gloriæ Tuum diadema, quô coronatus inter maximos cœlestis Imperii Principes honorari merearis. Interim autem ut inter mortales immortalibus, & in omnes fastos ituris meritis fines sanctæ Matris Ecclesiæ latissimè provehas, omnium piorum preces ardenter efflagitamus, & corda nostra ad sanctissimos tuos pedes deponimus tanquam totidem ora diu, noctúque ad Deum clamantia, ut sicuti *ipsô donante placita* semper *cupis, ita etiam tota virtute perficias.*

Wessofonti in Monasterio Benedictino Superioris Bavariæ post reparatam orbis salutem 1722. die præsentatæ Deiparenti sacra.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimus, devotissimus, & obligatissimus filius THASSILO Abbas cum suo Religioso cœtu.

Cen-

CENSURA.

Biblia Latino-Germanica, ſolerti ſtudio Reverendi P. Thomæ Erhard publicæ luci parata, eò digniora typis cenſeo, quò major utilitas Orbi Germanico, quà latè Catholicus audit, ex illis naſcitura ſperatur. Nam Opus iſtud Capitum Summas, ſeu Summaria, ut vocant, ſingulari induſtria ritè dividit, Latinum Textum Vulgatæ Editionis fideli & ſincera Verſione Germanicè reddit, ac eundem brevibus, clariſque Notis elucidat, adeóque panem fractum Germaniæ volenti legere, & intelligere, comedere, & in Domino nutriri, apponit; ac inſuper omnibus Lectoribus ſplendidam lucem præfert, ut intelligant ſenſum litteralem, & unà aſſurgant etiam ad ſpiritualem. Temporum quoque ratio, quæ hinc inde apponitur, proba eſt, & utiliſſima. Itaque gratulor tam præclari Operis Authori, ac univerſo ſacro, cujus membrum ſe profitetur, Ordini juſtiſſimam Gloriæ meſſem; & ſperatos ex nobiliſſimo conatu, & partu fructus tum Reipublicæ Chriſtianæ, tum Authori animitus precor, paritérque Opus, quod luce publica digniſſimum cenſeo, iterum, iterúmque omnibus Divinorum Codicum Lectoribus, Studioſis, & Verbi Dei præconibus vehementer commendo. Auguſtæ Vind. 14. Decemb. 1722.

Franc. Joſeph. de Handl, SS. Theologiæ Licentiatus, Reverendiſſimi & Sereniſſimi Princ. & Epiſc. Auguſt. Conſil. Eccleſ. Major Pœnitent. & Libror. Cenſor.

Imprimatur H. S.

Ex Vicariatu 14. Decemb. 1722.

JOAN. GOTTHARD L. B. de Vehlin,
Vicarius Generalis.

APPROBATIO
Congregationis Benedictino - Bavaricæ.

NOS ILDEPHONSUS Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Abbas Weichenstephanensis, p. t. Congregationis Benedictino - Bavaricæ sub titulo SS. Angelorum Custodum Præses Generalis &c. Præsentem Scripturam Sacram Latino-Germanicam ab Adm. Rev. P. Thoma Erhard, Monacho & Theologo Wessofontano ex Vulgata Editione congestam, notísque Marginalibus, novis Summariis, variique generis Indicibus illustratam, eò libentiùs, quantùm in Nobis est, in lucem prodire publicam permittimus, quòd non solùm Authorem in hoc Viro habeat de re Christiana, & ascetica jam aliàs non uno Volumine publico optimè meritum; sed à Reverendissimo quoque Officio Augustano, pro decantatissimo suo in Ecclesiam, Nostráque Sacra studio ardenter expetita, & plurimùm simul suo in partu promota fuerit & protecta. In quorum fidem & commendationem præsens Chirographum manu propria & Officii nostri sigillo firmatum dedimus, in Exempto Monasterio Weichenstephanensi prope Frisingam die 29. Maji 1722.

L. S.

ILDEPHONSUS Abbas p. t. Congreg.
Benedictino-Bavaricæ Præses Generalis.

FA-

FACULTAS
Reverendissimi & Amplissimi Domini Abbatis Wessofontani.

NOS THASSILO Abbas Monasterii SS. Apost. Petri & Pauli in Wessobrunn Ord. S. P. Benedicti, & exemptae Congregationis SS. Angelorum Custodum in Bavaria, dilecto Conventuali nostro R. P. Thomae Erhard facultatem concedimus, ut Sacra Biblia in idiomate Latino & Germanico juxta sese posito ad Vulgatas & probatas Editiones elimata, novísque Summariis & aliis utilibus notis à se vestita, in bonum eorum, quibus puritas Divini Textus, & Sacrae Scripturae studium cordi est, typis evulgare valeat. Actum in eodem nostro Monasterio Wessobrunnensi die 8. Sept. Anno 1722.

L. S.

THASSILO Abbas.

Privilegium Cæſareum.

CArolus VI. Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. &c. Agnoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis, quòd, cùm Nobis Noſter Sacríque Romani Imperii fidelis dilectus, Joannes Ströter Bibliopola Auguſtæ Vindelicorum, humillimè exponi curârit, quem in modum Patris Thomæ Erhard Ord. S. Benedicti Biblia Sacra Latino-Germanica Notis Theologicis, Hiſtoricis, & Chronologicis illuſtrata, adjectis indicibus Biblico, Etymologico, Chronologico, Geographico, & Myſtico in Quarto Prælo committere reſolverit; vereatur autem, ne æmulorum invidiâ hanc editionem imitantium impendii & laboris ſui fructu fruſtretur. Ideóque Nobis demiſsè ſupplicârit, quatenus ejus indemnitati Privilegio Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſſimè dignaremur, Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ ejus petitioni annuendum cenſuerimus. Ac proinde authoritate Noſtra Cæſarea omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis & aliis quibuſcumque rem librariam, ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus & interdicimus, nequis ſuprà nominata Biblia Sacra Latino-Germanica ſub hoc alióve titulo ſeu in totum vel pro parte, cum vel ſine Notis, ſub dicta aliáve forma per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii & Regnorum, Ditionúmque Noſtrarum hæreditariarum fines recudere vel aliis recudenda dare, aliorſúmve impreſſa apportare citra præfati impetrantis ejuſdémque hæredum & ſucceſſorum voluntatem & aſſenſum in ſcriptis obtentum auſit vel præſumat. Siquis verò ſecus faciendo Privilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemneréque præſumpſerit, eum non ſolùm ejuſmodi Exemplaribus ubicumque locorum repertis perperam quippe recuſis ſeu apportatis (quæ dictus Joannes Ströter ſive propria authoritate ſive Magiſtratûs illius loci auxilio ſibi vindicare poterit) de facto privandum, ſed & decem marcarum auri puri pœnâ Ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo, & Parti læſæ ex æquo pendenda omni ſpe veniæ ſublatâ, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte libri impreſſus inveniatur, & conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Imperii Regnorúmque & Dominiorum Noſtrorum Hæreditariarum ſubditis, & fidelibus dilectis tam Eccleſiaſticis quàm Sæcularibus, cujuſcumque ſtatûs, gradûs, aut Ordinis extiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu exiſtentes vel ſuo vel Superiorum ſuorum loco aut nomine jus, juſtitiámque adminiſtrant, ne quemquam Privilegium hoc Noſtrum Cæſareum violare, ſpernere, aut transgredi patiantur, ſed ſiquos contumaces compererint conſtitutâ à nobis mulcta eos puniri & quibuſcumque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam Noſtram indignationem prædictámque pœnam evitare voluerint. Harum teſtimonio litterarum manu Noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur in Civitate Noſtra Viennæ die 30. Martii Anno milleſimo, ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo Regnorum Noſtrorum Romani duodecimo, Hiſpanicorum decimo nono, Hungarici & Bohemici verò undecimo.

Carolus

(L.S.)

Vt. Frid. Carl Com.
de Schonborn.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis
proprium J. S. Hayeck de Waldſtätten Mpp.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

§. I.

Utilitas, & præstantia facræ Scripturæ.

I.

Sacra Scriptura refrigerium generis humanæ,

I. SIne benevole Lector, ut antequam Deum in his facris Bibliis loquentem audias, te Gregorius Doctorum nostrorum Max. affari queat [O quàm mira est, *a* exclamat: profunditas eloquiorum Dei! Libet huic intendere, libet ejus intima, gratiâ duce, penetrare. Hanc quoties intelligendo discutimus, quid aliud, quàm sylvarum opacitatem ingredimur, ut in ejus refrigeriô ab hujus sæculi æstibus abscondamur. Et ad Theodorum scribens: *quid est*, *b* ait, *Scriptura Sacra, nisi quædam epistola Omnipotentis Dei ad creaturam suam?* quæ legentibus lumen affundit, ut vitanda, & facienda intelligamus, & intellecta ut faciamus, infundit ignem. *Scriptura Sacra* c *mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus.* Gregorio cum omni Doctorum choro magnus ille spiritualis vitæ magister Dionysius Faucherius adstipulatur: Angelum Monachum Forojuliensem ad studia Scripturarum cohortans. [Hæ sunt, *d* inquit: Fili charissime, quæ statui nostro ex Ordinis nostri professione, institutionéque propriè congruunt; reliquæ verò (scientiæ) quæ liberales dicuntur, harum ancillæ, & quasi coadjutrices sunt.]

epistola Dei. Speculum animi. finis omnium scientiarum,

Ven. Gerardus Belga fatetur se minimùm ad duas quotidie conciones vocari, Paulum *e* inquiens: audio, si Epistolam sub Sacro, Christum, si Evangelium lego. Arnoldus Carnoten. toties videbatur sibi paradisum ingredi, quoties Sacram Scripturam. Sed hac de re nemo dulciùs mellifluo Doctore præclaris argumentis *f* ostendens, omnium illorum, si non frontibus, certè mentibus æternæ ad cœlestem coronam prædestinationis luculentum signum inscriptum esse, qui Deum in sacris paginis loquentem frequenter audire solerent.

concio divina, hortus Dei, signum prædestinationis,

2.

illicium animorum,

Nec immeritò. Nam sæpè paucula divini Codicis verba hominum animos ad eum virtutis cursum concitârunt, ut velut oris divini tuba exciti ad summum omnis sanctimoniæ fastigium eniterentur. S. Antonius M. Eremitarum parens cui debet magnitudinem suam, nisi pauculis Sacræ Scripturæ verbis? Illam audiit prælegi *g* Simeon Stylita, & mox in columnam enixus, stetit multis annis terras inter, & cœlum, ipse factus multorum collabenti pietati fortis columna. S. Ephrem *h* cùm S. Basilio M. sacram paginam legenti aures daret, vidit ejus linguam velut vivum carbonem penitus ignitam, ut non tam verba, quàm incendia spargere videretur. *i* S. Augustinus in tam alto hæreseos lethargo sepultus jacebat, ut ne prolixis quidem, eum fletibus S. Monica mater expergefacere posset. At ubi vocem è cœlis audiit: Tolle, lege; tolle,

le, lege, sustulitque, qui fortè aderat, Divinum Codicem, ac *k* illud Pauli: *non in comessationibus, & ebrietatibus &c.* legit; omnem torporem ita excussit, ut deinceps omnis Viri vita non tam profectus, quàm cursus ad sanctitatem dici posset. Nempe verba Dei pungunt, & ungunt, & semel immissa per aures intima cordis penetrant, ut pigeat per viam virtutis ire, & currere delectet. Ac iste quidem vigor animorum variis ex causis nascitur. *l* S. Franciscus cùm suos Fratres de divinis oraculis differentes eminus spectâret, vidit speciosum præ filiis hominum Christum JEsum in forma pulcherrimi adolescentis se colloquentium choro peramanter miscere, placidóque vultu singulis benedictionem impertiri. Ad idem prope spectaculum invitata S. Theresia conspexit piissimum Servatorem ineffabili gloriâ circumfusum, ac, ut ipsa *m* refert, ex ejus divino ore percepit verbum omnibus Sacrorum Bibliorum cultoribus jucundissimum. Ego, inquit filia valde delector, si homines sermone Sacri Codicis Sacramenta tractent, eorúmque soleo colloquiis interesse. Hæc quidem Christus Seraphico Patri exhibuit, ac Seraphicæ Matri dixit. Sed nullum finem dicendi facerem, si omnium sacrarum Familiarum Parentes ferè paria monimenta allaturos niterer proferre. Pietas non sinit, ut magnum meum parentem Benedictum silentio prætergeam. Hic sanctus Legifer in sola Regula ad minimum centies quadragies septies Sac. Biblia in terminis formalibus, ut vocant, citat; & cuilibet propè capitulo gemmas quasdam ex cimeliarchio veteris vel novi Testamenti depromptas inserit.

vita spiritûs

Noverat nimirum Vir spiritu Dei plenus, verbis & sententiis Biblicis quendam cœlestem vigorem inesse, ut pii Lectores non rarò cum S. Petro *n* exclament: *Domine ad quem ibimus?* Tu solus doces veram sapientiam: *verba vitæ æternæ habes*, quæ, Te donante pium, & obsequentem discipulum illuminant, & inflammant, dirigunt, & animant, efficiúntque doctiorem, & meliorem.

3. execrabilis inferno

Hæc bona bene novit omnium bonorum hostis diabolus. Quare nihil solertiùs agit, ac ut homines ab usu Sacræ Scripturæ abducat. Mentitur illam ænigmatis scatere inaccessis, aliósque proponit libros velut magis utiles ac jucundos, ut à sacra ad profanam lectionem traducat. Si sic votis potiri nequeat, ad alia convertitur arma, & dolis tœdia miscet. Unde pius asceta, *diabolus, o* inquit: *nullò modò magis convincitur, & confunditur; quàm cùm ei à fidelibus Scriptura Sacra objicitur.* Nec quisquam insciam caveretur, Clypeus enim est sacra pagina: etiam ab imperito agonotheta inferis objecta pro mille mœnibus esse potest. Quæ res magno Abbati Anglorum Gilberto de Hollandia tam explorata visa fuit, ut cuique non tantùm sacrorum virorum, sed etiam sacrarum virginum diceret hortans: *Memento p os tuum cœlestibus osculis, & oraculis consecratum. Sacrilegium puta, siquid non dulce, non divinum, non de sancta pagina sonet.*

Jucunda universis.

Et quæ Dei pietas est, nec illi quicquam opponere queunt, qui eloquentiæ ornatum in libris sectantur. Siquidem teste *q* Ven. Beda *Sancta Scriptura cæteris omnibus scripturis non solùm auctoritate, quia divina est; vel utilitate, quia ad vitam ducit æternam; sed & antiquitate, & ipsa præeminet positione dicendi.* His, aliisque causis permoti Sanctæ Ecclesiæ palatini, Doctores, & Patres intelligo, sese vehementiore, ac dici queat, affectu ad legendum sacras paginas incitârunt.

4. Æstimatur maximi

II. Magnus Cantuariæ Doctor Anselmus hîc prope metam votorum, precúmque suarum invenisse videtur. Aliquando Deum compellans; *per Scripturas, p* inquit:

quit [r]: *tuas rationi meæ conferas gustare, & videre, quomodo florens hic mundus tanquam spongia inanis est, & omnis concupscentia ejus aceto amarior.*

Qui in hoc alveari mella reperit, ei deinceps omnis mundi voluptas absynthium videtur, & cum Spanheimen. Abbate [q] proponit: *Omnes mundi honores, atque divitias, quamdiu vixero, studio postponere decrevi Scripturarum.* Præfertur omnibus dignitatibus

Neque hæc decreta fuerunt inania, sed innumeros protulére fructus, uti patet unam, alterámve insignem bibliothecam lustranti. Nam ecce! primo statim aspectui integer ibi vastorum voluminum exercitus objicitur. Si illorum nomina quæras; fuére Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii cum innumeris prope sequacibus. Nullus Ordo vel status Ecclesiæ est, qui per viros illustres & insignia commentaria in Sacram Scripturam ingentem splendorem è sacris paginis non receperit. Quantum gloriæ suis commentariis clero contulerunt Franciscus Salesius, & Alphonsus Tostatus? Ordini S. Basilii ipse Basilius, & Joannes Chrysostomus? Ordini S. Augustini (Nostrates consultò taceo) Hugo à S. Victore, & Ægidius Columna? Ordini Carmelitano duo Thomæ, à Jesu, & Waldensis? Ordini S. Francisci S. Bonaventura, & Alexander Alensis? Ordini S. Dominici Hugones duo, Cardinalis, & Carensis? Nec priscis Ordinibus cedunt novi: cui ignotus est è Soc. Jesu Cornelius à Lapide? ex familia Theatina Aloysius Novarinus? ex Capucinorum Jacobus Boalduc? ex aliis alii? Si vero virorum istorum dotes nosse velis; fuére sanctitate & scientia clarissimi, fulcimenta Ecclesiæ, luminaria mundi, duces ad omnem virtutem expertissimi. 5. Illustratur commentariis

Eorum multi ut in tam difficili provincia satìs instructi comparerent, summis laboribus sacrarum linguarum, præter Latinam, Græcæ, Chaldaicæ, & Hebraicæ, sibi peritiam compararunt. B. Rhabanus, Isidorus Clarius, Ambrosius Camaldulensis, aliique, quos [t] alibi referam, velut inter Græcos, aut Hebræos nati fuissent, tam eruditè illorum idiomati insueverunt. peritiâ linguarum 6.

At longè plures afferre possem, quibus sacræ paginæ lectio adeò crebra, fervidáque fuit, ut potiorem illius partem memoriâ retinerent: ut videre est in vita S. Germani, S. Theoderici, S. Guntheri, S. Ansemi Ep. Luccen. S. Gregorii Papæ, aliorúmve Divorum. Mandatur memoriæ 7.

III. Ex his ultro liquet, quàm crebrò sacra volumina legendô, & relegendô versârint. Alphonsus Aragoniæ Rex utrumque Testamentum quater decies (quis non miretur tantam in regia purpura diligentiam?) quater inquam decies, neque cursim, sed presso vestigiò unà cum commentariis evolvit. In Regum, & Cæsarum pulpitis sacros libros cernimus, & nos tœdiosuli integros dies, & menses à saluberrimo hoc labore vacuos abire non lugemus! Multi in dulcissimo Dei verbo, nescio quid amaroris comminiscuntur. Sed Trithemius hæc commenta refutans; *non est in eo* inquit [u]: *fastidium: usu placet, negligentiâ displicet, & quantò plus legitur, tantò ampliùs amatur.* Legitur frequenter

Nil homini meliùs, quàm si divina legendô
Figat ibi mentem, quo sibi vita venit. 8.

Si me porro longiùs digredientem audire dignaberis, referam ea rerum momenta, quæ si non admirationem, imitationem certè nostram superant. [x] S. Cuthbertus ille magnus Britaniæ Præsul divinos libros instar hierothecæ pendulos è collo gerere solitus, primo sui aspectu demonstrare voluit gentilitiam Christiani notam è Sacris Bibliis repetendam esse. Gestatur è collo

)()(Cuth-

Cuthberto præivit S. Columbanus, & S. Bonifacius, ac ipse Deus, qui per omnium elementorum ministeria fideles docuit colere divinos libros & revereri. Lege, si placet, res gestas à S. Edmundo, cui ignis; à S. Saturnino, cui aër; ab aliis Dei Servis, quibus terra, & aqua in Sacri Codicis tutelam sua obsequia, velut ratione pollerent, contulerunt.

9. Præcipitur ejus lectio

IV. Sed quod elementa prodigiis, hoc Ecclesiæ Præsules decretis egerunt. In sacris apud Cloveshovium comitiis sanxerunt, ut sanctarum litterarum lectioni quique Viri Ecclesiastici, quin & pueri, magistrorum ductu solerter insuescerent, y ajúntque *dolendum esse*, sicubi ab hac saluberrima consuetudine descitum fuisset, nullique parcendum labori, ut illa denuò restauretur, & isti *eruditi demum fiant ad omnimodam Ecclesiæ utilitatem.*

10. Describitur frequenter

Hæc sacrarum Paginarum religiosa, & reverens observantia ceu fœcundissima parens peperit libros ceu proles toti Christiano orbi in subsidium destinatas. Si singulas afferrem, in amicæ brevitatis leges peccarem. Unam produco piam sedulitatem, quæ parturivit millies mille Sacrorum Bibliorum ubique gentium exemplaria. Vix ullam reperies celebrem ab antiquitate bibliothecam, in qua sacer Codex diligentissima manu auró, minió, virgineóque pargamenô pretiosus non asservetur.

11. Complectitur omnes scientias.

Nec mirum. Nam ut Theologorum Phœnix z Augustinus [Hìc philosophia: quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo Creatore sunt. Hìc ethica: quoniam bona vita, & honesta non aliunde formatur; quàm quum ea, quæ diligenda sunt, & quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus, & proximus. Hìc logica: quoniam veritas, lumênque animæ rationalis non nisi Deus est. Hìc etiam laudabilior reipublicæ salus: neque enim optimè custoditur civitas, nisi fundamento, & vinculo fidei, firmæque concordiæ, quum bonum commune diligitur, summum, atque verissimum, quod Deus est.] Inde, velut sol vim suam in omnia sublunaria dispensat, ita sacer Codex in omnia Deo subdita pectora. Siquidem (ut *aa* iterum laudatus Doctor) *sic loquitur Scriptura, ut altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, virtute magnos pascat, affabilitate parvulos nutriat.*

pro omni hominum conditione,

12. Revolvitur in mente assiduò

Quòd si parvulos hac affabilitate nutrítos solùm nominare velim, quando nominandi finem fecero? Multos sacri fasti ex omni ordine viros exhibent, qui integros dies sine cibo, potúque traduxerunt, sed ne horam quidem, quâ non quandam Oris Divini sententiam veluti quoddam dulciarium ruminarentur, eximio nobis facti exemplo longè magis necessarium esse cibum mentis, quàm ventris. Plurimi referuntur, quibus, seu ederent, seu biberent, seu aliud quidpiam agerent, sacræ Scripturæ nunc iste, nunc ille versiculus mel in ore fuit, & refectio in mente.

13. Adhibetur ad preces jaculatorias

Alii his sententiolis utebantur ceu ignitis jaculis. Lego B. Rupertum Tuitiensem, & S. Rusticulam singulari Dei donô Psalmos in somnis quoque rumináſſe. Noverant nempe, quod nuper litteris *bb* consignavit Card. Bona: *Nihil Deo gratius esse potest, quàm si verbis à Spiritu sancto dictaris eum alloquamur.* Neque nobis quicquam ad virtutis profectum utilius afferre possunt spiritualis vitæ magistri, quàm sacrorum librorum doctrinam, *in quibus* (ut *cc* iterum optimè Bona) *quot apices, tot mysteria; quot verba, tot sunt incentiva nostri erga Deum amoris.*

14. Suppeditat arma contra quosvis hostes.

V. Quod si verò benevole Lector Dei vocatio, vel gratia ad eum te gradum provexe-

vexerit, ut non tantùm velis, & debeas amantiſſimum Deum ferventer amare; ſed etiam illius honorem contra quosvis hoſtes propugnare; en tibi Sacer iſte codex erit inſtar inſtructiſſimi armamentarii. Nam inde deprompta arma orcus pertimeſcit, & orco confœderati hæreſiarchæ, adulterinæ doctrinæ fabri: quidquid enim erroneum, vel errorum ullibi in Eccleſiæ faſtis reperimus, divinorum librorum auſpicatiſſimis armis per Chriſti gratiam feliciter debellatum fuit. Nondum Eccleſia primi ſæculi infantiam evaſerat, jam à duodecim hæreſibus, velut totidem Furiis impugnabatur. Sæculo ſecundo, velut in pueritia quatuordecim; in tertiô ceu in juventâ nil pauciores; in quarto velut in ætate virili ſeptemdecim hæreſium aſſultus pertulit; ſed ad tot hoſtium incurſus ſub ſacrorum Bibliorum clypeo non ſolùm tuta ſtetit, ſed & glorioſa triumphavit.

Atque hæc, benevole Lector, momenta meo quoque animo quoſdam igniculos injecerunt, ut operam arcanis ſanctæ religionis litteris dedicarem, eo ſaltem fructu, & profectu, ut hæc ipſa Latino-Germanica divini Codicis editio illius quædam particula ſit, & progenies. Nam

a *l.* 1. *Hom.* 5. in Ezech. b *l.* 4. *epiſt.* 31. c *l* 2. *vit. c.* 1. d *fol.* 369. *Chron. Lirinen.* e *tr. de Sacrif. Miſſ.* f *Ser.* 1. *Septuag.* g *Sur* 5. *Jan* h *id* 1. *Jan* i *l.* 8. *Conf. c.* 12. k *Rom.* 13. 13. l *Ribaden. in vit.* m *de vit ſua c.* 34. n *Jo.* 6. 69. o *l.* 4. *Spic. Mabil.* p *Ser.* 18. *in Cant.* q *tom.* 1. *de ſchem. S. Script.* r *Mei.* 9. s *Trith. Hom.* 5. t *Glor. S. B. op.* 4. u *l* 2. *ep.* 28. x *in vit.* y *Ann. Mab. ad an.* 797. *n.* 19. z *ep.* 8. *ad Voluſ.* aa *l.* 2. *in Gen. c.* 19. bb *In via Compend. c.* 8. *n.* 1. cc *cit. c. n.* 2.

§. II.

Origo hujus editionis.

15. Confert materiam multiplicem

I. UT primùm ex ſtrepitu Scholarum in cellulam meam reverſus ſum, mox animum ad ſacram ſcripturam appuli. Ne verò bene cœptis deforet conſtantia, huic labori ſingulas ſaltem cujuslibet hebdomadæ ferias ſextas addixi, lecta, & intellecta in ſuos quæque locos juxta regulas *Artis Memoriæ* digeſſi. Ac ut ordo rebus, etiam vulgaribus, decorem conciliare ſolet, decor autem illicium labori; paucos inter annos ex ſacræ ſcripturæ theſauris tam inſignes opes convexi, ut viris eruditis dignæ viderentur, quæ in publica Eccleſiæ emolumenta prodirent. Sed ego veritus, & veneratus ſæculi noſtri eximiam eruditionem, meæq; tenuitatis probè gnarus, atque ex reverentiâ, quæ ſacris Libris debetur, tutius exiſtimavi delitescere ſub umbrâ ſecurus, quàm in apricum prodire temerarius: more cunctantium proceſſi, ut mora & tempore magiſtrô, quietiùs diſcerem, quæ fortè piiſſimus Deus quaſi quaſi mea operâ dignaretur docere. Rebus igitur ſæpiùs diſcuſſis, accedentibus etiam eorum conſiliis, quorum monita velut imperia colere debeo, in eam ſententiam deveni, quæ hujus novæ Latino-Germanicæ editionis mater & auctrix dici jure poteſt. 16.

Cùm enim viderem, ad Operis (quod molior, & cujus nomen ac methodum conſulto taceo) emolumentum plurimum lucis, & utilitatis acceſſurum, ſi eidem præmitteretur ſacra Scriptura bilinguis, neceſſariis ſcholiis, ſeu notis inſtructa, no- ad opus novum.

 va

va quoque Concordantiarum (ut vocant) ratio ; consilia in varias partes verti. Sed moles rerum, accedente virium, temporísque inopia spem meam prope omnem felici fine potiundi everterunt: quam cùm prope depositam, in *Gloria S. P. Benedicti* construenda occupatus, deplorarem, illam subitò restituit Casparus Erhard SS. Theologiæ Doctor Parochus in Parr, meúsque colendissimus Germanus; hic suam mihi operam ad perficiundum sacræ Scripturæ Opus lubens obtulit. Pias manus Viri, cui prima Grammatices rudimenta debeo, tam lætus admisi, quàm sollicitus: lætus ob offerentis charitatem, sollicitus propter oblati auxilii magnitudinem. Operam igitur partiti junctis viribus spe majores progressus fecimus, atque intra brevius, ac sperabamus, tempus operi ultimam manum imposuimus. Quid verò ipse laboris, & consilii ad novam hanc editionem contulerit, impellente gratitudinis affectu libens dicerem: nisi ipse dicere prohibuisset. Itaque Deum omnium bonorum fontem rogo, ut nostram operam ad Ecclesiæ suæ emolumentum in multorum commoda derivare, ac studiosos, pióśque Lectores ad eruendos S. Scripturæ thesauros & sensus non tam per nostra summaria, & marginalia, quàm per sua lumina deducere dignetur. Talis autem est

§. III.

Operis totius Oeconomia.

17. Editur bilinguis

I. PRimò quidem tam Latinum, quàm Germanicum textum utrinque ad examen vocatum sic oculis subjectum habes, ut versus versui ad majorem fidem ex æquo respondeat. Capita in suas, & ferme tres, partes divisa, aptisque (ut vocant) summariis præmunita studium S. Scripturæ facilius reddere queunt. Cúmque idioma germanum in varias veluti sectas partitum, ferè ad nullas certas Grammaticæ leges astringi se patiatur; eam verborum amussim selectam volui, ad quam ætas nostra, cultiórque Germania suam linguam exigere solet. Vocum vernacularum orthographiam breviorem ferè sequor.

18. cum notis. fultis auctoritate Doctorum,

Ne verò verborum vel abdita significatio, vel sensus absconditus lectionem moretur, in margine illorum explicatio breviculis notis apponitur. Notis plerumque nullius Doctoris auctoritas adjicitur tum causa brevitatis, tum ne cumulata marginalia moram injicerent legenti. Dabunt tamen æqui rerum arbitri nobis fidem, quam nos iisdem damus à quibus illas accepimus. Nam præfatas notas cum selectu ex optimis Auctoribus desumpsimus, quos inter honoris ergo nominamus Jacobum Tirinum, Emmanuelem Sà, utrumque è Soc. JESU. Qui in SS. Patribus peregrinus non est, in his notis sæpe gustabit rorem B. Rhabani Mauri, mella S. Bernardi, solidum panem S. Gregorii M. Nonunquam advertet sua

fercula

fercula apponere B. Petrum Damiani, Rupertum nostrum Tuitiensem Abbatem ; Siquando alii, velut S. Augustinus, Irenæus, Cyprianus, Leo, sua symbola contulére, suo nomine sunt expressi. Capita verò, seu locos, ex quibus profeci, tuo bono tacui, nempe ut parcerem oculis tuis & sumptibus. 19.

Porro cùm Notæ, si jungantur sententiis cognatis amplissimam dicendi materiam præbere soleant: ubique in margine apposui locos parallelos. Sic statim primo versui sacræ scripturæ: *in principio creavit Deus cœlum, & terram,* leg:s *Ps. 32.6. & 135.5.* Eccli. *18. 1.* Act. 14. 14. & 17. 24. Si jam ipsas sententias quærere velis, reperies, 1. *Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* 2. Deus *fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia ejus.* 3. Deus, *qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* 4. Deus, *qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.* 5. *Deus, qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt, hic cœli, & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat.* Viden' benevole Lector, quàm amplius excurrendi campus paucis illis margini affixis numeris aperiatur? excurrendi inquam in Dei potentiam charitatem, & sapientiam. Si porro velis ista ad pondus Sanctuarii expendere, intelliges unam sententiam alterius esse nunc Paraphrasin, nunc ornamentum, nunc lucem, nunc grande contra hæresin firmamentum. Si præterea, (quod optem) parallela revoces ad locos Rhetoricos, non poteris non obstupescere ad fœcunditatem Sacræ Scripturæ. Maneamus in præmisso exemplo Gen. 1. 1. & juxta leges *Artis Memoriæ*, quam Anno reparatæ gentis humanæ 1715. (tertia námque pars totam Rhetoricam complectitur) in hunc potissimùm finem edidi, habes in prima sententiâ causam efficientem: *Verbo* cœli firmati sunt: in alterâ intellectum divinum esse productivum rerum, & finem misericordiam Dei: in tertiâ habebis modum creandi in instanti peractum: in quartâ miraberis materiam creationis, ad quam reducuntur omnia visibilia, ut & invisibilia, quæ in quinta sententiâ exhibentur. Ex quibus omnibus intelligis parallelorum tam utilitatem, quàm jucunditati mixtam in sacro Codice facilem proficiendi methodum, quibus si verbi divini præco admisceat dicta quædam SS. Patrum, unam alterámve historiam; nescio an non confectum sermonem habeat, qui mereatur, & possit ad insignem concionem dici. Ut verò eadem componendi ratio ubique habeatur expedita, omnium Evangeliorum initia & fines ordine S. Scripturæ occurrentium designata tenes; quorum multiplicem fructum, ut experientia Magistra brevì capias, Deum precor.

& locis parallelis;

Signis ducentibus in notitiam Evangeliorum;

20.

Præterea ubicunque ferè mentio temporis in sacro Codice desideratur apposui Chronologiam, eámque binam. Ex primâ condisces annum ab orbe condito, ex alterâ numerum annorum ad Christum natum. In utraque tamen sententiam nostram non vendimus tamquam indubitatam, sed volumus subintelligi juxta Chronologiam Recentiorum, breviorem, item vocabula circa circiter &c. Siquidem ex regulis nostræ Chronotaxis mundus ex nihilo prodiit annis quater mille ante veram nativitatem Christi, sed ante Æram vulgarem ab eadem nativitate annis quater mille & quatuor. Si deinde Christum contra vulgi opinionem pro gente humana mortuum dicimus anno ætatis suæ 37. hîc forsan benevole Lector anceps hærebis, nósque præfidentiæ argues. At scias nos nec solos

Chronologiâ tam orbis conditi, quam Christi nati.

nec primos esse qui hanc sententiam seu breviorem tuentur Chronologiam. Duces sequimur bonos, probatos & Catholicos, nempe doctissimos Chronologos, Abbatem de Royaumont, item Vallemontium, & nostrum Gilbertum Genebrardum, aliosque viros eruditione, & religione in paucis conspicuos. Si quis velit alios sequi à nostra Chronologiâ discedentes, nil discepto; confido tamen me sub tantorum virorum clypeo contra zoilos tutum fore.

21. firmata exacto computu Doctorum

Si verò quæras, cur à Martyrologio Romano, communíque eatenus fidelium sensu secedamus respondemus, quod Ducibus nostris absque nota sinistræ opinionis licuit, id nobis licere; imò nos studiosè breviorem Chronologiam adnotare: quia ut nôrunt omnes Orthodoxiæ Doctores variæ æræ in Martyrologio referuntur & æra nostri Dionysii Exigui quamvis ab Ecclesia Catholica multum usurpetur; non tamen ab ea est canonizata, seu ut infallibilis approbata: quod hisce volumus ostendere & simplices docere. Existimamus enim fore ad Dei gloriam & Ecclesiæ Catholicæ emolumentum refutare paradigmata dicentium vel opinantium: Omnia continuò de fide esse, quæ Ecclesia tenet, tolerat vel usurpat. Sic ipse Evangelista opinionem quæ apud primos Christianos communis erat & vulgata de morte sua refutans scribit: (a) *Non dixit ei JESUS: Non moritur, sed: Sic eum volo manère.* Scilicet in ejusmodi quæstionibus, quæ fidei dogmata & morum documenta non concernunt, Deus studia nostra tam diu probat ut bona, quàmdiu duces sinceros vel in historia vel in Theologia sequimur, dummodò parati simus ipsos respuere, & sequi Ecclesiam, si quid ipsa certi definiret. Ideo hic palàm profitemur, paratos nos esse ad recantandam palinodiam, si in computu nostró error nobis à quopiam harum rerum experto ostendatur: & studebimus, si hoc Opus propitio Numine secundam lucem videbit, omnia sphalmata, ubi ubi irrepserint, summa fide repurgare.

22. cum Synopsi singulorum librorum, uti

Superessent nonnulla alia, quæ facta sunt & bono tuo benevole Lector in hac editione consecrata commemorare: sed ne longior sim, perlustrato vestibulo antequam ipsum Divinorum Librorum sacrarium ingrediamur, singularum partium rudem saltem notitiam nobis comparemus.

(a) *Joan.* 21. 23.

§. IV.

Omnium Sacrorum Librorum Synopsis.

Liber Genesis.

23. Geneseos,

ENarrat Dei omnia ex nihilô creantis potentiam, & omnia creata gubernantis sapientiam, generis humani lapsum, & pœnas, inter quas Pentapolis conflagratio, mundique cataclysmus maximum horrorem meretur. Complectitur insuper præclara gesta Patriarcharum, qui suis præclaris operibus Christi beneficia & mysteria præfigurabant. Continet universim 2369. annorum historiam, ex qua condisce damna peccati originalis, & horrorem actualis, exercitium patientiæ, conformitatis, & justitiæ.

Exodus.

Exodus

REfert duram Ægypti servitutem, Moysis incunabula, horridas ultore Deô plagas, tum historiam populi per mare rubrum transeuntis, inde iter per desertum peregrinantis, pluvias mannæ cœlestis, datam in monte Sinai legem, fabricam tabernaculi. Continet res per 145. annos gestas, quibus (ut B. Rhabanus noster testis est) penè omnia orthodoxæ Ecclesiæ sacramenta mirificè adumbrantur, ostenditúrque Dei providentia amicos suos tuentis, erudientis & exercentis. 24. Exodi,

Leviticus

NOmen sortitus à Levitis, quibus prolixè leges, & cæremonias præscribit, ordinat quoque sacrificia, vota, & velut generales rituum, & Religionis tabulas; quas quisquis relegit, reperiet figuras SS. Evcharistiæ, Sacrificii Missæ, incentiva Deum ferventer colendi. 25. Levitici,

Numerorum Liber

ITa inscriptus à numeris, quibus electus populus sæpè recensitus dicitur. Exhibet res gestas per annos ferè 39. à secundo nimirum mense anni secundi post exitum ex Ægypto usque ad mensem undecimum anni quadragesimi. Obstupesce Moysis labores, & justitiæ divinæ rigorem; disce Deum timere, disce patientiam & mansuetudinem cum obedientia conjungere. 26. Numerorum,

Deuteronomium

IN eo quasi pentateuchi epilogo repetuntur Dei beneficia populo collata & leges in Exodo, Levit. & Num. descriptæ explicantur. Sed quæres cur Deus leges vix ante duo lustra latas, jam iterum velut abrogatas, restauret? Ut fœdus cum Patribus initum, qui in pœnam murmuris Num. 14. jam mortem oppetierant, cum filiis iterum renovaret, ac inde major legum observantia subnata animos in divino cultu magis stabiliret. En rem admiratione dignissimam: ubi Moyses Deuteronomium ad concionem multorum millium hominum dixerat, inde eo velut in testamenti vicem relictô, post datam populo benedictionem montem Nebo ascendit, ac procul omni homine in Angelorum ministerio mortem doloris expertem in eodem monte obivit. Erántque sui relicta desideria pro stimulo legis gnaviter observandæ. Venerare in Moyse imaginem Christi & Patriarcharum novi testamenti, qui videlicet Religiosis Ordinibus in Ecclesia originem & leges in Christo dederunt. 27. Deuteronomii,

Liber Josue

IPsum Josuen auctorem, & materiam habet, nam pertexit historiam belli, quô terra Chananæa Israelitis ipsomet imperatore subjecta fuit. Emicat in toto libro mira Dei providentia, in promittendo liberalitas, & fidelitas in solvendo, quæ integro horrifici belli septennio spectatissimæ magnam in periculis divinæ gloriæ causâ adeundis fiduciam præbebant. Josue verò bello feliciter confectô secutam pacem, decem, aut undecim annis, quibus adhuc populo præfuit, in reipublicæ commoda tam gnaviter adhibuit, ut meritò inter heröes domi, militiæque claros numerari omnibus ex titulis mereatur. 28. Josues,

Liber Judicum

AUctorem, ut fertur, habet Samuelem, nomen à judicibus seu vindicibus illis, qui gentem Israelitidem quà consiliis, quà armis à potestate Philistinorum, aliorúmque populorum liberârunt. Ex hoc libro discimus à sincero Dei cultu, seu vera fide, & religione omnem reipublicæ quietem dependere. Judicum verò munus fuit populum è servitute vindicare, bello præesse, & jus dicere: regimen eorum Monarchicum fuit, non tamen regium. Licèt enim populo tantùm unus præesset; non tamen poterant leges condere, tributa imponere 29. Judicum,

nere, aut regiæ dignitatis insignia præferre. Numerô fuére quindecim, omnes Sancti excepto Abimelecho, qui fratrum cæde ad principatum grassatus mali principis imaginem, & nomen reliquit. Primus ordine temporis Othoniel fuit, postremus Samson, omnes simul compleverunt in regimine septendecim supra trecentos annos. Juverit hîc audire Tuitien. Abbatem nostrum de his heroibus ita disserentem [Erant, a inquit: unici, & veri Salvatoris (JEsu Christi) vicarii. Salvatio per illos duplici modô, videlicet judicandô, & præliandô administrabatur: judicando quippe populum ab idolorum servitute prohibebant: præliandô ipsi in fronte gradientes de hostibus fortiter vindicabant. Erant ergo in disciplinâ Judices, in præliô duces, in utroque salvatores, Sacramenta, victoriásque Salvatoris æterni gestis præclaris, & victoriis mysticis præfigurantes.

Libellus Ruth

Ruth. LIcèt sit incerti Auctoris, Canonicus tamen est ex definitione Concilii Florentini & Tridentini; & divinitus scriptus est, ut Christus, quem veluti finem tota Scriptura respicit, ex tribu Juda natus ostendatur.

Libri Regum

30. Regum, REcensent res humanas ut à Dei providentiâ gubernantur; docent prudentiam sacram, qua imbutus animus Deo religioso cultu firmiter adhæret; exhibent epitomen sacræ Politices, ac proinde Regibus, & Principibus perutiles, si ex illis condiscant, regnorum quantacunque sint firmamenta, eadem quantocyùs prolabi, nisi à veri Dei religione stabiliantur.

primi Primus Liber narrat historiam sub Judicibus Heli, & Samuele, nec non sub Rege Saule per unum, & centum annos gestam; quibus adjunge pleraque Davidis facinora, & mirificæ charitatis erga inimicos exempla.

secundi, Secundus complectitur historiam 40. annorum à morte Saulis usque ad gloriosum Davidis obitum. Disce humanæ inconstantiæ vicissitudines, & ferream necessitatem patiendi omnibus Deo servire cupientibus indictam. Tertius

tertii, Incipit à regno Salomonis, refert decem tribus à tribu Juda ingenti divini honoris detrimento divulsos, acerba dissidia, & prælia Regum Israel, & Juda. Continet res per 126. annos mirabili eventu gestas. Disce ambitionis &, discordiæ damna, idololatriæ nefas & grandia detrimenta.

quarti, Demum quartus recenset acta sedecim Regum Juda, & duodecim Israelis. Insperguntur excolendis moribus præclara Eliæ, & Elisei opera. Estque historia 308. annorum.

Liber Paralipomenon

31. Paralipomenon, SUpplent ex actis publicis (unde & nomen sortiti sunt) gesta, quæ libris Regum deerant, aut leviter duntaxat sunt tacta. In libro priore recensentur gentis Hebraicæ incunabula ab Adamo ad reditum usque è captivitate; repetitur historia Davidis usque ad regnum Salomonis.

Esdras

32. Esdræ primi, FIlius Saraiæ Summi Pont. à Nabuchodonosore decollati, frater Josedeci cum eô Babylonem in captivitatem abductus, & in lege versatissimus primum librum qui ab auctore nomen sortitus est, conscripsit & refert completis jam 70. captivitatis annis gratiam Cyri primi Persarum Monarchæ concedentis potestatem reducendi Judæos Hierosolymam, instaurandíque templum. Debemus ergo & Esdræ hanc 82. annorum historiam, imò prope totam Sacram Scripturam. Hanc enim ipse injuriâ temporum plurimùm depravatam correxit.

secundi, Alter Esdræ liber à Nehemiâ in litteras missus & editus itidem nomen ab Esdrâ recepit, quia multa ejus præclara gesta refert; & complectitur chronotaxin 31. annorum.

a l. 4. de vict. verb. Div. c. 6.

§. V.

Adducuntur aliorum librorum summa Capita, scitu multùm necessaria.

Tobias.

34. Tobiæ

IN scenam producit eximiam Dei in suos charitatem, mirifica pietatis, & patientiæ exempla, varias humanæ sortis vices. Scriptorem habet Tobiam Seniorem ad c. 13. inde Juniorem ad v. 16. cap. 13. Consequentia auctor anonymus adjecit.

Judith

35. Judithæ

HEroidum princeps, devictô potentissimô Assyriorum tyrannô exhibet (ut noster Rhabanus docet) victoriam animæ de diabolo, & triumphum Deiparæ Virginis capite serpentis contrito.

Esther

Estheris

DOcet deprimi superbos, & humiles cum Mardochæo & Esthere exaltari. Complectitur præclara documenta & figuras de Christo, B. V. ejus Matre, & Ecclesia. Narrationem auspicatur ab an. m. c. 3483.

Job

36. Jobi.

AB ipsomet Jobo in litteras datus varia morum documenta præbet, præcipuum, quòd in mortali vita non soli peccatores adversis à Deo premantur. Hic liber, inter omnes divinarum tabularum reconditissimus, recipit ingentem lucem è calamo S. Gregorii M. qui 35. Moralium libros in Jobum edidit. Acta Jobi ferè inchoant circa an. m. c. 2520.

Psalterium,

37. Psalterii

UT magnus divini codicis Magister Cassiodorus ait, *a* est quædam cœlestis sphæra, stellis densa micantibus, & paradisus eximiis fructibus refertus. Præcipuum post Deum auctorem agnoscit Davidem Regum Sanctissimum, cui cœlesti dono eximia est collata gratia divinas laudes præcinendi Ecclesiæ & Synagogæ: hinc *egregium Psalten Israel* se appellans, eam prærogativam Deo in acceptis refert: *Spiritus Domini*, *b* ait, *locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.* *c* B. Alcuinus noster Psalterium ceu pingue convivium accedere solitus, nihil nisi divina carmina eructare poterat, & in tanti boni communionem quosque peramanter invitabat. S. Elisabetha Schœnaugien. nostra quoties publicas calamitates fortiter propulsare, Sanctósve Cœlites eximio cultu afficere vellet, quinquaginta Psalmos recitare solebat *d*. Mirare alterum sexûs muliebris miraculum S. Lutgardim. A cœlesti Sponso tam mirabilem gratiam, ut vocant, sanitatum accepit, ut solo tactu, vel salivâ omnis generis morbos, quin & labeculas corporis abstergeret. Itaque catervatim ægrorum greges ad parthenonem concurrerunt. Sed ipsa ex accurrentium tumultu *e* disciplinæ malè timuit, Christúmque ardentibus precibus interpellans, ut hanc gratiam sibi auferret, optionem alterius cœlestis muneris accepit. Ecce tibi! Aperiuntur Virgini divinorum thesaurorum plena terrnia. Inopes nos copia fecisset; Ipsa nil hæsitans ex omnibus unam Psalmorum intelligentiam petiit, & impetravit. Profectò videtur Deus nunquam liberalior esse ac dum verbis Psalmorum interpellatur, aut eorum scientia petitur. Et plerumque quos eximie amat hanc eis sui amoris tesseram præbet, ut intelligant, vel conentur intelligere, quàm *f desiderabilia sint eloquia* Sacræ Scripturæ. Atque si perseverent per diligentiam, experiuntur illa *dulciora esse super mel, & favum.* Certè S. Patricius noster ingentem [illegible] gregem post se trahit, qui quotidie præter statum precum canonicarum [illegible] totum Sacrum Psalterium per-

persolverunt. Reverentiæ causâ nomino S. Placidum, & S. Maurum, S. Aldhelmum Ep. Schireburnen. cum S. Sequano Abbate, B. Leonem IX. cum S. Udalrico Ep. Augustano, S. Willebadum cum B. Petro Urseolo, aliisque. Silere non debeo ex fastis nostris B. Dominicum Loricatum, qui intra unius diei, noctisque spatium nonnunquam novies omnes Regii Vatis Psalmos non cursim, sed presso pede percurrisse dicitur, & quidem (quod omnem admirationem superat) inter cruenta flagella, aut brachiis in modum crucis extensis. Sed ne multitudine te obruam, nostros tantum Camaldulenses (quos perpetuò inclusos vocant) affero. Hi viri, quibus cibus, & vita preces sunt, jure Regulæ se obstrictos profitentur ad Psalterium quotidie recitandum, in quam consuetudinem alii plurimi tum ex nostrâ, tum ex aliis Religiosis familiis concesserunt. Istis autem prolixiùs recensendis inhæsi, ut omnibus constet, qua animi præparatione oporteat orchestram accedere cytharâ Davidica personantem; ac insuper legendum, studendum & Numen precibus interpellandum esse, ut intelligamus *carmen Dei nostri.*

Proverbia

38. Proverbiorum

PRæbent ingentem sanctorum præceptorum apparatum præsertim pro incipientibus, eorum animos instruunt in usu veræ sapientiæ, in officiis erga Deum, & hominem. In exarando nobilissimo hoc librô Spiritûs Sancti amanuensis fuit hominum sapientissimus Salomon.

Ecclesiastes

Ecclesiastæ

ET nomine & re Concionator concionatur, proficientibus de rerum mundanarũ contemptu, suadet unius Dei constantem cultum. Totus in eo est, ut homines ad pietatis, & humanitatis officia revocet. Ideo mortis, judiciique terrores denuntiat, ut eos in bene cœptis stabiliat. Multorum fert opinio, nobilem hunc librum ex calamo Salomonis fluxisse, cùm rerum omnium vanitatem experimento didicisset, è gravissimo suo morum lapsu ad Deum per pœnitentiam reversus.

Canticum Canticorum

39. Canticorum

SOrtitur nomen à sui præstantiâ, ut liquet ex Hebræo genitivo. Estque dialogus inter Christum, & Ecclesiam, & quamcunque piam animam. Christus agit munus & personam magistri ac sponsi, tradens sponsæ & discipulæ sublimem morum, fideique doctrinam illámque miris donis, & laudibus exornat. Atque vicissim Ecclesia (& per excellentiam Virgo Deipara Sponsarum excellentissima) aut quælibet pia anima sustinet personam triplicem discipulæ, sponsæ, & magistræ: sollicitè enim discit; & quæ didicit in alimentum amoris erga sponsum assumit, & amandi artes docet filias suas. Stylus ubique ardet, & juxta amantium indolem ab affectu abripitur in varia subitò objecta. Universim totum Opus vitæ contemplativæ vacantibus, virisque perfectis est longè utilissimum. Hinc, ut *g* inquit Mellifluus Doctor hic liber, non nisi sobriis mentibus, & auribus credendus est. Alioquin ante carnem disciplinæ studiis edomitam, & mancipatam spiritui, ante spretam, & abjectam sæculi pompam & sarcinam, indignè ab impuris lectio sancta præsumitur.] Et aliàs suos instruens discipulos, qua mente hoc Canticum legendum sit [Ne turpium, quod absit, *h* ait: amorum videamur lenocinia recensere, afferte pudicas aures ad sermonem, qui in manibus est de amore: & cùm ipsos cogitatis amantes, non virum, & fæminam, sed verbum, & animam sentiatis, oportet.] Apage igitur Rabinorum fabulas de amoribus Abisag Sunamitidis, vel filiæ Pharaonis. Nullæ hîc Cypridis artes, sed faces, queis ardent Seraphini.

Liber Sapientiæ

40. Sapientiæ

AGit de Sapientia tam creata, quàm increata: ab utraque nomen hausit: ac divisus in tres partes; in prima usque ad c. 7. hortatur ad amorem sapientiæ, in secundâ usque ad c.

10.ex-

10 explicat originem : in tertia producit effectus. Ac proin restaurandis moribus plurimùm inservit. Quis libri sit auctor, an Salomon, sub judice lis est.

Ecclesiasticus

TRadit de omni virtute præcepta vitæ, magnalia Dei, & operum divinorum, ac illustrium Ecclesiastici viorum encomia subnectit. Olim Salomoni ab aliquibus tributus, sed nunc auctor certus habetur Jesus filius Sirach.

Isaias

41. Isaiæ

OMnium prophetarum, qui Majores, & Minores dicuntur Princeps, teste *i* Cassiodoro nostrô, Christi, & Ecclesiæ mysteria tam apertè, & perspicuè prædixit, ut non tam propheta, quàm Evangelista haberi possit. Eximiam laudem indeptus à splendore generis, vitæ sanctitate, eloquentia, & virtutis constantiâ : nam suomet sanguine purpuratorum pugilum exercitum decoravit. Dicitur enim Manassis Regis jussu, cujus crimina fidelis Domini canis allatrare non cessabat, lignea serrâ dissectus. Patrem habuit Amosum, fratrem Amasiæ Regis Juda. Hîc dubites, plúsne lucis Isaias Evangelistis, an hi Isaiæ contulerint. Præstat illius, & Evangelistarum Lectionem veluti subalternare.

Jeremias

42. Jeremiæ

IN utero materno lue originali ablutus anno ætatis circiter 15. spiritu prophetico futura prædicere cœpit. Doctor, propheta, quin & Apostolus fertur ex gravissimorum Auctorum sententiâ vitam duxisse omnis lethalis culpæ expertem. In sacra diptycha relatus colitur ab Ecclesia 1. Maij. Ejus prophetiam priori sæculô noster R. P. Franciscus de Lemos Hispanus præclaris commentariis illustravit.

Baruch

IN Latio commune cum S. P. Benedicto nomen habet, vir humilitate, constantiâ, & fortitudine præclarus. Etsi Principum sanguine natus, Jeremiæ tamen à calamô esse voluit. Baruch

Ezechiel

43. Ezechielis

EX nobili Sacerdotum prosapiâ genitus prophetare cœpit 5. exilii anno in Chaldæâ, ac inde per 22. annos, quorum primi undecim concurrunt cum totidem capitibus Jeremiæ. Porrò prænuntiat reditum ex captivitate, regnum Messiæ, vocationem gentium, varia Ecclesiæ eventura. Fertur à Judæis, quorum idolomanniam increpare non desiit, equorum jugis in diversum currentibus distractus, & in sacris fastis inter Martyres colitur 10. Aprilis.

Daniel

44. Danielis

REgum Judæ nobilis surculus à Nabuchodonosore adhuc puer captivus abductus, mirabili excellit sapientia, sanctimoniâ vitæ, & quæ tunc temporis miraculo major erat, virginea castimonia : hinc & leonibus terribilis, & lenonibus reliquit vaticinia plurimis sacramentis referta.

Prophetæ Minores

45. Prophetarum Minorum

NOmen habent à brevitate suorum Operum, sui tamen ævi 12. Apostoli, aut 12. tribuum Doctores meritò nuncupandi. Varios de Christo, Ecclesia, & gratiis Ecclesiæ conferendis eventus prædixerunt. Instruendis moribus, exemplum præeunte Rhabano, Ruperto, aliisque, faciliè transferri queunt ad animam peccatricem. Primum locum obtinet

Osee

Osee SUb personâ Dei & imagine Sponsi Synagogam depereuntis, & in adulteriô deprehendentis, admonet filios Israel, ut ad Dominum convertantur.

Joel

Joëlis. OSee coævus prænuntiat excidium Jerosolymæ, & sub hoc typo mundi, ac judicium extremum, quô reprobi inferis, electi cœlo adscribentur.

Amos

Amos EX opilione propheta, & ex rustica gente aptum Spiritûs Sancti instrumentum, Israëli prædicit captivitatem Assyriacam, Judæ Babylonicam, mixtis lætis de Messia eventis, & quasi aurea sæcula per finalem hominum redemptionem. Cùm in Samaria idolomannos gentis suæ increpat, lethali vulnere percussus martyr occumbit, meritus in Sanctorum albo cultum publicum 31. Martii.

Abdias

46.

Abdiæ COævus Jeremiæ (etsi aliis aliter placeat natales componere) omnium prophetarum brevissimus, si verba spectes; nulli secundus, si mysteria. Ad diem 19. Nov. fastis sacris adscriptus legitur. Ejus sepulchrum multis prodigiis clarum visitavit S. Paula.

Jonas

Jonæ UNus omnium prophetarum, ut clarior Christi typus esset, ad gentes missus evasit mirabile prototypon variantis humanæ voluntatis, & divinæ in suis decretis fixæ. Habes hìc eximium omnium virtutum parergon & iconem ardentis concionatoris. Vitam sanctitate illustrem clausit, & post beatam mortem in Sanctorum tabulis refertur ad diem 21. Sept.

Michæas

Michææ ISaiæ spiritu & stylo simillimus invehitur in idololatriam, & alia inde subnata scelera tam duarum, quàm decem tribuum, & illis captivitatem prædicit, ac felicem è servitute reditum, feliciorem verò per Christum Bethlehemi nasciturum. Pro vera religione peremptus in SS. Albo reperitur 15. Jan.

Nahum

Nahum IN pœnam scelerum, in quæ post Jonæ monita reciderant, Ninivitis ultimum excidium prænuntiat, quô dein sequente, vastum illud humanæ potentiæ corpus, Assyriorum monarchia concidit.

Habacuc

Habacuc ANgelico ministeriô ad pascendum Danielem allatus celebris, conqueritur de conscelerata Judæorum vita, prædicit excidium Jerosolymæ, & humano generi salutem ac reparationem per Christum.

Sophonias

Sophoniæ STylo, ætate, & spiritu Jeremiæ conjunctus Judæos ab idololatriâ cohortatur ad pœnitentiam, & cultum veri Dei: quæ monita si contemnant, comminatur ore & nomine divino horribilem à Nabuchodonosore stragem. Fortiter pro regno virtutis depugnans cultum Beatis Cœlitibus debitum ad 3. Decembris commeruit.

Aggæus

Aggæus

EX Babylonica captivitate redux incendit Judæorum animos ad restaurandam templi fabricam, & argumenta, quæ opponebantur, evertit. Pollicetur Zorobabeli Principi ex sua stirpe nasciturum Messiam, qui suis prodigiis, & sanctimoniâ novo templo, etsi veteri, quoad structuram, longè sit inferius, magnam gloriam sit adjecturus. In sacris fastis colitur 4. Julii. 47. Aggæi

Zacharias

EX Hebræo etymo *memoria Dei*, nomen factis implevit. Complectitur enim omnium prophetarum quoddam memoriale, seu compendium. Aggæo synchronus in instaurando Solymæo templo socius, invehitur vehementer in vitia, sed in præmium laboris lapidibus obrutus Martyrum gloriam suo sanguine adauxit. Suum ipsemet corpus sub Theodosio Imp. revelavit. Zachariæ

Malachias

ESdræ à calamô, templô jam restauratô reprehendit varios in cultu religionis abusus, præsertim ingrati animi labem. Ejus nomini in sacris dicata est dies Januarii 14. Malachiæ

Libri Machabæorum

DUo Libri Machabæorum priores (nam quatuor circumferuntur, sed tertius, & quartus apocryphi sunt, ac incertæ auctoritatis) nomen & argumentum habent à præcipuis sacrorum bellorum ducibus JudaMachabæo & fratribus ejus. Referunt historiam circiter 52. annorum, Synagogæ varios casus tam prosperos, quàm adversos, quibus pulcherrimè futurus Ecclesiæ status exponitur. Præbent passim tragica peccatorum, & illustria piorum exempla. Exhibent Martyrum in Ecclesia Dei certamina. Disce etiam, quanti faciendæ sint patriæ leges, & potissimùm divinæ. 48. Librorũ Machabæorum

a *lib. de div. lect. c. 4.* b *2. Reg. 23. 1. 2.* c *to. 4. Anal. f. 302.* d *Boll. 18. Jun. c. 10.* e *Id. 16. Jun. c. 1.* f *Ps. 18. 11.* g *Ser. 1. in Cant.* h *Ser. 61. in Cant.* i *de div. lect. c. 3.*

TESTAMENTUM NOVUM.

EVANGELIA.

VElut sol inter planetas radiorum suorum splendore collucet, ita Evangelium inter cæteros S. Scripturæ libros ut sol Bibliorum fulget. [Lex, & prophetæ, *a* inquit S. Anselmus juxta spiritualem intellectum nihil aliud sunt, quàm doctrina Evangelica.] Hinc Paulus suam ad Romanos epistolam his verbis orditur [Paulus servus JEsu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo] Præterea lex fuit via ad Christum, & Evangelium. Nam, ut ex *b* Paulo discimus, *finis legis Christus omni credenti.* Ipsum igitur Evangelium est meta, scopus. & terminus, in quem omnia veteris testamenti volumina & Sacramenta tendebant. Evangelium est altissima doctrina : proponit enim Deum unum in essentiâ, trinum in personis, 49. Evangeliorum

Dei præsentiam, providentiam, sapientiam, prædestinationem, charitatem immensam, omnipotentiam ineffabilem, cæteráq Divinitatis innumera attributa. Refert Christi cunabula, vitam, mortem, anastasin, vocationem gentium, & mundi conversionem. Auctor Evangelii est Christus ipse, eique à tabulis fuerunt Evangelistæ. Gravissimè Tridentina Synodus [Evangelium, c ait: Dominus noster Jesus Christus Dei Filius proprio ore primùm promulgavit.] Nam ideò Deitatem humana carne vestivit, ut ore suo Evangelium dictaret. Hinc d Joannes: *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.*

50. valde excellentium

Quisquis igitur Evangelium legis, vel audis, potitus es facultate audiendi ipsum Dei Filium. Id verbis & exemplis suis adstruunt Patres nostri S. Basilius, Antonius, Benedictus, Franciscus. Omnes cum Augustino se, suósque e cohortabantur. *Sic audiamus Evangelium, quasi præsentem Dominum.* Eamdem reverentiam deposcit Ecclesia ab omnibus fidelibus, præcipiens, ut, dum legitur Evangelium, assurgant veluti reapse Christum audituri, & ocyùs ituri in imperata. Hunc morem aiunt ab Apostolorum traditione fluxisse. Certè S. Clemens [cùm Evangelium, f ait: legitur, omnes Presbyteri, Diaconi, & laici assurgant cum magno silentio.] Sed quid dicam de Synodo VIII. Oecumenica, quæ Evangelio, & Cruci Servatoris æqualem honorem deferri jubet? Ipsos PP. loquentes audiamus [sacram imaginem, g aiunt: Domini nostri Jesu Christi, & omnium Salvatoris æquo honore cum libro sanctorum Evangeliorum adorari decernimus.] *Virtus* nimirum *Dei h est* in Evangelio & in cruce Christi *in salutem omni credenti.* Docet enim fidem, promittit bona æterna, congruit mirabili modô cuique ætati, sexui, dignitati, & nationi hominum. Unde lex solis Judæis data fuit, & usque ad præfinitum tempus à Patre. At Evangelium durabit in finem mundi, & numquam desinet homines in universo mundo ad eximiam sanctimoniam perducere. *Tota vita Christi,* seu Evangelium, i inquit Doctorum aquila: *in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit,* non tantùm per præcepta, sed & consilia. Est insuper lex libertatis, & charitatis. Serapion cùm amictum quoque suum in pauperes erogâsset, rogatus, à quo exspoliatus esset, respondit, Evangelium indigitans, *iste,* q. d. iste liber, vel Christus in Evangelio loquens.

51. utilium.

Non solùm, ut olim lex, dat præcepta, sed & gratiam confert in Christo observandis præceptis necessariam. *Verba mea,* k inquit servator: *spiritus & vita sunt.* Ad illam Christi l vocem, *qui reliquerit domum vel fratres &c. vitam æternam possidebit,* aliam speciem induit universus mundus. Ubi priùs stulto gentilium ritu deastri colebantur, ibi verus, unus, & trinus Deus inter summa discrimina adorari cœpit. *Hæc sunt verba,* m ait Melleus Abbas: *quæ contemptum mundi in universo mundo, & voluntariam persuasére paupertatem; hæc sunt, quæ Monachis claustra replent, deserta Anachoretis.* Evangelii classico Apostoli & post hos viri Apostolici exciti in omnes orbis plagas penetrarunt: in Ægyptum Joannes Bapt. Vaninus, in Americam Buelius; vel ut viciniora, & notiora tectemur, in Angliam S. Augustinus, in Sueciam S. Anscharius, in Daniam S. Wilibrordus. Quid Germania, quid patria nostra foret, quàm ferarum, & ferocientium semihominum sedes sine Bonifacio? Willibaldo? Columbano? Gregorio II.? Et ne pedem solo patrio efferam, quid Bavaria nostra foret, quàm sylva errorum, sine Evangelio? Ut tandem sementem Evangelicam admitteret? venére Lucii, Ruperti, Emmerami, Wunibaldi, Corbiniani, Erhardi, Eustasii, quin & Heroidum Dux Theodelinda Regina Longobardorum. Evangelii semina tanto ubique ardore sparserunt, ut, qui eorum labores legerit, jam meritò erubescat in patrio agro sine sacro Codice comparere.

52. necessariorum,

Atque profectò infausta Religiosi cella, Sacerdotis vel Parochi domus, in qua liber Evangelii primam sedem non occupare solet. Nam si n teste S. Bernardo tesseram salutis æternæ in fronte circumfert, qui cum fructu Evangelium audit, legit, vel meditatur: quid de iis dicamus, qui nec habeat, ut audiant, nec legunt, ut meditentur? aut si habent in bibliothecâ

thecâ, non tamen in usu? Audi terribile Christi argumentum. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis* [o]. Hoc fulmen quos tangit, non tamen angit, an non illi sensum salutis amiserunt? Profectò ex SS. Patrum sententia potior causa grassantium hæresum & vitiorum in sacri Evangelii neglectum referenda est. Unde cùm M. Patriarcha Benedictus jussus esset novam inveterato orbi faciem inducere, colores omnes è sacro Codice [p] repetiit. A suomet animo exordia capiens ad prodigium usque istis se studiis addixit, ac eadem præcipuis Religionis suæ legibus accensuit. Hem tibi! quàm crebrò *Lectiones sanctas* inculcet! Ab illis neminem eximium præstitit. In chorum scientiarum, quas Monachi condiscerent, eas duntaxat admisit, quas nosset intelligendo vel prædicando Evangelio inservire. Nullum ferme regulæ caput attuleris, in quo non suum sacri Codicis amorem prodat. Evangelium Joannis quater, Lucæ decies, & quod audias cum pondere, trigesies quinquies S. Matthæi citat. Denique publica lege [q] sancit, ut *legat Abbas* ipse *lectionem de Evangelio*, & non nisi *cum honore, & tremore stantibus omnibus* Cœnobitis. Nec ambigendum est, quin hoc ipse studiô tot gentium Apostolos commeruerit. Quid si antiquiora scrutari velimus, & externa? S. Chrysanthus solâ Evangelii lectione fidem Christi edoctus ab idolis suam quoque Dariam conjugem abduxit. *Vivus est*, inquit S. Paulus [r]: *sermo Dei* in Evangelio, *& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritûs, compagum quoque, ac medullarum.*

53. valentium contra quæque mala:

Hanc vim jam diu ante perspexit Isaias, & expertus est ille ipse, qui ex Saulo per & propter Evangelium factus est Paulus. Hinc uterque gratulans Apostolis ait [s]: *Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* Hanc vim & efficaciam nôrunt, vel ipsi dæmones. [t] S. Bernardus cùm Mediolani malum genium hospitiô, quod in puero occupaverat, pellere vellet, & Evangelium prælegeret, ille sese tam horridè torsit, ut dixisses eum tot acutis telis, quot verbis impeti. Hinc ex [u] veterrima Ordinis nostri consuetudine *animam agentibus Lector pro more sacrosanctum Christi Evangelium prælegere* solet, *textum* præcipuè, velut veteres [x] loquuntur, *Dominicæ passionis.* O factum bene, semperque faciendum! *Si* enim teste S. Chrysostomo, *domum ubicumque fuerit Evangelium, non audet accedere diabolus; multò magis animam intelligentiam ejus* (adde & observantiam) *habentem, illudq; circumferentem non tanget unquam.* Sed quò magis execratur inferorum princeps Evangelii codicem, eò ferventiùs eundem amplexantur salutis animarum zelosi assertores. Carolus M. ter maximus ille Imp. cooperante B. Alcuino nostro, Academiam Parisiensem condidit, ut in eâ sacræ litteræ publicè traderentur, eámque ad tantam fæcunditatem & gloriam provexit, ut dehinc Universitatis Colonien. laudatissima parens, ac (ut de neptibus sileam) avia Lovaniensis audiret. Si omisso magno Cæsare convertas animum ad magnum Pontificem, & evolvas *Registrum*, [y] seu epistolas S. Gregorii, reperies quosdam, qui mirabili religione præsidii, & custodiæ causâ Evangelia è collô suspensa gestare solebant. Ipse S. Pontifex Maurentio [z] scribens cùm considerasset paucitatem eorum, qui se huic studio totos dedicant, *vehementer*, inquit: *ingemui paupertatem boni. Et quamvis peccator ego valde occupatus sum: tamen si ad B. Petri Ap. limina venire volueritis, in sacro eloquio strictum poteritis me habere collegam.* Tanti nempe sacra Evangelii doctrina Max. Doctori fuit ut Romam, venientibus palatium suum velut scholam ad explicandum Evangelium aperiret.

54. exin sedulò tractando. rum.

Quid igitur superest, ac ut omnes vires ad condiscendam Evangelii sapientiam exseramus? [Est, [aa] inquit Clareval. Magister: Evangelium speculum veritatis, nemini blanditur, nullum seducit, talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit: ut nec ibi timore trepidet, ubi non est timor, nec lætetur, cùm malè fecerit] *Divinis*, [bb] ait Bethlemiticus Doctor: *Evangelium vocibus contonat*: quid mirum, si omnis vitiorum machina ad hæc tonitrua concidat? Si autem *os tuum consecrâsti Evangelio*, è consilio [cc] S. Bernardi, *nugis jam aperire illicitum* existima, *assuescere sacrilegum.* Mens pura, & profectûs cupida in hanc scholam afferenda est. Sed nunc singulos Evangeliorum scriptores consideremus. Quorum

Primus

56. Matthæi.

Primus Matthæus, qui Opus suum octavo post Christi in cælos ascensum Hierosolymis rogatu discipulorum Syriaco sermone scripsisse fertur. Illius exemplar S. Bartholomæus secum ad Indos, & in Græciam S. Barnabas detulit, cujus prototypon cum sacro corpore imperante Zenone repertum est. Ipsemet S. Jacobus frater Domini Jerosolymis illud pro concione, ut S. Athanasius memorat, exposuit. Quo verò pietatis sensu magnus iste Christi Archicancellarius Evangelium exarârit, ipsemet explicabat S. Birgittæ, ad sepulchrum ejus in urbe Malphitana oranti [Cum illud, *dd* inquit scriberem, tantus divinæ inflammationis ardor perseverabat mecum, quòd si tacere voluissem, nullatenus præ ardore intenso potuissem.] Ordinem autem rei gestæ licèt subinde non sine causa immutet, in plerisque tamen ordinem temporum exactè observat. Cùm Æthiopiam fidei Luce collustrâsset, ad Doctoratûs lauream etiam martyrii palmam adjunxit.

Marci. S. Marcus Hebraicè *limatus*, *expolitus* seu à rubigine abstersus, nomina rebus egregiè in suo Evangelio implevit, quod rogatu fratrum, ut à S. Petro audierat, *ee* Aquileiæ scripsit. Quatuor Evangelistæ comparantur, *ff* inquit B. Petrus Damianus quatuor fluviis è *gg* Paradisô dimanantibus, & illis quatuor *hh* Ezechielis animalibus: Marcus Gihoni, & Leoni. Irrugiit enim ut Leo *ii in deserto*, &, uti Gihon ex Hebræo etymo dicitur *pectus*, ita ipse merum pectus, & amor vocari potest, & quot syllabas, tot salutaris doctrinæ aquas in suo Evangelio fundit. [Est illud (inquit *kk* iterum Damianus) styli brevitate succinctum, sed profunda mysterii spiritualis ubertate diffusum. Porrò excelluit hic S. Evangelista admirabili humilitate, & gratiâ homines in sanctimonia instituendi. Fertur sibi pollicem præcidisse, ne sacerdotiô inaugurâretur. *ll* Tam florentè *doctrinâ, & vitæ continentiâ* Alexandriæ *constituit Ecclesiam, ut omnes Sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.* De sacra quoque Monastice optimè meritus *Cænobitarum princeps, & institutor* est appellatus. Tandem octavo Neronis anno, à morte Christi trigesimo primo, in octava Paschatis 7. Calend. Maii, cùm pridie ad aram sacris operans comprehensus fuisset, gloriosô martyriô perfunctus suomet sanguine purpuratorum heroum diptychis nomen suum adscripsit. Beatum te, si tanti viri Evangelium intellexeris, & moribus expresseris!

57. Lucæ.

Lucas Antiochiæ, quæ Syriæ metropolis est, natus, pictor, & medicus egregius S. Pauli operâ fidem Christi amplexus, ab Evangelio, quod suasu & ex ore Pauli scripsit, facie bovis in curru Ezechielis adumbratur. Id Paulus tanti fecit, ut suum passim Evangelium diceret. *Juxta Evangelium meum mm* scribit Romanis. Lucas Evangelio suo magnus, major evasit Apostolicis laboribus, Pauli sectator, & prope omnis ejus peregrinationis comes individuus. Dicitur Româ in Dalmatiam concessisse, atque peragrata Gallia, Macedonia, & Græcia in Lybiam transiisse, ac tandem apud Patras urbem Achaiæ ex oleâ suspensus anno ætatis 84. Apostolatum nobili martyrio conclusisse. Reliquit divinæ Virginis, cujus cultui addictissimus erat, tot eximia paradigmata, quot icones propria manu depictas, hodiedum variis prodigiis in orbe Christianô illustres. Majora monumenta reliquit de Virginis Filio [Lucas, enim, teste S. Anselmo, primò fuit medicus corporum, deinde conversus ad Christum, factus est medicus animarum. Inde est, quòd plus, quàm alii Evangelistæ, loquatur de misericordiis Redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur. *nn*] Et pergens: Lucas ait *& Sacerdotis personam in Christo describit intervenientis pro peccatis totius mundi.*]

58. Joannis.

Joannes frater Jacobi Majoris, & Minoris ex sorore nepos parentes habuit Zebedæum, & Salomen, ad mare Tiberiadis Bethsaidæ natus. Omnes *Asiæ*, ut Hieronymus loquitur, *fundavit, & rexit Ecclesias.* Domitiano in Christi gregem grassante relegatus in insulam Patmos, scripsit Apocalypsin, ac inde reversus biennio ante suum obitum Evangelium, tum ut Cerinthi, Ebionis, aliorúmque hæreses in Christi divinitatem sacrilegè consurgentes

tes

tes jugularet; tum, ut, quæ ab aliis Evangelistis omissa sunt, suppleret. Prolixo jejunio, tonitruis, & fulguribus præmissis velut alter Moyses, & verus Boanerges, seu tonitrui filius stylum omnium sublimissimè usque ad solium SS. Trinitatis extulit. Inde in prophetico curru titulum Aquilæ promeritus per excellentiam *Theologus* dici cœpit. Hanc prærogativam cùm S. Lutgardis piè consideraret, *oo* vidit illicò Joannem in specie aquilæ tanto pennarum fulgore nitentis, ut opinaretur illum toti mundo instar solis collustrando abundè sufficere, peteretque lucem, cui sustinendæ jam par esse non poterat, minui. Porrò Evangelii Joannis initium quanti faciat Ecclesia, quis ignorat. Omnibus prope Sacris tanquam divinæ Majestatis, & Amoris epigraphen submittit. Apud S. Augustinum *hoc initium S. Evangelii quidam Platonicus aureis litteris perscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat.* Id veteres Christiani *pp* dicuntur tanti fecisse, ut plerique collo appensum tanquam Orthodoxæ fidei publicum testimonium, & velut præsentissimum contra dæmonum præstigias amuletum circumferrent.

Actus Apostolorum

HOs scripsit S. Lucas individuus Pauli comes; quibus ob excellentiam varia nomina 59. Actuum Apostolorum.
sunt indita: Syri vocant *historiam Apostolorum*, S. Joannes Chrysostomus *Librum dogmatum de Spiritu sanctô*, & (quid excellentius?) *Evangelium Spiritûs sancti* Oecumenius. Porro complectitur historiam fermè 30. annorum, ut ex Chronologia liquet. De his maximus Ecclesiæ Doctor *qq* [Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cujus laus est in Evangelio: animadvertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.] Vim hujus medicaminis ex mille aliis *rr* experta est Domna genere, forma, & opibus illustrissima heroina, quæ lectis Apostolorum actis ex gentilis quin gentilium sacrorum antistita Christi discipula facta & Maximiano Imp. sæviente præclaram Martyrii lauream obtinuit.

Epistolæ Apostolorum

EArum argumentum fermè triplex est. Aut enim synceram morum doctrinam Christianis tradunt, aut veteres ceremonias per novam Christi legem abrogant, aut hæreses jam tum subnascentes suffocant. Omnes Græca linguâ (si excipias illam ad Hebræos) scriptæ, sunt & prima omnium prior Petri, quamvis ei in Sacro Codice, Pauli & Jacobi epistolæ præponantur. 60. Epistolarum.

Epistolæ S. Pauli

EUm ad destruendam omnium vitiorum machinam fervorem spargunt, ut Arnoldus Carnotensis non dubitaverit singulas tonitrua, & quaslibet earum Sententias fulmina *ss* vocitare. Ipsum præcessit Mellifluus Doctor *tt*, *qui singula Pauli verba tonitrua judicabat*; Et alibi cùm mirificos fructus ex epistolis Pauli dimanantes recensuisset, semetipsum corripiens [Sed cur ego, inquit, paucis immoror exemplis, cùm in ejus verbis omnis sexus, omnis conditio consilium inveniat salutis?] Cæterùm singularum argumenta ex summariis, quæ capitibus præfixa sunt, facilè colliguntur. S. Pauli.

Epistolæ

Catholicæ, seu universales

61. universalium SIc dictæ à fine: quia fidelibus scriptæ ad fidelium bonum universim proficiunt: Jacobus urget orationem, & patientiam, Petrus morum, vitæque sanctitatem, Joannes charitatem, & Judas Orthodoxam, & bonorum operum fertilem, non sterilem vel inanem fidem cum eisdem commendat.

Epistola S. Jacobi

ut S. Jacobi NOn illius, qui frater S. Joannis, sed qui Christi dictus est frater, & patrem habuit Alphæum Isti primo Hierosolymarum Episcopo ob summam vitæ innocentiam licuit ex potestate publicâ *Sancta Sanctorum* ingredi. Josephus ultimam eversæ Hierosolymæ perniciem refert in hujus sanctissimi viri injustam cædem. Disces ex hoc brevi, sed illustri opere præter orationem, & patientiam necessarium quoque esse usum & exercitium bonorum operum, præsertim beneficentiæ in proximum.

Epistola S. Petri

S. Petri PRima celebrat mirabile consilium Dei sancientis pro salute humana Incarnationem Dominicam. Declarat gentium, & Judæorum ad fidem, & ad æternam gloriam conversionem; egregiè cohortatur ad virtutes, quibus vita Christiana ad magnam perfectionem provehitur, ùt ad charitatem, obedientiam, continuam orationem, patientiam. Altera epistola magnam obtinet excellentiam à loco. Fertur enim scripta in custodia vel carcere Mamertiniano, in quo ultimos vitæ novem menses futuri martyrii jam præscius exegit. Hinc passim prodit suum pro Christianis sacris patiendi ardorem, estque velut cygnea vox, quâ universæ Ecclesiæ valedicit.

Epistolæ S. Joannis.

62. S. Joannis SUnt tres, quæ ubique suum auctorem, & charitatem spirant, præcipuè autem, ut legenti liquet, inspirant fidem non sterilem, sed feracem bonorum operum & conjunctam cum charitate; jugulant etiam hæresin Simonis Magi.

Epistola B. Judæ.

Judæ TRadit primaria fidei mysteria, & epitomen præceptorum, quorum cultu mens omnibus virtutibus per Christum decoratur.

Apocalypsis

CUi paulò diutiùs inhærendum. Nam ut optimè M. Aurelius Cassiodorus [studiosè legentium animos ad supernam contemplationem deducit, & facit mente cernere, quod Angeli videndô beati sunt.] Quid illustrius dici queat? Attamen majora Paulino suo *uu* scribens Hieronymus [Apocalypsis, ait: S. Joannis tot habet Sacramenta, quot verba. Parùm dixi. Pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.] Aliis Deus prophetis minutim aperuit eventum quemdam peculiarem; uti vocationem gentium Isaiæ, Hierosolymæ excidium Jeremiæ, templi Solymæi restaurationem Ezechieli, aliis alia: cui tamen revelabat unum, ferè solitus erat celare alterum. Solum Joannem nihil latere voluit. *xx* Causam inquirens Origines ait, *omnem visibilem, & invisibilem creaturam superat, & deificatus in Deum intrat se deificantem.* Sed audiamus & Abulensem: *Joannes* inquit, *de toto statu Ecclesiæ habuit revelationem.* Quidquid igitur in gente Christi gestum est, aut gerendum Apocalyptica Aquila suis acutissimis oculis perspexit. Id sigillatim docent Lyranus, Aureolus, Salmeron, Ribera, Bellarminus, Viega, Pererius, Alcazarius, S. Antoninus, aliique viri doctrinæ, & sanctimoniæ laude clarissimi. Quamquàm omnes fateantur Apocalypsin mari simillimam esse, quod, etsi hauriant universi, nequeat exhauriri. Unde Gagneius celebris ejus interpres asserit, multa in eo libello comprehendi Sacramenta omnibus incognita, soli Joanni cognita. Hac de causa in scholam S. Joannis ipsos cœlestes genios confluxisse. *Planè constat yy* ait S. Chrysostomus, *ipsos Angelos summa cum attentione Joannis se Auditores exhibuisse.* Quare ad hoc opus cum magna animi præparatione Lector accedere debet & sibimet dicere, quod *zz* olim Dionysius Alexandriæ Ep. [In libro Apocal. arcanam, planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam latere existimo. Nam & sicubi ipse non intelligo, suspicor tamen altiorem quendam sensum verbis subesse, eaque non meo ipsius judicio metior; sed plus fidei tribuens, sublimiora censeo, quàm ut à me percipiantur, & eò admiror magis, quò minùs capio.] Id, quod magnus iste Præsul bene sensit de Apocalypsi, tu pariter sentias de singulis sacri Codicis partibus. Singulæ namque sunt inexhausti maris profundissima flumina, ex quibus quantumcunque hauseris, semper restabit, quod haurias. Hæc pietas, reverentia, & humilis sensus sicut debetur Auctori Deo; ita tibi meretur ab eodem lumen, & gratiam divinum Verbum intelligendi & faciendi. Siquidem teste Apostolo, *aaa Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Et ipso Christo contestante *bbb Beati* sunt, *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Apocalypticos

totius sacri Codicis

O igitur beati oculi, qui quotidie legunt! ô beatus intellectus, qui quotidie intelligit! ô beata voluntas, quæ quotidie suscipit Dei efficaciter loquentis effata! Verùm hæc *ccc* superiùs latiùs deducta non ampliùs remetimur; sed demissè rogamus benevole Lector, ut consilium nostrum, quô Præfationes S. Hieronymi hîc omisimus, æquum ratúmque habeas. Id enim persuasit libri moles, & maximè tua utilitas, cui provehendæ promittimus Manuale Biblicum propediem typis, dante Deô, subjiciendum, in quo D. Hieronymi Prologos, variósque locupletes indices eruditionis, & memoriæ causâ elaboratos reperies. Interim, dum verbis finem imponimus, aurei Oratoris hortamenta sectare [Comparate vobis, *ddd* inquit: Biblia, animæ pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel novum Testamentum acquirite, Apostolorum acta, Evangelia, continuos, ac sedulos Docto-

res. Si acciderit molestia, huc veluti apothecam pharmacorum introſpice. Hinc tibi ſume ſolamen mali, ſive damnum evenerit, ſive mors, ſive amiſſio domeſticorum. Imò non introſpice ſolum, ſed omnia iterum, atque iterum verſa, mentéque illa contine. Hoc demum malorum omnium cauſa eſt, quod Scripturæ ignorantur. Sine armis bellum ingredimur, & quomodo ſervari poſſumus?] Hæc ille. Quibus preces jungimus, ut pro nobis Deum roges, ne, dum aliis facienda dictamus, in illorum numerò computemur, qui dicunt, & non faciunt. Vive, & vale, iterúmque Deum pro nobis ora.

a *Hom.* 4. b *Rom.* 10. 4. c *Seſſ.* 4. d *c.* 1. 17. e *tr.* 30. *in Joan.* f *l.* 2. *Conſt. Ap. c.* 61. g *Act.* 10 *can* 3. h *Rom.* 1. i *Aug. l. de vera relig. c.* 16. k *Jo.* 6. l *Matth* 19. 29. m *Serm. in cit. verba.* n *Ser.* 1. *in ſept.* o *Joan* 8. 47. p *vid. Gl. S. B. ep.* 1. *l.* 2. *p.* 3. *c.* 2. §. 3. & 4. q *cap.* 11. *Reg.* r *Hebr.* 4. 12. s *Iſai.* 52. 7. & *Rom.* 10. 15. t *vit. l.* 2. *c.* 3. u *vid. Ann. Mab. ad ann.* 640 *n.* 1. x *ad ann* 673. *n.* 29. y *vid. not. in ep.* 30. *l.* 1. *San-Mauren. noſt.* z *l.* 8. *ep.* 17. aa *ſer.* 1. *de* 7. *pan.* bb *Hieron. ep.* 1. cc *l.* 2. *de conſid.* dd *l.* 1. *Rev. c.* 129. ee *Boll.* 25. *Apr.* ff *Ser.* 14. gg *Gen.* 2. 13. hh *c.* 1. ii *Marc.* 1. 3. kk *cit. Ser.* 14. ll *S. Hieron.* mm 2. 16. & 16. 25. nn *S. Anſelm. in c.* 4 *ad Colloſſ.* oo *Boll.* 16. *Jun. c.* 2. pp *Card. Bona in tr. de Sac. Miſſ. c.* 5. §. 12. qq *Hieronym.* rr *Baron. ad an.* 239. ss *in præf. ad tr. de verb. Dom.* tt *S. Bern. Ser. de div. c.* 19. uu *de div. Lect. c.* 9. xx *In Evang. Jo. c.* 1. *hom.* 2. yy *Jo. Chryſ. in proem.* 90. zz *apud Euſeb. l.* 7. *hiſt. c.* 25. aaa *Rom.* 2. 13. bbb *Luc.* 11. 28. ccc §. 1. ddd *Hom.* 9. *in ep. ad Coloſſ.*

BIBLIA SACRA
LATINO-GERMANICA.
PARS PRIMA
COMPLECTENS VETERIS TESTAMENTI
LEGEM, ET LEGIS HISTORIAM:
MOYSIS PENTATEUCHUM,
Libros Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipoménon,
Esdræ, Tobiæ, Judith & Esther.

Lateinisch- und Teutsche Bibel.
Erster Theil
In sich haltend deß alten Testaments
Gesatz- und History-Bücher:
Deß Moysis / Josue / der Richter / Ruth / der Königen / der Königen Cronick / deß Esdrä / Tobiä / Judith und Esther.

Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per JESUM Christum facta est. Joan. 1. 17.
Das Gesatz ist durch Moysen gegeben / Gnad und Warheit ist durch JESUM Christum worden.

LIBER GENESIS.
HEBRAICE
BERESITH.

CAPUT I.

Period. Jul. 710.
A. M. 1.
Ante æram Chr. comm. 4004.

I. Dominus primo die creat cœlum, terram & lucem, 1. secundo firmamentum; 6.
II. Tertio die fecit aridam & vegetabilia: herbas virentes & arbores; 9. Quarto luminaria Cœli, solem, lunam, stellas, 14.
III. Quinto pisces & aves, 20. Sexto bestias, jumenta & reptilia, denique hominem, cui subjecit omnia, quæ creaverat. 24.

a Sabb. Sancto Proph. 1.
b Ps. 32. 6. 135. 5. *Eccli.* 18. 1. *Act.* 14. 14. 17. 24.
c Hebr. 11. 3.
d appellari fecit.
e Psal. 135. 6. 148. 4.
f Jerem. 10. 22. 51. 15. *Psal.* 32. 7.
g Job. 38. 4. *Psalm.* 88. 12. 135. 6.
h arborem Hebr.

IN *a* principio creavit Deus
cœlum *b* & terram.
2. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ
erant super faciem abyssi:
& spiritus Dei ferebatur super aquas.
3. Dixítque Deus; *c* Fiat lux. Et facta
est lux.
4. Et vidit Deus lucem quòd esset bona: & divisit lucem à tenebris.
5. Appellavítque *d* lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque est vespere &
mane, dies unus.
6. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas
ab aquis.
7. Et fecit Deus firmamentum, divisítque aquas, quæ erant sub firmamento,
ab his *e* quæ erant super firmamentum.
Et factum est ita.
8. Vocavítque Deus firmamentum, *f*
Cœlum: & factum est vespere, & mane,
dies secundus.
II. 9. Dixit verò Deus: Congregentur
aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum unum:
& appareat arida. Et factum est ita.
10. Et vocavit Deus aridam, *g* Terram,
congregationésque aquarum appellavit
Maria. Et vidit Deus, quod esset bonum.
11. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum *h*
pomiferum faciens fructum juxta genus
suum, cujus semen in semetipso sit super
terram. Et factum est ita.

Das erste Buch Mose.
Hebräisch genannt
Beresith.

Das I. Capitel.

I. Im Anfang erschafft GOtt am ersten Tag den Himmel/ die Erd und das Liecht/ 1. Am zweyten das Firmament / 6.
II. Am dritten/ das Trucken / samt Kräuteren und Bäumen/ 9. Am vierdten/die Liechter deß Himmels/Sonn/ Mond/ und Stern/ 14.
III. Am fünfften / Fisch und Vögel / 20. Am sechsten / die Thier/ das Viehe/ das kriechend Gewürm und den Menschen / welcher allen zu einem Fürsteher wird gesezt/ 24. ꝛc.

IM Anfang hat GOTT den Himmel/ und die Erden erschaffen.
2. Aber die Erden war ungestalt und leer / und Finsternuß
war ober dem Abgrund/ und der Geist GOttes schwebte über den
Wassern.
3. Und GOtt sprach: Es werde das Liecht/ und
das Liecht ist worden.
4. Und GOtt sahe das Liecht / daß es gut wär:
und schide das Liecht von der Finsternuß.
5. Und nannte das Liecht/ Tag und die Finsternuß / Nacht: und es wurd Abend und Morgen /
ein Tag.
6. Und GOtt sprach: Es werde das Firmament zwischen den Wassern / und scheide die Wasser von den Wassern.
7. Und GOtt machte das Firmament / und
schide die Wässer, so unter dem Firmament waren / von denen / die ober dem Firmament waren.
Und es geschahe also.
8. Und GOtt nannte das Firmament / Himmel: und es wurd Abend und Morgen der ander
Tag.
II. 9. Und GOtt sprach Es samlen sich die Wasser/
welche unter dem Himel seynd / an ein besonderes
Ort: u. das Trucfne lasse sich sehë U. es geschahe also.
10 Und GOtt nannte das Trucfne Erden und
die Versammlung der Wässer nannte er Meer.
Und GOtt sahe/ daß es gut war.
11. Und sprach: Die Erd bringe Graß und
Kraut herfür / das sich besaame / und fruchtbare
Bäum / die ihre Frucht tragen / ein jeglicher nach
seiner Art / und die ihren Saamen bey ihnen selbst
haben auf Erden. Und es geschahe also.

12. Und

12. Und die Erd brachte Graß und Kraut herfür/ das sich besaamet nach seiner Art/auch Bäum/ die Frucht trugen / und bey ihnen selbst ihren Saamen hatten / ein jeglicher nach seiner Art. Und GOtt sahe / daß es gut war.

13. Und es wurd Abend und Morgen der dritte Tag.

14. Und GOtt sprach: Es werden Liechter am Firmament deß Himmels / und scheiden Tag und Nacht / und seyen zu Zeichen und zu Zeiten/ und zu Tagen/ und zu Jahren:

15. Damit sie scheinen am Firmament deß Himmels/ und erleuchtē die Erden. Und es geschahe also.

16. Und GOtt machte zwey grosse Liechter: ein groß Liecht / dem Tag fürzustehen: und ein klein Liecht/ der Nacht fürzustehen: darzu auch die Stern.

17. Und er setzte sie in das Firmament deß Himmels/ daß sie leuchten sollen auf Erden/

18. auch dem Tag und der Nacht fürstehen/und scheiden Liecht und Finsternuß. Und GOtt sahe / daß es gut war.

19. Und es wurd Abend und Morgen der vierte Tag.

III. 20. U. Gott sprach: die Wasser bringē kriechende Thier herfür / die ein lebendige Seel habē/und das Gevögel auf Erdē unter dem Firmamēt deß Hīmels

21. Und GOtt erschaffte grosse Walfisch und alles / was ein lebendige und webende Seel hat / das die Wasser herfürbrachten/ein jegliches nach seiner Art/ auch alles Gevögel nach seiner Art. Und Gott sahe/ daß es gut war.

22. Und er seegnete sie / und sprach: Wachset und mehret euch/ und erfüllet die Wasser deß Meers/ und die Vögel mehren sich auf Erden.

23. Und es wurd Abend und Morgen der fünffte Tag.

24. Und GOtt sprach: Die Erd bringe lebendige Seelen herfür nach ihrer Art / nemlich Vieh / kriechend Gewürm / und andere Thier der Erden nach ihrer Art. Und es geschahe also.

25. Und GOtt machte die Thier auf Erden nach ihrer Art/ uñ das Vieh und alles kriechend Gewürm nach seiner Art. Und GOtt sahe / daß es gut war.

26. Und sprach: Lasset uns den Menschen machen nach unserm Ebenbild und Gleichnuß: der da herrsche über die Fisch deß Meers / und über die Vögel deß Hīmels/ und über das Vieh/ auch über die gantze Erden und über alle kriechende Thier/ die sich bewegen auf Erden.

27. Und GOtt erschaffte den Menschen nach seinem Ebenbild: nach GOttes Ebenbild erschaffte er ihn / ein Männlein und Fräulein erschaffte er sie.

12. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignúmq; faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundùm speciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum.

13. Et factum est vespere & mane, dies tertius.

14. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & sint *i* in signa *k* & tempora *l*, & dies & annos:

15. Ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita.

16. FecitqueDeus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei: & luminare minus, ut præesset nocti: & stellas.

17. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram,

18. & præessent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd esset bonum.

19. Et factum est vespere & mane, dies quartus.

III. 20. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli.

21. Creavítque Deus Cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundùm genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum.

22. Benedixítque *m* eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: avésque multiplicentur super terram.

23. Et factum est vespere & mane, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas. Factúmque est ita.

25. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, & jumēta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonū,

26. & ait: Faciamus Hominem *n* ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra.

27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam: *o* ad imaginem Dei creavit illum. *p* masculum, & feminam creavit eos.

i Psal. 135. 7
k serenitatis tempestatis &c.
l veris æstatis &c.
m dans foecunditatem. Hebr.
n Inf. 5. 1. 9. 6. 1. Cor. 11. 7. Col. 3. 10.
o Sap. 2. 23. Eccli. 17. 1.
p Matth. 19. 4.

q Infr. 8. 17. 9. 1.

28. Benedixítq; illis Deus, & ait: *q* Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terrã.

29. Dixítque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna quæ habent in

r Infr. 9. 3. semetipsis sementem generis sui, *r* ut sint vobis in escam:

30. & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & universis quæ moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factũ est ita.

s Eccli. 39. 21. Marc. 7. 37.

31. *s* Vidítque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Et factum est vespere & mane, dies sextus.

CAPUT II.

I. Deus completo 6. diebus opificio, septimum benedicit: 3.
II. Hominem in Paradisum variis arboribus fructiferis, ac fluminibus insignitum ponit. 8. Cui Evam ex ipsius costa in adjutorium format. 18.
III. Et matrimonium instituit. 23.

1. Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.

a Per. Jul. 710. A. M. 1. Ante ær. Christ. 4004.
b exclusivè.
c Exod. 20. 11. 31. 17. Deut. 5. 14. Hebr. 4. 4.
d dedicavit ad suum cultum.

2. Complevítque *a* Deus die septimo *b* opus suum quod fecerat: *c* & requievit die septimo ab universo opere quod patrârat.

I. 3. Et benedixit diei septimo: & sanctificavit *d* illũ: quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret.

4. Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram.

5. Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnémque herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram: & homo non erat qui operaretur terram:

6. Sed fons ascendebat è terra, irrigans universam superficiem terræ.

7. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est

e 1. Cor. 15. 49. homo in animam viventem. *e*

II. 8. Plantaverat autem Dominus Deus

f die tertio. Paradisum voluptatis à principio *f*: in quo posuit hominem, quem formaverat.

---

28. Und GOtt seegnete sie/ und sprach: Wachset und mehret euch/ und erfüllet die Erden/ und unterwerffet sie / und herrschet über die Fisch deß Meers/ und über die Vögel deß Himmels / und über alle Thier/ die sich auf Erden bewegen.

29. Und GOtt sprach: Sehet / Ich hab euch gegeben alles Kraut / das sich besaamet auf Erden/ und alle Bäum / die in ihnen selbst Saamen haben nach ihrer Art / daß sie euch zur Speiß seyen:

30. und allen Thieren auf Erden/ und allen Vöglen deß Himmels / und allem / das sich beweget auf Erden/ und darin eine lebendige Seel ist/ daß sie zu essen haben. Und es geschahe also.

31. Und GOtt sahe alles/ was er gemacht hatte/ und es war sehr gut. Und es wurd Abend und Morgen der sechste Tag.

Das II. Capitel.

I. GOtt ruhet am sibenden Tag / welcher darum Sabbath genennet und geheiliget wird/ 3.
II. Pflantzet das Paradeiß / aus welchem vier Flüß entspringen / 8. Erschaffet Eva / aus Adams Rippen genommen / 18.
III. Setzet den Ehestand ein in Adam und Eva/ 23.

1. Also ward der Himmel und die Erden vollendet / sambt ihrer gantzen Zierd.

2. Und GOtt vollendete am sibenden Tag sein Werck das er gemacht hatte: und er ruhete am sibenden Tag von allem Werck das er gemacht hatte.

I. 3. Und er seegnete den sibenden Tag/ und heiligte ihn/ darum/ daß er an demselben geruhet hatte von allem seinem Werck das GOtt geschaffen hat/ und verordnet zu machen.

4. Diß ist das Herkomen deß Himels und der Erden/ da sie erschaffen wurden/ an dem Tag da Gott der HErr den Himmel / und die Erden machte.

5. Ehe dan einig Sträuchlein * deß Felds aufgangen war auf Erden/ und ehe dan einig Kraut im Feld herfür kam: Dan GOtt der HErr hatte noch nit regnen lassen auf Erden und war kein Mensch/ der das Land baute.

6. Aber ein Brunn kam auß der Erden herauf und befeuchtete obenher das gantze Erdreich.

7. Und GOtt der HErr bildete den Menschen vom Staub der Erden/ und bließ in sein Angesicht den Athem deß Lebens/ also ist der Mensch zu einer lebendigen Seel worden.

II. 8. Es hat aber GOtt der HErr von Anbegin ein Paradeiß deß Wollusts gepflantzet: darein setzte er den Menschen/ den er gemacht hat.

* **Gestäud, Stauden.**

9. Und

9. Und GOtt der HErr brachte auß der Erden herfür allerhand Bäum/ so schön anzusehen waren/ und lieblich zu essen: auch den Baum deß Lebens mitten im Paradeiß/ und den Baum der Erkandtnuß deß Guten und deß Bösen.

10 Und es gieng ein Fluß herauß an dem Ort/ da der Lustgarten war/ das Paradeiß zu befeuchten/ der sich dannenher in vier Hauptströhm theilet.

11. Der erste heisset Phison: der fließt um das gantze Land Hevilath/ daselbst wachst Gold.

12. Und das Gold desselbigen Lands ist das allerbeste: da findet man auch Bdellium/ und den edlen Stein Onyx genannt.

13. Und der andere Strom heißt Gehon/ der fließt um das gantze Morenland.

14. Aber der dritte Strom heißt Tygris/ der fließt gegen Assyrien. Der vierdte Strom aber ist Euphrates.

15. Und GOtt der HErr nahm den Menschen/ und setzte ihn in das Paradeiß deß Wollusts/ daß er es solte bauen und verwahren:

16. und er gebott ihm/ und sprach: Du solt von allen Bäumen im Paradeiß essen:

17. Aber von dem Baum der Erkantnuß deß Guten u. Bösen solt du nit essen. Dan an welchem Tag du darvon essen wirst/ so wirst du deß Tods sterben.

1. POstquam verò nonaginta & novem annorum esse cœperat *a*, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus.

2. Ponámque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.

3. Cecidit Abram pronus in faciem.

4. Dixítque ei Deus: Ego sum, & pactum meum tecum, *b* erísque pater multarum gentium.

5. Nec ultrà vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te.

6. Faciámque te crescere vehementissimè, & ponam te in gentibus, regésque ex te egredientur.

7. Et statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus *c*, & seminis tui post te.

8. Dabóque tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eróque Deus eorum.

9. Dixit iterùm Deus ad Abraham: *d* Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis.

10. Hoc est pactum meum quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne masculinum:

11. & circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit *e* in signum fœderis inter me & vos.

12. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus, quàm empticius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra:

13. Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum.

14. Masculus cujus præputii caro circum-

a Ann. M. 2107. Ante Chr. 1897.
b *Eccli.* 44. 20. *Rom.* 4. 17.
c tibi benefaciens & à te colendus.
d *Act.* 7. 8.
e *Rom.* 4. 11 *Lev.* 12. 3. *Luc.* 2. 21.

f peribit ob peccatum originale. *Aug.*

cumcisa non fuerit, delebitur *f* anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.

II. 15. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram *g*.

g id est, dominam

16. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.

h id dixit ex admiratione.

17. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putásne *h* centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet?

18. Dixitque ad Deum: Utinam Ismael vivat coram te *i*.

i vitam tibi probatam & acceptá

19. Et ait Deus ad Abraham: *k* Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabísque nomen ejus Isaac *l*, & constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini ejus post eum.

k Infr. 18 10. & 21. 2.

l i. e. risum

20. Super Ismael quoque exaudivi te, ecce, benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam.

m nempe de nascituro ex eo Christo. *Sà.*

21. Pactum verò meum *m* statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.

n i. Angelus discessit.

22. Cúmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus *n* ab Abraham.

III. 23. Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ: universósque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circumcidit carnem præputii eorum statim in ipsa die *o* sicut præceperat ei Deus.

o promptè Deo obediens.

24. Abraham nonaginta & novem erat annorum quando circumcidit carnem præputii sui.

25. Et Ismael filius tredecim annos impleverat tempore circumcisionis suæ.

26. Eadem die circumcisus est Abraham & Ismael filius ejus.

27. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi *p*, quàm emptitii & alienigenæ, pariter circumcisi sunt.

p Hebr. domesticati.

CAPUT XVIII.

I. Angeli ab Abraham hospitio suscepti 1.
II. Filium ex Sara promittunt, quæ ob id ridens, corripitur, 9.

haut nit beschnitten wird / so sol die Seel auß seinem Volck vertilget werden / darum / daß er meinen Bund vernichtiget hat.

II. 15. Und GOtt sagte auch zu Abraham: dein Weib Sarai solt du nit mehr Sarai nennen / sondern Sara.

16. Und ich wil sie seegnen / und wil dir auß ihr einen Sohn geben / dem ich seegnen werde / und er wird zu Völckern werden / und König über Völcker sollen von ihm herkommen.

17. Da fiel Abraham auf sein Angesicht u. lachte/ u. sprach in seinem Hertzen: meinest du wol/ daß einem hundertjährigen Mañ solt ein Sohn geboren werden? u. daß Sara die neuntzig Jahr alt ist sol gebärẽ?

18. Und er sprach zu GOtt: Ach daß Ismael leben möchte vor dir.

19. Und GOtt sprach zu Abraham: Sara dein Weib sol dir einen Sohn gebären / und du solt seinen Namen Isaac nennen / und ich wil meinen Bund mit ihm aufrichten zu einer ewigen Verpflichtung / und mit seinem Saamen nach ihm.

20. Uber Ismael hab ich dich auch erhöret. Sihe ich wil ihn seegnen / wil ihn fruchtbar machen / und sehr mehren: Zwölff Fürsten wird er zeugen / und ich wil ihn zum grossen Volck machen.

21. Aber meinen Bund wil ich mit Isaac befestigen / den dir Sara gebären sol um dise Zeit im andern Jahr.

22. U. als die Red deß jenigen/ der mit ihm Sprach hielt/ geendiget war fuhr Gott hinauf von Abraham

III. 23. Da nam Abraham seinen Sohn Ismael u. alle Knecht/ die in seinem Hauß geboren waren/ und alle/ die er gekaufft hatte/ alle/ die Männlichs Geschlechts waren / auß allen Männern in seinem Hauß / und beschnitte alsbald am selben Tag das Fleisch ihrer Vorhaut/ wie ihm Gott befohlẽ hatte.

24. Abraham war neun und neuntzig Jahr alt / als er das Fleisch seiner Vorhaut beschnitte

25. Und Ismael sein Sohn hatte seine dreyzehen Jahr erfüllet / zu der Zeit seiner Beschneidung.

26. Auf einen Tag ward Abraham und Ismael sein Sohn beschnitten.

27. Und alle Männer in seinem Hauß so wol die bey ihm geborne Knecht/ als auch die Erkauffte u. Frembdling/ wurden zugleich beschnitten.

Das XVIII Capitel.

I. Drey Engel werden von Abraham geherbergt / 1.
II. Versprechen ihm einen Sohn auß der Sara/ 9.

3. Ent-

III. Entdecken ihm den Untergang der Sodomiter/ für welche Abraham vergebens bittet. 17.

1. DEr HErr aber erschien ihm im Thal Mambre/ als er in der Thür seiner Hütten saß/ und der Tag am heissesten war.

2. Und da er seine Augen aufhube/ erschienen ihm drey Männer/ welche in der nähe bey ihm stunden: Als er sie nun sahe/ lieff er ihnen entgegen von der Thür seiner Hüten/ und bettete an/ sich niderbuckend zur Erden.

3. Und sprach: HErr/ hab ich Gnad funden vor deinen Augen/ so gehe nit fürüber vor deinem Knecht:

4. Sondern ich wil ein wenig Wassers holen/ daß ihr eure Füß waschet / und ruhet unter dem Baum.

5. Und ich wil einen Bissen Brods fürlegen/ daß ihr euer Hertz stärcket/ und hernach sollet ihr fortgehen: dan darum seyd ihr zu eurem Knecht abgetretten/ u. sie sprachen: Thue/ wie du geredt hast.

6. Und Abraham eilete in die Hütten zu der Sara/ und sprach zu ihr: Eile / und mische drey Maß Semmelmehls/ und backe Brod unter der Aschen.

7. Er aber lieff zum Viehe / und holete von dannen ein zartes Kalb von den besten / und gab es dem Knaben/ der eilte und kochte dasselbig.

8. Er truge auch Butter und Milch auf / sambt dem Kalb das er gekocht hatte / und setzte es ihnen für. Er aber stund bey ihnen unter dem Baum.

II. 9. Und da sie nun gessen hatten/ sprachen sie zu ihm: Wo ist Sara dein Weib? Er antwortete: Sihe/ sie ist in der Hütten.

10. Da sprach er zu ihm: Ich wil widerum zu dir kommen eben um dise Zeit eures Lebens / so wird Sara dem Weib einen Sohn haben. Da das Sara hörte/ lachte sie hinder der Thür der Hütten.

11. Sie waren aber beyde alt / und wohl betagt/ also daß es der Sara nit mehr gieng nach der Frauen Weiß. *

12. Und sie lachte heimlich und sprach: Soll ich/ nachdem ich alt worden/ und mein HErr auch betagt ist nochmahl der Lust pflegen?

13. Der HErr aber sprach zu Abraham: Warum hat Sara gelachet/ und spricht: Soll ich in der Warheit gebären/ da ich nun ein altes Weib bin.

14. Solte dan GOtt wohl einig Ding schwer seyn? nach meiner Zusag will ich wider zu dir kommen/ eben um dise Zeit eures Lebens/ und Sara soll einen Sohn haben.

15. Da laugnet Sara und sprach: Ich hab nit

* Das monatl. Geblüt ware ausbliben.

III. *Sodomorum eversio prædicitur, pro quibus Abraham sæpiùs deprecatur.* 17.

1. APparuit *a* autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei.

a Eodem ann. 2107.

2. Cúmque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, *b* cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & adoravit in terram.

b *Hebr.* 13. 2.

3. Et dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum:

4. sed afferam pauxillum aquæ, & lavate pedes vestros, & requiescite sub arbore *c*.

c quæ erat ante tabernaculum.

5. Ponámque buccellam panis, & confortate cor vestrum, posteà transibitis: idcircò enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt: Fac ut locutus es.

6. Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixítque ei: Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes.

7. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero: qui festinavit & coxit illum.

8. Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse verò stabat juxta eos sub arbore.

II. 9. Cúmque comedissent, dixerunt *d* ad eum: Ubi est Sara uxor tua? ille respondit: Ecce in tabernaculo est.

d unus illorum.

10. Cui dixit: *e* Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi.

e *Sup.* 17. 19. *Infr.* 21. 1. *Rom.* 9. 9.

11. Erant autem ambo senes, provectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. *f*

12. Quæ risit occultè, dicens: Postquam consenui, & dominus meus *g* vetulus est, voluptati operam dabo?

f menstrua.
g 1. *Pet.* 3. 6.

13. Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens: Num verè paritura sum anus?

14. Numquid Deo quidquam est difficile? juxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore *h* vita comite, & habebit Sara filium.

h Sequenti anno.

15. Negavit Sara dicens: Non risi: timore

more perterrita. Dominus autem: Non est, inquit, ita: sed risisti. *i*

i Risum Saræ arguit Dominus, quia fuit dubitationis.

16. Cùm ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abraham simul gradiebatur, deducens eos.

III. 17. Dixítque Dominus: Num celare potero Abraham quæ gesturus sum:

18. Cùm futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam *k*, & BENEDICENDÆ sint in illo *l* omnes nationes terræ.

k. *Sup.* 12. 3. *Infr.* 22 18.

l per semen illius, sc. Christum.

19. Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini, & faciant judicium & justitiam: ut adducat Dominus propter *m* Abraham omnia quæ locutus est ad eum.

m Hebr. super.

20. Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis.

21. Descendam & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam. *n*

n Qua pœna sint puniendi: Hic loquitur Deus more humano.

22. Converterúntque *o* se inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat coram Domino.

o sc. duo alii Angeli.

23. Et appropinquans ait: Numquid perdes justum cum impio?

24. Si fuerint quinquaginta justi in civitate *p*, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo?

p Sodoma quæ caput erat aliarum civitatum.

25. Absit à te, ut rem hanc facias, & occidas justum cum impio, fiátque justus sicut impius, non est hoc tuum: qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc.

26. Dixítque Dominus ad eum: Si invenero Sodomis quinquaginta justos in medio civitatis *q*, dimittam omni loco propter eos.

q intra ambitum civitatis.

27. Respondénsque Abraham, ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis.

28. Quid si minùs quinquaginta justis quinque fuerint? delebis, propter quadraginta quinque, universam urbem? Et ait: Non delebo, si invenero ibi quadraginta quinque.

29. Rursúmque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta ibi inventi fuerint,

gelachet: dan sie war auß Forcht erschrocken. Der HErr aber sprach: Es ist nit also / du hast gelacht.

16. Da nun die Männer aufgestanden waren von demselben Ort / wandten sie ihr Angesicht gen Sodoma. Und Abraham gieng mit ihnen / und begleitete sie.

III. 17. Und der HErr sprach: Solt ich dem Abraham verbergen können / was ich thun werde:

18. Weil er zu einem grossen und überauß starcken Volck werden soll / auch alle Völcker der Erden in ihm sollen GESEGNET WERDEN?

19. Dan ich weiß / daß er seinen Kindern befehlen wird / und seinem Hauß nach ihm / daß sie deß HErrn Weeg bewahren / und Recht und Gerechtigkeit thun: damit der HErr um Abrahams willen alles vollbringe / was Er zu ihm geredt hat.

20. Derwegen sprach der HErr: Das Geschrey deren zu Sodoma und Gomorrha hat sich gemehret / und ihre Missethat ist über die Maaß schwer worden.

21. Darum wil Ich hinabgehen / und sehen / ob sie das Geschrey, so vor mich kommen ist mit dem Werck erfüllet haben: ob es nit also ist / damit Ichs wisse.

22. Und sie wandten sich von dannen / und giengen gen Sodoma. Abraham aber stund noch vor dem HErrn.

23. Und er tratt näher hinzu / und sprach: Wilst du dan den Gerechtē mit dem Ungerechtē vertilgen.

24. Wan fünfftzig Gerechte in der Stadt seyn wurden / sollen sie zugleich umkommen? Und woltest du disem Orth nit verschonen um der fünfftzig Gerechten willen / wan sie da wären.

25. Das sey weit von dir / daß du das thust / und tödtest den Gerechten mit dem Gottlosen / und der Gerechte werde wie der Gottlose / das wil dir nit gebühren / der du alle Welt richtest / keines Weegs wirst du ein solch Urtheil fällen.

26. Und der HERR sprach zu ihm: Wo ich fünfftzig Gerechte zu Sodoma in der Stadt finden werde / so wil Ichs um derselben willen dem gantzen Ort vergeben.

27. Und Abraham antwortet und sprach: Dieweil ich einmal angefangen habe / so wil ich mit meinem HErrn redē / wiewol ich Staub und Aschē bin.

28. Wie? wan fünff Gerechte weniger da wären / dan fünfftzig? woltest du dan um der fünff und viertzig willen die gantze Stadt verderben? Und er sprach: Wan Ich fünff und viertzig darinn finde / so wil ich sie nit verderben.

29. Widerum sprach er zu ihm: Wan aber viertzig darinn gefunden wurden / was woltest du thun?

Er sprach: Ich wil sie nit schlagen um der viertzig willen.

30. Und Abraham sprach: Ich bitte dich lieber HERR zürne nit/ wan ich rede: Wie/ wan dreyssig darinn gefunden wurden? Er sprach: Finde Ich dreyssig drinnen/ so wil Ichs nit thun/

31. und er sprach: Dieweil ich einmahl angefangen habe so wil ich mit meinem HErrn reden. Wie? wan zwantzig daselbst gefunden wurden? Er antwortet: Ich wil sie nit tödten um der 20. willen.

32. Und er sprach: Ich bitte dich/ O HErr zürne nit/ wan ich noch einmahl rede Wie? wan zehen da gefunden wurden? und Er sprach: Ich wil sie nit vertilgen um der zehen willen.

33. Und der HErr gieng hinweg/ nachdem er auffgehöret mit Abraham zu reden. Und Abraham kehrte widerum zu seinem Ort.

Das XIX Capitel.

I. Lot beherbergt drey Engel/ derentwegen ihn die Sodomiter ängstigen/ 1.
II. Die Engel führen Lot mit seinem Weib und Töchtern aus Sodoma: so sambt andern Städten das Feur vertilget. 16.
III. Das Weib Lot wird zu einer Saltz-Saul/ 26.
IV. Die Töchter Lots empfangen von ihrem trunckenen Vatter/ und gebähren Moab und Ammon/ 31.

1. UNd zween Engel kamen gen Sodoma deß Abends / da Lot im Thor der Stadt saß. Und als er sie sahe/ stund er auf/ und gieng ihnen entgegen/und bettet an/ zur Erden sich neigend/

2. Und sprach: Ich bitte euch/ meine HErren / kehret doch ein zum Hauß euers Dieners/ und bleibet daselbst. Waschet eure Füß und am Morgen ziehet eures Weegs. Sie sprachen: Mit nichten/ sondern wir wollen auf der Gassen bleiben.

3. Da nöthigte er sie gar sehr / daß sie zu ihm einkehreten: und da sie in sein Hauß kommen waren/ richtet er ein Mahl an/ und macht ungesäurt Brod/ und sie assen.

4. Aber ehe dan sie schlaffen giengen / umgaben die Männer der Stadt das Hauß vom Kind an biß zum Alten/ das gantze Volck miteinander.

5. Und sie forderten Lot/ und sprachen zu ihm: Wo seynd die Männer/ so dise Nacht zu dir eingekehret seynd? führe sie herauß hieher / daß wir sie erkennen.

6. Und Lot gieng zu ihnen herauß / schloß die Thür hinder ihm zu und sprach:

7. Meine Brüder/ ich bitte euch/ thut doch dise böse That nit.

8. Ich hab zwo Töchter/ die haben noch keinen

quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta.

30. Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar: Quid si ibi inventi fuerint triginta? Respondit: Non faciam, si invenero ibi triginta.

31. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum: Quid si ibi inventi fuerint viginti? Ait: Non interficiam propter viginti.

32. Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: Quid si inventi fuerint ibi decem? Et dixit: Non delebo propter decem.

33. Abiitque Dominus *r*, postquam cessavit loqui ad Abraham: & ille reversus est in locum suum.

r Angelus Deum repræsentans

Caput XIX.

I. Lot Angelos hospitio suscipit, à Sodomitis vim patitur: 1.
II. Cum Uxore & utraque filia à Sodomitico ereptus incendio, 16.
III. Uxorem in via amisit: 26.
IV. Inebriatus, cum utraq; filia incestum commisit; unde ortum Moabitæ & Ammonitæ habent. 31.

1. VEnerúntque *a* duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus civitatis. Qui cùm vidisset eos, surrexit, & ivit obviam eis: adoravítque pronus in terram,

a eodem ann. 2107. *Hebr.* 13.2

2. & dixit: Obsecro, Domini, declinate in domum pueri *b* vestri, & manete ibi: lavate pedes vestros, & manè proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus.

b servi.

3. Compulit illos oppidò ut diverterent ad eum: ingressísque domum illius fecit convivium, & coxit azyma, & comederunt.

4. Priùs autem quàm irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum à puero usque ad senem, omnis populus simul.

5. Vocaverúntque Lot, & dixerunt ei: Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, ut cognoscamus eos.

6. Egressus ad eos Lot, post tergum occludens ostium, ait:

7. Nolite, quæso, fratres mei, nolite malum hoc facere.

8. Habeo duas filias, quæ necdum cogno-

cognoverunt virum: educam *c* eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodò viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei.

9. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursus: Ingressus es, inquiunt, ut advena; numquid ut judices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. *d* Vimque faciebant Lot vehementissimè: jámque propè erat ut effringerent fores.

10. Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clauserúntque ostium.

11. Et eos, qui foris erant, *e* percusserunt cæcitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent.

12. Dixerunt autem ad Lot: Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes, qui tui sunt, educ de urbe hac:

13. Delebimus enim locum istum, eo quòd increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos.

14. Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias ejus, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens *f* loqui.

15. Cúmque esset manè, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere *g* civitatis.

II. 16. Dissimulante illo, apprehenderunt manum ejus, & manum uxoris, ac duarũ filiarũ ejus, eò quòd parceret Dominus illi.

17. *h* Eduxerúntque eum, & posuerunt extra civitatem: ibique locuti sunt ad eum, dicentes: Salva animam tuam: noli respicere post tergum; nec stes in omni circà regione: sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas.

18. Dixítque Lot ad eos: Quæso Domine mi,

19. Quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificâsti misericordiam tuam quam fecisti mecum, ut salvares animam meam, nec possum in monte

Mann erkennet: die wil ich zu euch herauß führen/ und mißbrauchet dieselbige / wie es euch gefällt / allein/ daß ihr disen Männern nichts Böses thut / dieweil sie unter den Schatten meines Dachs eingangen seynd.

9. Sie aber sprachen: Weiche dort hin/ und abermahl sprachen sie: Du bist herein kommen als ein Frembdling; bist du darum kommen / daß du richtest? derwegen wöllen wir dich mehr plagen / dan jene. Und sie trungen mit Gewalt auf den Lot: und es war gar nahe daran/ daß sie die Thür aufgebrochen hätten.

10. Und sihe/ die Männer streckten ihre Hand auß/ zohen den Lot zu sich hinein / und schlossen die Thür zu.

11. Und schlugen die draussen mit Blindheit / vom geringsten biß zum grösseſten/ also daß sie die Thür nit finden konnten.

12. Sie sprachen aber zum Lot. Hast du allhie noch jemand von den deinen? es sey Tochtermann/ oder Söhn oder Töchter? führe sie alle auß diser Stadt/ die dich angehen.

13. Dan wir werden dise Stadt vertilgen/ darum/ daß ihr Geschrey groß worden ist vor dem HErrn/ der uns gesandt hat/ sie zu vertilgen.

14. Darauf gieng Lot hinauß / und redte mit den Männern/ die seine Töchter nehmen solten / und sprach: Machet euch auf/ und gehet von disem Ort heraus: dan der HErr wird dise Stadt vertilgen. Und es dauchte sie / daß er Schertzwort mit ihnen redte.

15. Da es nun Morgen war / nöthigten ihn die Engel und sprachen: Mache dich auf / nimm dein Weib/ und die beyde Töchter/ die du hast: damit du nit auch zu grund gehest in dem Laster diser Stadt.

II. 16. Und da er sichs nit annam/ grieffen sie ihn / und sein Weib / und seine zwo Töchter bey der Hand, darum/ daß der HErr seiner schonete.

17. Und sie führeten ihn hinaus / und stelleten ihn draussen für die Stadt: daselbst redten sie mit ihm/ und sprachen: Erhalte deine Seel: und sihe nit hinder dich / auch stehe nit in diser gantzen Gegend: sondern erhalte dich auf dem Berg: damit du nit auch zugleich umkommest.

18. Und Lot sprach zu ihnen: Ich bitt mein lieber HERR/

19. Dieweil dein Knecht Gnad funden hat vor dir und hast deine Barmhertzigkeit/ die du an mir gethan hast/ groß gemacht/ daß du meine Seel erhieltest/ Ich mag auf dem Berg auch nit erhalten wer

c. sperabat hic populum placare. *Chrysost.*

d 2. Petr. 2. 8.

e Sap. 19. 16. 2. Reg. 6. 18.

f non seriò.

g supplicio sceleris.

h Sap. 10. 6.

werden/ daß mich villeicht das Ubel nit ergreiffe/ und ich umkomme.

20. Es ist dise kleine Stadt nahe hiebey / dahin ich fliehen kan / und in ihr erhalten werden: ist sie nit gering / und sol mein Seel da leben?

21. Und er sprach zu ihm: Sihe ich hab in dem auch deine Bitt angenommen daß ich die Stadt nit umkehre / für welche du geredt hast.

22. Eile und errette dich daselbst: dann ich werde nichts thun könen/ biß du dahin einkommen bist. Daher ist der Nahm derselben Stadt genannt Segor.

23. Die Sonn war aufgangen auf Erden/ und Lot kam zu Segor hinein.

24. Also regnete der HERR auf Sodoma und Gomorrha Schwefel/ und Feuer vom HErrn auß dem Himmel herab:

25. Und kehret dise Städt/ und alle dise Gegend um/ alle Innwohner der Städt/ und alles was grün war auf Erden.

III. 26. Und sein Weib sahe hinter sich / und ward zur Saltzsaulen.

27. Abraham aber machte sich deß Morgens frühe auf/ und an dem Ort/ da er zuvor gestanden war mit dem HErrn/

28. Sahe er Sodoma und Gomorrha an/ und alles Land in derselben Gegend: und er sahe einen Dampff mit Funcken aufgehen von der Erden/ wie einen Rauch vom Ofen.

29. Dan da GOtt die Städt derselben Gegend also umkehrte / gedachte er an Abraham / und erlöste den Lot vom Untergang der Städt darinn er gewohnet hatte.

30. Und Lot kam herauf von Segor und blib auf dem Berg / und seine beyde Töchter mit ihm (dan er förchtet sich zu Segor zu bleiben) und hielt sich auf in einer Höhle/ er und seine beyde Töchter mit ihm.

IV. 31. Und die Aelteste sprach zu der Jüngsten Unser Vatter ist alt / und es ist kein Mann überbliben auf Erden/ der zu uns hinein gehen möge/ nach Gewohnheit aller Welt.

32. Komm / laß uns ihn truncken machen mit Wein/ und bey ihm schlaffen/ damit wir den Saamen von unserm Vatter erhalten mögen.

33. Also gaben sie die Nacht ihrem Vatter Wein zu trincken: und die Aelteste gieng hinein und schlief bey ihrem Vatter: und er wards nit gewahr/ weder da sich seine Tochter zu ihm legte/ noch da sie aufstund.

34. Deß andern Tags sprach auch die Aelteste zu der Jüngsten: Sihe/ ich hab gestern bey meinem

salvari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar.

20. Est civitas hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea: numquid nō modica est *i*, & vivet anima mea?

21. Dixítque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es.

22. *k* Festina & salvare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Idcircò vocatum est nomen urbis illius Segor. *l*

23. Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.

24. Igitur Dominus *m* pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo:

25. & subvertit civitates has, & omnem circà regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia.

III. 26. *n* Respiciénsque uxor ejus post se, versa est in statuam salis *o*.

27. Abraham autem consurgens manè, ubi steterat priùs *p* cum Domino,

28. intuitus est Sodomam & Gomorrham, & universam terram regionis illius: viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum.

29. Cùm enim subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de subversione urbium in quibus habitaverat.

30. Ascendítque Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ ejus cum eo (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ ejus cum eo.

IV. 31. Dixítque major ad minorem: *q* Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos juxta morem universæ terræ.

32. Veni, inebriemus eum vino, dormiamúsque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen.

33. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est major, dormivítque cum patre: at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.

34. Altera quoque die dixit major ad minorem: Ecce dormivi heri cum patre meo

i q. d. pauci sunt in ea incolæ, adeoq; pauciora & leviora crimina.

k *Sap.* 10. 6.

l i. parva, ante vocabatur Bala erat quinta urbs Pentapolis jam igni destinata cum reliquis, sed precibus Lot conservata est.

m *Deut.* 29. 23. *Isaiæ* 13. 19. *Jer.* 50. 40. *Ezech.* 16. 49. *Oseæ* 11. 8. *Amos* 4. 11. *Luc.* 17. 29. *Judæ* 1. 7.

n *Luc.* 17. 32.

o quia sal sapientiæ symbolum hic positus est ad eruditionem insipientium.

p *Sup.* 18. 1

q Lector juvenis, ut monent SS. Patres, ejusmodi acta, & objecta prætereat vel omittat: quia præsertim hic sola littera occidit.

meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro.

35. Dederunt etiam & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaque minor filia, dormivit cum eo: & ne tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit.

36. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo.

37. Peperitque major filium, & vocavit nomen ejus Moab: ipse est pater Moabitarum usque in præsentem diem.

38. Minor quoque peperit filium, & vocavit nomen ejus Ammon, id est, filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Caput XX.

I. Abrahæ in Geraris peregrinanti uxor à rege tollitur; 1.
II. Quæ Domino jubente cum donis intacta redditur, 9.
III. Abraham orante salus domui regis restituitur. 14.

a A convalle Mambre *b* Eodem an. 2107.

1. PRofectus inde *a* Abraham in terram australem, habitavit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris *b*.

2. Dixitque de Sara uxore sua: Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam.

3. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum.

4. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & justam interficies?

5. Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est: & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc.

6. Dixitque ad eum Deus: Et ego scio quòd simplici corde feceris: & ideò custodivi te ne peccares in me, & non dimisi ut tangeres eam.

7. Nunc ergo redde viro suo uxorem, quia propheta est: & orabit pro te, & vives: si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt.

8. Statimque de nocte consurgens Abi-

Vatter geschlaffen / laß uns ihm auch dise Nacht Wein zu trincken geben/ u. du solt bey ihm schlaffen/ daß wir den Saamen von unserm Vatter erhalten.

35. Also gaben sie auch dise Nacht ihrem Vatter Wein zu trincken und die jüngste Tochter gieng hinein/ und schlieff bey ihm Und er wards auch dißmahl nit gewahr / da sie sich zu ihm gelegt hatte / noch da sie aufgestanden war.

36. Also haben die beyde Töchter Lot empfangen von ihrem Vatter.

37. Und die älteste gebahr einen Sohn / und nannte seinen Nahmen Moab. Diser ist ein Vatter der Moabiter / biß auf den heutigen Tag.

38. Auch gebahr die jüngste einen Sohn / und nannte seinen Namen Ammon/ das ist / der Sohn meines Volcks: Diser ist ein Vatter der Ammoniter/ biß auf den heutigen Tag.

Das XX. Capitel.

I. Abimelech/der König zu Gerara/ nemmt dem Abraham sein Weib Sara/ 1.
II. Verweiset dem Abraham / daß er sie seine Schwester genennet / 9.
III. Gibt ihm selbe wider / mit Geschenck / und erlangt die Gesundheit durch das Gebett Abrahams / 14.

1. ABraham reiste von dannen in das Land gegen Mittag / und wohnete zwischen Cades und Sur/ und ward ein Frembdling zu Gerara.

2. Und er sagte von der Sara seinem Weib / sie ist meine Schwester. Derwegen sandte Abimelech der König zu Gerara auß und nahm sie hinweg.

3. Aber GOtt kam zu Abimelech im Traum bey der Nacht / und sprach zu ihm: Sihe/ du wirst sterben um deß Weibs willen / das du genommen hast: dan sie hat einen Mann.

4. Abimelech aber hatte sie nit berühret / und sprach: HErr wilst du dan ein unwissend und gerechtes Volck tödten.

5. Hat er nit zu mir gesagt: Sie ist meine Schwester? und hat sie nit gesagt/ er ist mein Bruder? Ich hab diß gethan in Einfalt meines Hertzen / und in Unschuld meiner Händ.

6. Und GOtt sprach zu ihm Ich weiß auch daß du es mit einfältigem Hertzẽ gethan hast darum hab ich dich auch behütet / daß du nit sündigtest wider mich, u hab nit zugelassẽ/ daß du sie berühret hättest.

7. So gib nun dem Mann sein Weib wider / dan er ist ein Prophet/ und er wird für dich bitten/ so wirst du leben: Wan du sie aber nit wider geben wilst so wisse daß du deß Tods sterben wirst / du und alles/ was dein ist.

8. Und Abimelech stund alsbald auf in der Nacht/ und

und rieff allen seinen Knechten / und vermeldte alle
dise Wort in ihrem Anhören / und die Männer
förchteten sich alle sehr.
II. 9. Aber Abimelech rief auch dem Abraham und
sprach zu ihm: Was hast du uns gethan? was ha-
ben wir wider dich gesündiget / daß du über mich /
und über mein Königreich die grosse Sünd gefüh-
ret hast? du hast uns gethan / das du nit hast sollen
thun.
10. Und abermahl schalt er ihn / und sprach: was
hast du angesehen / daß du solches gethan hast?
11. Abraham antwortete: ich gedachte bey mir
und sprach: villeicht ist kein GOttesforcht an disem
Ort / und sie werden mich umbringen um meines
Weibs willen.
12 Sonst aber ist sie auch warhaftig meine Schwe-
ster / ist meines Vatters Tochter / aber nit meiner
Mutter Tochter und ich hab sie zum Weib genommen
13. Demnach mich aber GOtt auß meines
Vatters Hauß geführet hat / sprach ich zu ihr: dise
Barmhertzigkeit solt du mir erzeigen / an jedem
Ort / dahin wir kommen werden / solst du sagen /
ich sey dein Bruder.
III. 14. Da nahm Abimelech Schaaf / und Rin-
der / Knecht und Mägd / und gab sie dem Abraham:
auch gab er ihm die Sara sein Weib widerum /
15. Und sprach: Das Land ist vor euch / nimm
deine Wohnung an welchem Ort dirs gefält.
16. Aber zu Sara sprach er: Sihe ich habe
deinem Bruder tausend Silberling geben / das
sol dir zum Augendeckel seyn gegen allen / die bey
dir seynd / und wohin du wirst kommen: und ge-
dencke / daß du ergriffen bist.
17. Und als Abraham bettete / da heilete Gott
den Abimelech und sein Weib und seine Mägd / und
sie haben gebohren.
18. Dan der HErr hatte alle Mütterliche Lei-
ber im Hauß Abimelech beschlossen / um der Sara
Abrahams Weibs willen.

Das XXI. Capitel.

I. Isaac wird geboren / beschnitten / u. von der Brust entwehnet. 1
II. Agar wird mit ihrem Sohn Ismael / vertriben; Aber in der Wüste vom Engel getröstet / 10.
III. Abraham macht einen Bund mit Abimelech. 22.

1. ABer der HErr suchte die Sara heimb / wie
er verheissen / und erfüllete / was er geredt
hatte.
2. Und Sara ward Schwanger / und gebahr
einen Sohn in ihrem Alter um dieselbige Zeit / die
GOtt ihr zuvor bestimmt hatte.

melech, vocavit omnes servos suos: & lo-
cutus est universa verba hæc in auribus
eorum, timuerúntque omnes viri valdè.
II. 9. Vocavit autem Abimelech etiam
Abraham, & dixit ei: Quid fecisti nobis?
quid peccavimus in te, quia induxisti super
me & super regnum meum peccatum
grande? quæ non debuisti facere, fecisti
nobis.
10. Rursúmque expostulans, ait: Quid
vidisti, ut hoc faceres?
11. Respondit Abraham: Cogitavi
mecum, dicens: Forsitan non est timor
Dei in loco isto: & interficient me propter
uxorem meam:
12. aliàs autem & *c* verè soror mea est,
filia *d* patris mei, & non filia matris meæ *e*,
& duxi eam in uxorem.
13 Postquam autem eduxit me Deus
de domo patris mei, dixi ad eam: *f* Hanc
misericordiam facies mecum: In omni
loco, ad quem ingrediemur, dices quòd
frater tuus sim.
III. 14. Tulit igitur Abimelech oves &
boves, & servos & ancillas, & dedit Abra-
ham: reddiditque illi Saram uxorem suã.
15. & ait: Terra coram vobis est, ubi-
cumque tibi placuerit habita.
16. Saræ autem dixit: Ecce mille argen
teos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in vela-
men oculorum *g* ad omnes qui tecum
sunt, & quocumque perrexeris: memen-
tóque te deprehensam.
17. Orante autem Abraham, sanavit
Deus Abimelech & uxorem, ancillásque
ejus, & pepererunt:
18. Concluserat *h* enim Dominus om-
nem vulvam domus Abimelech propter
Saram uxorem Abrahæ.

CAPUT XXI.

I. Nascitur Isaac, & ablactatur; 1.
II. Ismael cum matre domo pellitur in desertis victurus. 10.
III. Abimelech cum Abraham fœdus medio juramento percutit. 22.

1. VIsitavit autem Dominus Saram sicut
a promiserat: & implevit quæ lo-
cutus est.
2. Concepítque, & *b* peperit filium in
senectute sua, tempore quo prædixerat
ei Deus.

c Sup. 12. 13.
d i. Nepos. ut sæpe Hebr. Erat enim filia Arani filii majoris Thare alio nomine dicta Jescha *Sup.* 11. 29. *Hier. Aug. Joseph. Hebræi in Sederol.* Sic & Lot ejusdem Arani filius. *Sup.* 11. 27. Abrahæ frater dicitur. *Sup.* 13. 8. 14. 14. Vide etiam inf. 26. 7. & 29. 12. ac Tob. cap. 8. 9.
e Inde paret Aran (ex quo Sara) & Abraham non ex eadem matre genitos. *Aug.*
f Inf. 21. 23.
g pro defensione pudoris.
h i. sterilem reddiderat.
a Sup. 17. 19. 18. 10.
b Gal. 4. 23. *Hebr.* 11. 11.

3. Vo-

3. Vocavítque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sara, Isaac *c*,

4. & circumcidit eum octavo die, sicut *d* præceperat ei Deus,

5. Cùm centum esset annorum: hâc quippe ætate patris, natus est Isaac.

6. Dixítque Sara: Risum *e* fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi.

7. Rursúmq; ait: Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei jam seni?

8. Crevit igitur puer, & ablactatus est: *f* fecítque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus.

9. Cúmque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem *g* cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham:

II. 10. Ejice ancillam hanc, & filium ejus: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac.

11. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo.

12. Cui dixit Deus: non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus: quia *h* in Isaac vocabitur tibi semen.

13. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.

14. Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem & utrem aquæ, imposuit scapulæ ejus, tradiditque puerum, & dimisit *i* eam. Quæ cum abiisset, errabat in solitudine Bersabée.

15. Cúmque consumpta esset aqua in utre, abjecit puerum *k* subter unam arborum, quæ ibi erant.

16. Et abiit, sedítque è regione procul quantum potest arcus jacere, dixit enim: Non videbo morientem puerum: & sedens contrà, levavit vocem suam & flevit.

17. Exaudivit autem Deus vocem pueri: vocavítque Angelus Dei Agar de cœlo, dicens: Quid agis, Agar? noli timere: exaudivit enim Deus vocem pueri de loco in quo est.

18. Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum.

19. Aperuítque oculos ejus Deus: quæ

3. Und Abraham nennte den Nahmen seines Sohns / den ihm Sara gebohren hatte / Jsaac:

4. Und er beschnitte ihn am achten Tag / wie ihm GOtt befohlen hat /

5. Da er hundert Jahr alt war: dan in disem Alter deß Vatters ist Jsaac gebohren.

6. Und Sara sprach: GOtt hat mir ein Gelächter gemacht: wer es hören wird / der wird mit mir lachen.

7. Und abermal sprach sie: Wer solt glauben / daß Abraham hören würde daß Sara einen Sohn säugte / den sie ihm geboren hat / da er nun alt war?

8 Und das Kind wuchs un̄ ward von der Brust entwehnet / und Abraham richtete ein groß Mahl an / an dem Tag / da ihm die Brust entzogen ward.

9. Und als Sara den Sohn Agar der Egyptin mit ihrem Sohn Jsaac schertzen sahe / sprach sie zu Abraham:

II. 10. Treib dise Magd / und ihren Sohn auß: dan der Magd Sohn sol nit ein Erb seyn mit meinem Sohn Jsaac.

11. Das nahm Abraham schwerlich auf für seinen Sohn.

12. Da sprach GOtt zu ihm: Laß dich nit bedüncken daß es scharff geredt sey über das Kind / u. über deine Magd. Jn allē / was dir Sara sagt / höre ihre Stim̄. Dan in Jsaac sol dir der Saamen genannt werden.

13. Jch wil aber auch der Magd Sohn zu einem grossen Volck machen / dieweil es dein Saamen ist.

14. Derwegen stund Abraham deß Morgens frühe auf / nahm Brod und einen Schlauch mit Wasser / und legte ihn der Agar auf die Achsel / und gab ihr das Kind und ließ sie hinziehen. Und da sie gescheiden war / gieng sie irr / in der Wüste Bersabee

15. Als nun das Wasser im Schlauch auß war / warff sie das Kind unter einen von den Bäumen / die allda waren.

16. Und sie gieng hin / und setzte sich gegen über von ferne / so weit als man mit einem Bogen schiessen möchte. Dan sie sprach: Jch wil das Kind nit sehen sterben. Und sie saß gegen über / hub ihre Stim̄ auf / und weinte.

17. Aber GOtt erhörte die Stimm deß Knabens: und der Engel GOttes rieff der Agar vom Himmel / und sprach: Was thust du Agar / förchte dir nit: dan GOtt hat die Stimm deß Knabens erhöret von dem Ort da er ist.

18. Stehe auf / nimm den Knaben / und halt ihn bey seiner Hand: dan ich wil ihn zum grossen Volck machen.

19. Und GOtt thäte ihre Augen auf: und sie sahe

c Ann. M. 2108. Ant. Chr. 1896.
d Sup. 17. 10. *Matth.* 1. 2
e i. gaudiū.
f Ætatis suæ an. 5. *Hieron.* Mundi 2113. Ant. Chr. 1891.
g i. deludentem, imo & *persequentem*, ut explicat Apost. (*Gal.* 4. 30) & pōderat *August. ibid.* A quâ persecutione & seminis promissione 400. anni afflictionis sunt deducendi, in exitū ex Ægyptô terminandi.
h Rom. 9. 7. *Heb.* 11. 18.
i Ann. M. 2113. Ant. Chr. 1891.
k Non ab humero, sed ab animo, *August.* quippe jam annor. 15. ut vult idem vel potius 18. *ut Hier. & multi Hebr.*

sahe einen Wasserbrunnen/und gieng hin / und füllete den Schlauch und gab dem Knaben zu trincken.

20. Und GOtt war mit ihm: Er wuchs / und wohnte in der Wüste/und ward der Jüngling ein Schütz.

21. Und er wohnte in der Wüste Pharan / und seine Mutter nahm ihm ein Weib auß Egyptenland:

III. 22. Zu derselbigen Zeit sprach Abimelech und Phicol sein Feld-Oberster zu Abraham: GOtt ist mit dir in allem / was du thust.

23. Derwegen schwör mir bey Gott/daß du mich/ u. meine Nachkom̃en/und mein Geschlecht nit beleydigen wollest: sondern daß du mir und disem Land/ dariñ du wie ein Frembdling gewesen bist: nach der Barmhertzigkeit thun wolest, die ich dir erzeigt hab.

24. Und Abraham sprach: Ich wil schwören.

25. Und er straffte den Abimelech wegen deß Wasserbrunnens/ den seine Knecht mit Gewalt genommen hatten.

26. Und Abimelech antwortet: ich hab es nit gewust / wer das gethan hat / so hast du mirs auch nit zuerkennen geben/und ich hab es vor disem Tag nit gehöret.

27. Darauf nahm Abraham Schaaf und Rinder / und gab sie dem Abimelech / und sie machten beyde einen Bund miteinander.

28. Und Abraham stellte siben Lämmer auß der Heerd besonder.

29. Und Abimelech sprach zu ihm: was sollen die siben Lämmer / die du besonder gestellet hast?

30. Er aber sprach: Siben Lämmer solst du von meiner Hand annehmen / damit sie mir zum Zeugnuß seyen / daß ich disen Brunnen gegraben habe.

31. Daher ist diß Ort genannt Bersabee: weil sie beyde daselbst geschworen haben.

32. Und sie machten einen Bund / wegen deß Brunnen deß Eyds.

33. Da machten sich auf Abimelech und Phicol sein Feld-Oberster/ und kehreten wider in der Philister Land. Abraham aber pflantzte einen Wald zu Bersabee/und rieff daselbst an den Nahmen deß HErrn / deß ewigen GOttes.

34. Und er war ein lange Zeit ein Frembdling im Land der Philister *a*.

Das XXII. Capitel.

I. Abraham wil auß Befehl GOttes/ seinen Sohn opffern Wird vom Engel eingehalten / 1.
II. Empfangt/ grossen Seegen / und Beständigung der vorigen Verheissungen/ 15.

a Palästiner

videns puteum aquæ, abiit, & implevit utrem, deditque puero bibere.

20. & fuit cum eo: qui crevit, & moratus est in solitudine, factúsque est juvenis sagittarius.

21. Habitavítque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti.

III. 22. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitûs ejus, ad Abrahã: Deus tecũ est in universis quæ agis.

23. Jura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpíque meæ: sed juxta misericordiam *l*, quam feci tibi, facies mihi, & terræ in qua versatus es advena.

l id est, beneficium & gratiam *Supr.* 20.13.

24. Dixítque Abraham: Ego jurabo.

25. Et increpavit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abstulerant servi ejus.

26. Respondítque Abimelech: Nescivi quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audivi præter hodie.

27. Tulit itaque Abraham oves & boves, & dedit Abimelech: percusserúntque ambo fœdus.

28. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

29. Cui dixit Abimelech: Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum?

30. At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum.

31. Idcircò vocatus est locus ille Bersabée *m*: quia ibi uterque juravit.

m i. puteus juramenti.

32. Et inierunt fœdus pro puteo juramenti.

33. Surrexit autẽ Abimelech, & Phicol princeps exercitûs ejus, reversique sunt in terram Palæstinorum. Abraham verò plantavit nemus in Bersabée, & invocavit ibi nomen Domini Dei æterni.

34. Et fuit colonus *n* terræ Palæstinorum diebus multis.

n incola.

CAPUT XXII.

I. Fides & obedientia Abrahæ in filii immolatione probatur. 1.
II. Promißiones ei confirmantur: 15.

III. Filii Nachor fratris Abrahæ numerantur. 20.

1. QUæ postquam gesta sunt †, *a* tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham, *b* At ille respondit: Adsum *c*.

2. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis *d*: atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.

3. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum, ducens secum duos juvenes, & Isaac filium *e* suum: Cúmq; concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus.

4. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul:

5. Dixitque ad pueros suos: Expectate hîc cum asino: ego & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.

6. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Cúmque duo pergerent simul,

7. dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis, fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: ubi est victima holocausti?

8. Dixit autem Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter:

9. & venerunt ad locum *f* quem ostenderat ei Deus, in quo ædificavit altare, & desuper ligna composuit: cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.

10. Extenditque manum *g*, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum.

11. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum.

12. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi quòd times Deum, & non pepercisti unigenito filio tuo propter me.

13. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

† Sabb. sancto Proph. 3. *Item* Vigil. Pentecost. Proph. 1.
a Judith. 8. 22. *Hebr.* 11. 17.
b Ann. M. 2135. Ant. Chr. 1869.
c Hebr. ecce ego.
d montem Moria.
e Tunc annum agentem 37. *ut Genebrardus post Sederolam & Hebr. traditiones.*
f Montis Moriæ partem, quæ postea dicta est mons Calvariæ, in quo & Christus immolatus fuit v. *indicem nostrum Geographicū.*
g Jac. 2. 21.

III. Nachors/deß Abrahams Bruders/ Geschlecht wird beschriben; 20.

1. NAch disen Geschichten versuchte GOtt den Abraham und sprach zu ihm: Abraham/ Abraham. Er aber antwortet: Hie bin ich.

2. Und er sprach zu ihm: Nimm deinen einig gebohrnen Sohn/ den du lieb hast/ den Isaac/ und gehe hin in das Land deß Gesichts/ und opffer ihn daselbst zum Brand Opffer/ auf einem von den Bergen/ den ich dir zeigen werde.

3. Also stund Abraham auf bey der Nacht/ bereitete seinen Esel/ nahm zween Jüngling mit sich/ und Isaac seinen Sohn. Und nachdem er das Holtz zum Brand Opffer gehauen/ gieng er hin zu dem Ort/ davon ihm GOtt Befehl geben hatte.

4. Am dritten Tag aber hub er seine Augen auf/ und sahe das Ort von fern.

5. Und er sprach zu seinen Knechten: Wartet allhie mit dem Esel: ich/ und der Knab wollen biß dorthin eilen/ und widerum zu euch kommen/ wan wir angebettet haben.

6. Er nahm auch das Holtz zum Brand Opffer/ und legets auf seinen Sohn Isaac: Er aber trug das Feuer/ und das Schwerd in den Händen. Und als die beyde miteinander fortgiengen/

7. Sagte Isaac zu seinem Vatter: Mein Vatter. Er aber antwortet: Was wilst du mein Sohn? Sihe sprach er/ hie ist Feuer und Holtz wo ist aber das Opffer?

8. Und Abraham sprach: GOtt wird ihm das Opffer zum Brand-Opffer vorsehen/ mein Sohn. Also giengen sie beyde mit einander/

9. Und kamen zu dem Ort/ das ihm GOtt gezeiget hatte/ daselbst bauete er einen Altar/ und legte das Holtz ordentlich darauf: und nachdem er seinen Sohn Isaac gebunden/ legte er ihn auf den Altar/ oben auf den Holtzhauffen.

10. Und er streckte seine Hand auß/ und fassete das Schwerdt/ daß er seinen Sohn opfferte.

11. Und sihe der Engel deß HErrn rieff vom Himmel und sprach: Abraham/ Abraham. Er antwortete: hie bin ich/

12. Und er sprach zu ihm: Strecke deine Hand nit auß über den Knaben/ und thue ihm nichts: ich habe jetzt erfahren/ daß du GOtt förchtest/ und hast deines einig gebohrnen Sohns nit geschonet/ um meinet willen.

13. Da hub Abraham seine Augen auf/ und sahe hinter sich einen Widder/ der in der Heck hieng mit den Hörnern/ den nahm er/ und opffert ihn zum Brand Opffer für seinen Sohn.

14. Und er nennte den Namen dises Orts / der HErr sihet. Daher man sagt biß auf den heutigen Tag: auf dem Berg wird der HErr sehen.
II. 15. Aber der Engel deß HErrn rieff dem Abraham zum andern mahl vom Himmel/und sprach:
16. Ich hab bey mir selbst geschworen / spricht der HErr / dieweil du das gethan hast / und hast deines einig gebohrnen Sohns nit verschonet um meinetwillen/
17. So wil ich dich seegnen / und mehren deinen Saamen / wie die Sternen am Himmel/und wie den Sand der am Ufer deß Meers ist. Dein Saamen sol die Thor seiner Feind besitzen/
18. Und sollen in deinem Saamen GESEGNET a WERDEN alle Völcker der Erden/dieweil du meiner Stimm bist gehorsam gewesen.
19. Und Abraham kehrte wider zu seinen Knaben / und sie giengen mit einander gen Bersabee / und er wohnte daselbst.
III. 20. Nachdem diß also vergangen / ward dem Abraham angezeiget daß auch die Melcha dem Nachor seinem Bruder Kinder gebohren hätte/nemlich
21. Hus den erstgebornen / und Buz seinen Bruder / und Camuel den Vatter der Syrer/
22. Und Cased / und Azau/ auch Pheldas/und Jedlaph /
23. Und Bathuel / von welchem Rebecca gebohren ist. Dise acht gebahr Melcha dem Nachor dem Bruder Abrahams.
24. Aber sein Kebsweib Roma genannt/gebahr Tabee und Gaham / und Tahas / und Maacha.

14. Appellavítque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. *h*
II. 15. Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundò de cælo, dicens:
16. Per memetipsum juravi *i*, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me:
17. benedicā tibi, & multiplicabo semē tuum sicut stellas cæli *k*, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,
18. & *l* BENEDICENTUR in semine tuo *m* omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.
19. Reversus est Abraham ad pueros suos, abierúntque Bersabée simul, & habitavit ibi.
III. 20. His ita gestis, nuntiatum est Abrahæ quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo,
21. Hus primogenitum *n*, & Buz fratrem ejus, & Camuël patrem Syrorum,
22. & Cased, & Azau, Pheldas quoque & Jedlaph,
23. ac Bathuel, de quo nata est Rebecca: octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.
24. Concubina verò illius, nomine Roma, peperit Tabée, & Gaham, & Tahas, & Maacha.

h Septuag. visus est.
i Psalm. 104. 9. *Eccli.* 44. 21. 1. *Mach.* 2. 32. *Luc.* 1. 73. *Hebr.* 6. 13. 17.
k Vid. sup. 15. 5.
l Sup. 12. 3. 18. 18. *Inf.* 26. 4. *Eccli.* 44. 25. *Act.* 3. 25.
m Christo sibi promisso v. *Gal.* 3. 16.
n De hujus stirpe Job fuit, *juxta Hieron.*

Das XXIII. Capitel.

I. Sara / hundert siben und zwantzig Jahr alt/ stirbt/ 1.
II. Wird begraben in der Höhle eines Ackers/ welchen Abraham von Ephron an sich erkaufft/ 3.

1. SAra aber hat gelebt hundert und siben und zwantzig Jahr.
2. Und sie starb in der Stadt Arbee / welche ist Hebron im Land Chanaan: und Abraham kam sie zu beklagen und zu beweinen.
27. Melius est ut venumdetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim, & caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus illius.

28. Et prætereuntibus g Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna h, vendiderunt eum Ismaelitis, viginti argenteis i: qui duxerunt eum in Ægyptũ.

g Sap. 10. 13.
h Ann. M. 2276. Ant. Chr. 1728. Ætatis eju 17. (Joseph l. 2. cap. 3) Ante Isaaci obitum 12.
i seu siclis.

29. Reversúsque Ruben ad cisternam, non invenit puerum:

30. & scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo?

III. 31. Tulerunt autem tunicam ejus, & in sanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt?

32. mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc invenimus: vide utrum tunica filii tui sit an non.

33. Quam cùm agnovisset pater, ait: Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia devoravit Joseph.

34. Scissisque vestibus, indutus est cilicio k lugens filium suum multo tempore.

k Hebr. sacco.

---

19. Und sie sprachen untereinander: Sihe/ da kommt der Träumer:

20. Kommet/ lasset uns ihn tödten/ und in die alte Gruben werffen/ und wir wollen sagen: Ein sehr böses Thier hat ihn gefressen: und alsdan wird man sehen/ was ihm seine Träum nutzen.

21. Da das aber Ruben hörte/ unterstund er sich ihn auß ihren Händen zu retten/ und sprach:

22. Nemmet ihm das Leben nit/ und vergiesset kein Blut/ sondern werffet ihn in dise Grub/ welche in der Wüste ist/ und haltet eure Händ unschuldig: das sagte er aber darum/ dan er wolte ihn gern erretten auß ihren Händen/ und seinem Vatter widerum geben.

23. Derwegen so bald er zu seinen Brüdern kam/ entblösseten sie ihn/ und zogen ihm den langen bunten Rock auß:

24. Und wurffen ihn in die alte Grub/ darin kein Wasser war.

25. Und als sie sich nidergesetzt hatten/ das Brod zu essen/ sahen sie die Ismaeliten über Land reisen und von Galaad kommen mit ihren Cameelen/ die Specerey/ und Hartz/ und Myrrhensafft trugen in Egypten.

II. 26. Da sprach Judas zu seinen Brüdern: was mag es uns nutzen/ wan wir unsern Bruder ums Leben bringen/ und sein Blut verbergen?

27. Es ist besser/ daß man ihn den Ismaeliten verkauffe/ damit unsere Händ nit besudelt werden: dan er ist ja unser Bruder/ und unser Fleisch. Und seine Brüder waren mit seiner Red zu friden:

28. Und als die Kaufleuth auß Madian fürüber kamen/ zogen sie ihn auß der Gruben/ und verkauften ihn den Ismaeliten für zwantzig Silberling: die führten ihn in Egypten.

29. Da nun Ruben widerum zu der Gruben kam/ fand er den Knaben nit:

30. Und er zerrisse seine Kleyder/ gieng zu seinen Brüdern und sprach: Der Knab ist nit da/ und wo sol ich hingehen?

III. 31. Sie namen aber seinen Rock/ tödteten einen Geißbock/ und tunckten ihn in das Blut:

32. Und schickten Leuth/ die ihn dem Vatter brachten/ und sprachen: Disen Rock haben wir funden: besihe/ ob es deines Sohns Rock sey/ oder nit.

33. Da ihn nun der Vatter kennete/ sprach er: das ist meines Sohns Rock/ ein böses Thier hat ihn gefressen/ a

34. Und er zerrisse seine Kleyder/ und zog ein härin Kleyd an/ und beweinte seinen Sohn ein lange Zeit.

a ein reissend Thier hat Joseph zerrissen.

35.

35. Da aber alle seine Kinder zusammen giengen / den Schmertzen deß Vatters zu linderen / wolte er sich nit trösten lassen / sondern sprach: Ich werde traurend hinunter zu meinem Sohn fahren in die Höll. U. imittelst / da er zu weinẽ nit aufhörte /

36. Verkaufften die Madianiter den Joseph in Egypten dem Putiphar / dem Kämmerling und Kriegs-Obersten Pharaonis.

Das XXXVIII. Capitel.

I. Judas zeuget Her / Onan und Sela / 1.
II. Her und Onan werden von GOtt wegen ihrer Missethat mit dem Todt gestraffet / 6.
III. Thamar empfängt listiger Weiß von ihrem Schwäher Juda / und gebähret die Zwilling Phares und Zaram. 16.

1. ZU derselbigen Zeit gieng Judas hinab von seinen Brüdern / und kehrte ein bey einem Mañ von Odollam / mit Namen Hiram.

2. Und er sahe daselbst eines Chananiters Tochter / mit Namen Sue: die nahm er zum Weib / und gieng zu ihr hinein.

3. Und sie empfieng / und gebahr einen Sohn / und nennte seinen Namen / Her.

4. Widerum empfieng sie / und gebahr einen Sohn / den nennte er Onan.

5. Sie gebahr auch den dritten Sohn / und er nennte denselben Sela. Da der gebohren war / hörete sie auf weiters zu gebähren.

II. 6. Aber Judas gab seinem erstgebohrnen Sohn Her ein Weib / mit Namen Thamar.

7. Und Her der erstgebohrne Sohn Judá war ein Bößwicht vor dem Angesicht deß HErrn: darum ward er von ihm getödtet.

8. Da sprach Judas zu seinem Sohn Onan: Gehe hinein zu deines Bruders Weib / und geselle dich zu ihr / daß du deinem Bruder Saamen erwerbest.

9. Weil ders nun wuste daß ihm die Kinder nit geborẽ wurdẽ gieng er hinein zu seines Bruders Weib und schüttet den Saamen auf die Erd / damit in seines Bruders Namen nit Kinder gebohren wurden.

10. Und darum schlug ihn der HErr / dieweil er ein abscheuliches Ding thäte.

11. Da sprach Judas zu Thamar seines Sohns Weib: Sey ein Witwe in deines Vatters Hauß / biß Sela mein Sohn anwachse: dan er förchtete / er möchte auch sterben / wie seine Brüder. Sie gieng hin / und wohnet in ihres Vatters Hauß.

12. Als nun vil Tag verlauffen waren / starb die Tochter Sue deß Judá Weib. Und nach den Traurtagen ließ er sich trösten / und gieng hinauf

35. Congregatis autem cunctis liberis ejus ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum *l*. Et illo perseverante in fletu, *l limbum.*

36. Madianitæ vendiderunt Joseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.

CAPUT XXXVIII.

I. Judas ex uxore Chananæa tres filios suscipit. 1.
II. Primum & deinde secundum Thamar copulat: quibus mortuis, 6.
III. Eam inscius pro scorto cognovit, quo concubitu Phares & Zaram genuit. 16

1. EOdem tempore *a* descendens Judas à fratribus suis, divertit ad Virum Odollamitem, nomine Hiram. *a paulò ante venditionem Joseph v. inf. 46. 12.*

2. *b* Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & acceptâ uxore, ingressus est ad eam. *b. 1. Par. 2. 1.*

3. Quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Her.

4. *c* Rursùmque concepto fœtu, natum filium vocavit Onan. *c Num. 26. 19.*

5. Tertium quoque peperit, quem appellavit Sela: quo nato, parere ultrà cessavit.

II. 6. Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.

7. *d* Fuit quoque Her primogenitus Judæ, nequam *e* in conspectu Domini: & ab eo occisus est. *d Num. 6. 19.* *e impediens generationem, ne Thamar perderet venustatem Tirin.*

8. Dixit ergo Judas ad Onan filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, ut suscites semen fratri tuo. *1. Par. 2. v. 3.*

9. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

10. Et idcircò percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret.

11. Quam ob rem dixit Judas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres ejus. Quæ abiit, & habitavit in domo patris sui.

12. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Judæ: qui post luctum consolatione susceptâ, ascendebat ad

ad tonsores ovium suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas.

13. Nuntiatúmque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves.

14. Quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum: & mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd crevisset Sela, & non eum accepisset maritum.

15. Quam cùm vidisset Judas *f*, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.

f Contigit post venditionem Joseph. *Gen.* 46. 12.

III. 16. Ingrediénsque ad eam, ait: Dimitte me ut coëam tecum: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Quâ respondente: Quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo?

17. dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursúmque illâ dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

18. Ait Judas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier concepit,

19. & surgens abiit: depositóque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus.

20. Misit autem Judas hœdum per pastorem *g* suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cùm non invenisset eam,

g Hebr. amicum & socium sui, *de quo supra. v.* 1. & 12.

21. interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix;

22. reversus est ad Judam, & dixit ei: non inveni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum.

23. Ait Judas: Habeat sibi, certè mendacii arguere nos non potest, ego misi hœdum quem promiseram, & tu non invenisti eam.

24. Ecce autem post tres menses nuntiaverunt Judæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumescere. Dixitque Judas: Producite eam ut comburatur *h*.

h adulterii pœna tunc ignis fuit.

25. Quæ cùm duceretur ad pœnam,

gen Thamnas/ zu denē/ die seine Schaaf schoren/ er u. Hiras sein Schaafhirt der Odollamiter mit ihm.

13. Und es ward der Thamar kund gethan/ daß ihr Schwäher hinauf gieng gen Thamnas die Schaaf zu scheeren.

14 Und sie legte ab die Kleyder ihres Witwenstands und nam einen Schleyer: und sie verkleydte sich und setzte sich an die Weegscheid/ da man gen Thamnas gehet: darum daß Sela angewachsen war und sie bekam ihn nit zum Mann.

15. Da sie nun Judas sahe/ meynte er/ es wäre ein unzüchtig Weib. Dan sie hatte ihr Angesicht bedeckt/ damit sie nit erkennt wurde.

III. 16. Und er gieng zu ihr/ u. sprach: Laß mich bey dir ligen: dan er wuste nit/ daß sie seines Sohns Weib war. Und sie antwortet: Was wilst du mir geben/ daß du deinen Willen mit mir schaffest.

17. Er sprach: Ich will dir einen Geißbock aus der Heerd schicken. Sie sprach abermal: Ich will dir zu willen seyn/ wo du mir ein Pfand gibst/ biß du mir schickest/ was du verheissen hast.

18. Judas sprach: Was wilst du/ daß ich dir für ein Pfand geben soll? Sie antwortet: Deinen Ring/ und deine Armspangen/ und deinen Stab/ den du in der Hand hast. Und das Weib ward von einem Beylåger befruchtet;

19. Und sie stund auf/ und gieng hin/ legte ab die Kleyder die sie genommen hatte/ und thäte ihre Witwen Kleyder widerum an.

20. Judas aber schickte den Geißbock durch seinen Hirten/ den Odollamiter/ damit er sein Pfand widerum bekäme/ das er dem Weib gegeben hatte: da sie nun derselbig nit fand/

21. Fragte er die Leuth an dem Ort/ wo ist das Weib/ so an der Weegscheid gesessen ist? Sie antworteten alle: Es ist kein unzüchtiges Weib an dem Ort gewesen.

22. Und er kehrte wider zu Juda/ u. sprach zu ihm: Ich habe sie nit gefunden/ so sagten mir auch die Leuth an dem Ort/ daß niemal daselbst ein unzüchtiges Weib gesessen wäre.

23. Judas sprach: Sie mag es für sich behalten/ zwar sie kan uns nit Lügen straffen: ich habe den Geißbock geschickt/ den ich verheissen hatte/ und du hast sie nit gefunden.

24. Aber sihe/ über drey Monat hernach/ thäten sie dem Juda zu wissen und sprachen: Thamar/ deines Sohns Weib/ hat Unzucht getriben/ und lasset sich ansehen daß sie schwanger sey. Und Judas sprach: führet sie herauß/ daß sie verbrannt werde.

25. Da sie nun zur Straff geführet ward schickte sie

sie zu ihres Manns Vatter / und sprach: Ich bin schwanger von dem Mann / dem dise Ding zugehören: Erkundige / wessen der Ring sey / und das Armgeschmeid / und der Stab.

26. Da erkante er die Gifft *a* / und sprach: Sie ist gerechter dan ich: dan ich habe sie meinem Sohn Sela nit geben. Aber er hat sie hinfüro nit mehr erkandt.

27. Als nun die Zeit der Geburt heran kam / haben sich Zwilling in ihrem Leib befunden. Und indem / daß die Kinder herauß kamen / gab einer die Hand herfür / und die Hebam band einen rothen Faden darum / und sprach:

28. Diser wird erstlich heraus kommen.

29. Da er aber die Hand zuruck zohe / kam der ander heraus: und das Weib sprach: warum ist deinethalben ein Gefach zerrissen? und um diser Ursachen willen nannte sie seinen Namen Phares.

30. Darnach kam sein Bruder heraus / der den rothen Faden an der Hand hatte: den sie Zara nannte.

Das XXXIX. Capitel.

I. Putiphar / deß Pharaons Kammerherr / erkaufft Joseph / und setzt ihn über alle seine Güter / 1.
II. Joseph wird von Putiphars Weib zur Unzucht angereitzet; und entfliehet. 7.
III. Wird fälschlich angeklagt / und in das Gefängnuß geworffen / 13.

1. Joseph aber ward in Egypten geführet / und Putiphar deß Pharaonis Kammerherr / und Feld-Oberster / ein Egyptischer Mann / kauffte ihn auß der Ismaeliter Hand / die ihn dahin gebracht hatten.

2. Und der HErr war mit ihm / und er war ein Mann / der glücklich handlete in allen Dingen: und er wohnte im Hauß seines Herrn /

3. Der gar wohl wuste / daß der HErr mit ihm war / und daß alles was er thäte / vom HErrn in seiner Hand befördert ward.

4. Und Joseph fand Gnad vor seinem Herrn / und dienete ihm / und ward von ihm allen fürgesetzt / und regierete das Hauß / das ihm vertrauet ward / und alles / was ihm war übergeben:

5. Und der HErr seegnete das Hauß deß Egypters / um Josephs willen / und vermehrete all sein Gut / so wohl im Hauß / als auch auf dem Feld:

6. Und er wuste von keinen andern Dingen / dan vom Brod / das er aß. Es war aber Joseph fein von Angesicht / und schön anzusehen.

a Gaaben

misit ad socerum suum, dicens: De viro, cujus hæc sunt, concepi: cognosce cujus sit annulus, & armilla, & baculus.

26. Qui, agnitis muneribus, ait: Justior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultrà non cognovit eam.

27. *i* Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum, dicens: — *i Matth. 1. 3.*

28. Iste egredietur prior.

29. Illo verò retrahente manum, egressus est alter: dixitque mulier: Quare divisa est propter te maceria *k*? & ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares. — *k membrana qua involvitur fœtus.*

30. *l* Posteà egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum: quem appellavit Zara. — *l. 1. Par. 2. 4.*

Caput XXXIX.

I. Prosperè agit Joseph apud herum Putipharem, 1.
II. Contemnens heram sæpiùs de concubitu interpellantem, accusatur apud dominum. 7.
III. In carcerem conjicitur; ubi custodis gratiam nactus, omnium vinctorum curam habet. 13.

1. Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emítque eum Putiphar eunuchus *a* Pharaonis, princeps exercitûs, vir Ægyptius, de manu Ismaëlitarum, à quibus perductus erat. — *a minister regius.*

2. Fuítque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens: habitavítque in domo domini sui,

3. qui optimè noverat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi *b* in manu illius.

4. Invenítque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa quæ ei tradita fuerant: — *b prosperari.*

5. benedixítque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus quàm in agris cunctam ejus substantiam:

6. nec quidquam aliud noverat *c*, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu. — *c rejecta omni cura in Joseph.*

I. II.

d An. M. circiter 2286. Ant. Chr 1718. vitæ Joseph 27. Torn. & Abul.

II. 7. Post multos *d* itaque dies injecit domina sua oculos suos in Joseph, & ait: dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua:

9. nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es: quo modo ergo possum hoc malum *e* facere, & peccare in Deum meum? *f*

e Hebr. malum grande

f tam benignum & providum.

10. Hujuscemodi verbis per singulos dies, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum.

11. Accidit autem quadam die, ut intraret Joseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret:

12. & illa apprehensa lacinia *g* vestimenti ejus, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio fugit, & egressus est foras.

g i. Extremâ fimbria, seu orâ vestimenti.

III. 13. Cúmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam *h*,

h quòd fugisset foras.

14. vocavit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis: ingressus est ad me, ut coïret mecum: cúmque ego succlamâssem,

15. & audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum,

17. & ait: Ingressus est ad me servus Hebræus quem adduxisti ut illuderet mihi:

18. cúmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

19. His auditis dominus, & nimium credulus verbis conjugis, iratus est valdè:

20. *i* tradidítque Joseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus.

i Psalm. 104. 18.

21. Fuit autem Dominus cum Joseph, & misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

22. Qui tradidit in manu *k* illius universos vinctos qui in custodia teneban-

k seu curæ.

II. 7. Daher nach vilen Tagen warff die Frau seines Herrn die Augen auf den Joseph/ und sprach: Schlaff bey mir.

8. Und er wolte keines Weegs in die schändliche That willigen / und sprach zu ihr: Sihe / mein Herr hat mir alles übergeben/ und weist nit / was er in seinem Hauß hat:

9. Und ist nichts / das nit in meinem Gewalt sey/ oder daß er mir nit übergeben habe / außgenommen dich/ die du sein Weib bist: wie solte ich dan diß Ubel thun / und wider meinen GOTT sündigen?

10. Mit solchen Worten war das Weib dem Jüngling alle Tag überlästig/ und er weigerte sich deß Ehebruchs.

11. Es truge sich aber auf einen Tag zu / daß Joseph ins Hauß kam/ und etwas von Geschäfften verrichtete / da niemand bey ihm war.

12. Und sie ergriffe das äusserste seines Kleyds/ und sprach: Schlaff bey mir. Aber er ließ den Mantel in ihren Händen / und flohe / und lieff hinauß.

III. 13. Da nun das Weib sahe / daß sie das Kleyd in ihren Händen hatte/ und daß sie verachtet war/

14. Rieff sie die Leut in ihrem Hauß zu sich/ und sprach zu ihnen: Sehet/ er hat den Hebreischen Mañ herein bracht daß er uns einen Schimpff anthäte. Er ist zu mir eingangen daß er mit mir zu schaffen hätte: und als ich ein Geschrey machte

15. und er meine Stimm hörte / ließ er seinen Mantel/ den ich hielt/ und er flohe hinaus.

16. Derwegen sie zum Zeugnuß der Warheit den Mantel behielt / zeigte denselben ihrem Mann/ da er nach Hauß kam/

17. und sprach: Der Hebreisch Knecht/ den du herein bracht hast ist zu mir eingangen/ daß er mir einen Schimpff thäte:

18. Und da er mich ruffen hörte / verließ er den Mantel / den ich hielt / und er flohe hinauß.

19. Da das der Herr hörte / und seinem Weib vil zu leichtlich glaubte / ward er sehr zornig:

20. Und er übergab den Joseph zum Kercker / da die Gefangene deß Königs verwahret wurden / daselbst ward er eingesperret.

21. Aber der HErr war mit Joseph/ und erbarmte sich über ihn/ und ließ ihn Gnad finden vor dem Obersten deß Kerckers:

22. Der in seine Händ übergab alle Gefangene / welche in Hafftung gehalten wurden: und alles was

was geschahe / das muste unter ihm geschehen.

23. Er wuste von nichts / weil er ihm alles vertrauet hatte: dan der HErr war mit ihm / und richtete alle seine Werck.

Das XL. Capitel.

I. Deß Pharaons Schenck und Becker in der Gefängnuß haben Träum/ 1.

II. Joseph legt ihnen die Träum auß; und wird die Außlegung mit der That erfüllet/ 18.

1. NAch disen Geschichtē trug sich zu/daß 2. Kämmerling/nemlich der Schēck deß Königs in Egyptē/u. der Beck an ihrem Herrn sich versündigtē.

2. Und Pharao ward zornig über sie (dan der eine war ein Oberster über die Schencken / der ander über die Becker)

3. Und ließ sie in deß Obersten Hauptmanns Kercker setzen/darin auch Joseph gefangen lag.

4. Aber der Hüter deß Kerckers übergab sie dem Joseph der ihnen auch dienete. Es war etwas Zeit verflossen/ daß sie also in Hafftung gehalten wurden.

5. Und sie sahen beyde einen Traum in einer Nacht/ nach der Bedeutung / wie sich dise auf sie reimte.

6. Da nun Joseph am Morgen zu ihnen hinein gieng/und sahe/ daß sie traurig waren:

7. Fragte er sie und sprach: Warum ist euer Angesicht heut trauriger/dan es pflegt zu seyn?

8. Sie antworteten: Wir haben einen Traum gesehen/ und ist niemand / der uns denselben außlege. Und Joseph sprach zu ihnen: Kommt die Außlegung dan nit von GOtt? Erzehlet mir/ was habt ihr gesehen.

9. Da erzehlet erstlich der Oberst Wein-Schenck *a* seinen Traum: Ich sahe einen Wein-Stock vor mir/

10. An welchem drey Reben waren/ der wuchs allgemach/ schluge auß/ und blüete / darnach wurden die Trauben auch reiff.

11. Und ich hatte den Becher Pharaonis in meiner Hand: nam also die Trauben / und truckte sie auß in den Becher/ den ich in der Hand hatte/ und gab das Trinckgeschirr dem Pharaoni.

12. Joseph antwortet: Diß ist die Außlegung deß Traums: Drey Reben / seynd noch drey Täg:

13. Nach welchen Pharao an deinen Dienst gedencken wird/ und dich in deinen vorigen Stand widerum setzen: und wirst ihm nach deinem

a Mundschenck.

tur: & quidquid fiebat, sub ipso erat.

23. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat *l*.

Caput XL.

I. Eunuchorum Pharaonis in carcere somnia, 1.

II. Joseph illa interpretans, alterum officio restituendum, alterum suspendio finiendum prædicit: quæ omnia in Pharaonis natalitio eveniunt. 18.

1. HIs ita gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor, domino suo. *a*

2. Iratúsque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus)

3. misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Joseph.

4. At custos carceris *b* tradidit *c* eos Joseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur.

5. Viderúntque ambo somnium nocte una juxta interpretationem congruam *d* sibi:

6. ad quos cùm introïsset Joseph manè, & vidisset eos tristes,

7. sciscitatus est eos dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra?

8. Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixítque ad eos Joseph: Numquid non Dei est interpretatio *e*? referte mihi quid videritis.

9. Narravit prior, præpositus pincernarum, somnium suum: Videbam coram me vitem,

10. in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores uvas maturescere:

11. calicémque Pharaonis in manu mea: tuli ergo uvas, & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

12. Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somnii: Tres propagines, tres adhuc dies sunt:

13. post quos recordabitur *f* Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum: dabísque ei calicem juxta officium

l secundabat.

Ann. M. 2287. Ant. Chr. 1717.

a i. in dominum.

b *Hebr.* princeps militum.

c in curam.

d officio & eventui.

e q. d. potest per aliquem interpretari Dei auxilio

f *Hebr.* elevabit caput tuum.

ficium tuum, ſicut antè facere conſueveras.

g ut faveat mihi apud Pharaonem ut hinc educar.

14. Tantùm memento mei *g*, cùm benè tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam: ut ſuggeras Pharaoni ut educat me de iſto carcere:

15. quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hîc innocens in lacum miſſus ſum.

16. Videns piſtorum magiſter quòd prudenter ſomnium diſſolviſſet, ait: Et ego vidi ſomnium, quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum:

17. & in uno caniſtro quod erat excelſius, portare me omnes cibos qui fiunt arte piſtoriâ, avéſque comedere ex eo.

II. 18. Reſpondit Joſeph; Hæc eſt interpretatio ſomnii: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt:

h. ſeu te.
i Hebr. in ligno.

19. poſt quos auferet Pharao caput tuum *h* ac ſuſpendet te in cruce *i*, & lacerabunt volucres carnes tuas.

20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande convivium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis.

21. Reſtituítque alterum in locum ſuum, ut porrigeret ei poculum:

k Hebr. ſicut Joſeph fuerat interpretatus.

22. alterum ſuſpendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur *k*.

23. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Ambt / den Kelch geben / wie du zuvor pflegteſt zu thun.

14. Gedenck nur an mich / wan es dir wohlgehet / und thue Barmhertzigkeit an mir / daß du den Pharao erinnerſt / daß er mich auß diſem Kercker führe.

15. Dan ich bin heimlich auß dem Land der Hebreer hinweg genommen / und allhie unſchuldig in die Grub geworffen.

16. Da nun der Oberſte Becker ſahe / daß er den Traum weißlich außgelegt hatte / ſprach er: ich hab auch einen Traum geſehen: Nemlich daß ich drey Meelkörb auf meinem Haupt hatte /

17. Und daß ich in dem oberſten Korb allerhand Speiſen trug die man nach der Beckerkunſt macht und daß die Vögel darauß fraſſen.

II. 18. Joſeph antwortet: Diß iſt die Außlegung deß Traums: Drey Körb ſeynd noch drey Täg:

19. Darnach wird Pharao dein Haubt hinweg nehmen / und dich aufhencken an Galgen / und die Vögel werden dein Fleiſch zerreiſſen.

20. Der dritte Tag hernach / war deß Pharao Geburts-Tag: und er richtete ſeinen Knechten ein groſſe Mahlzeit an / und gedachte über Eſſen an den oberſten Wein-ſchenck / und an den oberſten Becker.

21. Und er ſetzte den einen widerum in ſein Amt / daß er ihm den Becher reichte:

22. Den andern ließ er aufhencken an Galgen / damit die Warheit deß Außlegers bewehret wurde.

23. Und gleichwol da es dem oberſten Weinſchencken wol gieng / hat er ſeines Außlegers vergeſſen.

Caput XLI.

I. Somnia Pharaonis de bobus & ſpicis, 1.

II. Joſeph ea interpretatur, 9.

III. Toti Ægypto præficitur, & ex Aſeneth datâ ſibi à Pharaone uxore duos ſuſtulit filios ante ſeptem famis annos. 39.

A.M. 2289. Ant. Chr. 1715.
a Nilum.

1. Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluvium *a*,

2. de quo aſcendebant ſeptem boves, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus *b*.

b alii, prato.

3. Aliæ quoq; ſeptem emergebant de flumine, fœdæ confectæq; macie: & paſcebâtur in ipſa amnis ripa, in locis virêtibus:

Das XLI. Capitel.

I. Pharao hat zween Träum: einen von ſiben Kühen: den andern von ſiben Aehern / 1.
II. Joſeph wird auß der Gefängnuß geführet / und leget dem Pharao aus ſeine Träum / 9.
III. Wird vom Pharao erhoben / und macht ein groſſen Vorrath an Getraid / auf die ſibenjährige Theurung / 39.

1. Uber zwey Jahr hernach / ſahe Pharao einen Traum. Jhn danckte / daß er am Fluß ſtunde /

2. Von welchen ſiben Rinder herauf kamen / die ſchön und überauß fett waren / und weideten an waſſerreichen Oertern.

3. Auch kamen auß dem Fluß ſiben andere herfür / die gar ungeſtalt / und mager waren u. weideten am Ufer deß Stroms auf grünen Auen.

4. Und

4. Und sie frassen die vorige auf / die wunder-
schön/ und wohl bey Leib waren. Da Pharao auf-
wachte /
5. Schlieff er widerum ein / und sahe einen an-
dern Traum: Es wuchsen auf einem Halm siben
schöne volle Aeheren:
6. Darnach giengen auch siben andere dünne
und verbrandte Aeheren herfür /
7. Welche die gantze Schönheit der vorigen ver-
schlungen. Da nun Pharao nach der Ruhe er-
wachte/
8. Und es Morgen worden war / kam ihn eine
Forcht und Schröcken an / und er schickte zu allen
Wahrsagern und allen Weisen in Egypten / und
ließ sie beruffen, und erzehlte ihnen den Traum/und
es war keiner / der ihn hätte außgelegt.
II. 9. Da erinnerte sich zu letzt der oberste Wein-
schenck / und sprach: Ich bekenne mein Ubel-
that:
10. Der König erzürnte sich einstens über seine
Knecht / und ließ mich / und den obersten Becker /
in deß obersten Hauptmanns Gefängnuß werffen:
11. Da wir beyde in einer Nacht einen Traum
gesehen haben / der von künfftigen Dingen war.
12. Da war ein Hebreischer Knab / desselben
obersten Hauptmanns Diener/dem wir die Träum
erzehleten/
13. Und höreten alles/ was sich hernach bey der
Sachen Außgang zugetragen hat: dan ich bin wide-
rum zu meinem Ambt kommen / und der ander ist
aufgehenckt an Galgen.
14. Da ward Joseph alsbald auf deß Königs Be-
fehl auß dem Kercker geführet/u. sie schoren ihn: thä-
ten ihm andere Kleider an u. brachtē ihn zum König.
15. Der sprach zu ihm: ich hab Träum gesehen/
und ist keiner/ der sie mir außlege: ich höre aber/ daß
du sie sehr weißlich außlegest.
16. Joseph antwortet: GOtt wird dem Pharao
auch wohl ohne mich glückliche Antwort geben.
17. Da erzehlte Pharao/ was er gesehen hatte:
Mich danckte, daß ich am Ufer deß Fluß stund/
18. und das siben Rinder auß dem Fluß herauf
kamen / die überauß schön u. fett waren von Fleisch/
giengen auf einer Wasserreichen Weid, und assen
das grünend Graß.
19. Und sihe/ disen folgeten andere siben Rin-
der / die so ungestalt und mager waren / daß ich
ihres gleichen niemahl in Egypten-Land gesehen
habe.
20. Dise frassen und verzehreten die Vo-
rige /
21. Und gaben doch kein Zeichen / daß sie ersät-

4. devoraverúntque eas, quarum mira
species & habitudo corporum erat. Ex-
pergefactus Pharao,
5. rursum dormivit, & vidit alterum
somnium: Septem spicæ pullulabant in
culmo uno *c*, plenæ atque formosæ:
6. aliæ quoque totidem spicæ tenues &
percussæ uredine oriebantur,
7. devorantes omnem priorum pul-
chritudinem. Evigilans Pharao post quie-
tem,
8. & facto manè, pavore perterritus,
misit ad omnes conjectores Ægypti,
cunctósque sapientes & accersitis narra-
vit somnium, nec erat qui interpretare-
tur.
II. 9. Tunc demum reminiscens pincer-
narum magister, ait: Confiteor pecca-
tum meum:
10. Iratus rex servis suis, me & magis-
trum pistorum retrudi jussit in carcerem
principis militum:
11. ubi una nocte uterque vidimus
somnium præsagum futurorum.
12. Erat ibi puer *d* Hebræus, ejusdem
ducis militum famulus: cui narrantes
somnia,
13. audivimus quidquid posteà rei pro-
bavit eventus: ego enim redditus sum
officio meo: & ille suspensus est in
cruce.
14. Protinus ad regis imperium educ-
tum de carcere Joseph totonderunt: ac
veste mutata, obtulerunt ei.
15. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est
qui edisserat: quæ audivi te sapientissimè
conjicere *e*.
16. Respondit Joseph: Absque me *f*
Deus respondebit *g* prospera Pharaoni.
17. Narravit ergo Pharao quod vide-
rat: Putabā me stare super ripam fluminis,
18. & septem boves de amne conscen
dere pulchras nimis, & obesis car-
nibus: quæ in pastu paludis virecta car-
pebant:
19. & ecce, has sequebantur aliæ sep-
tem boves in tantum deformes & maci-
lentæ, ut nunquam tales in terra Ægypti
viderim:
20. quæ, devoratis & consumptis prio-
ribus,
21. nullum saturitatis dedêre vesti-
gium

c seu calamo frumenti.
d juvenis. v. Joan. 21 v. 5.
e interpretari.
f q. d. non ego, sed Deus, *ut vertit Symmachus*, sive non tam ego quàm Deus.
g Matth. 10. 20.

gium : ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Evigilans rurſus ſopore depreſſus,

22. vidi ſomnium : Septem ſpicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque pulcherrimæ.

23. Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ uredine, oriebantur è ſtipula:

24. quæ priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi conjectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat.

25. Reſpondit Joſeph : Somnium regis unum eſt *b* : quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.

b ſc. ſignificatione

26. Septem boves pulchræ, & ſeptẽ ſpicæ plenæ, ſeptem ubertatis anni ſunt : eamdémque vim ſomnii comprehendunt.

27. Septem quoq; boves tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento urente percuſſæ : ſeptem anni venturæ ſunt famis.

28. Qui hoc ordine complebuntur :

29. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in univerſa terra Ægypti :

30. quos ſequentur ſeptem anni alii tantæ ſterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retrò abundantia : conſumptura eſt enim fames omnem terram.

31. & ubertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo.

32. Quòd autem vidiſti ſecundò ad eamdem rem pertinens ſomnium : firmitatis *i* indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei, & velociùs impleatur.

i Confirmationis & certitudinis

33. Nunc ergo provideat rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum Terræ Ægypti :

34. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones : & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis,

35. qui jam nunc futuri ſunt, congreget in horrea : & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſervetúrque in urbibus,

36. Et præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum, & non conſumetur terra inopiâ.

37. Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris ejus :

38. locutúsque eſt ad eos : Num invenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit ?

tiget wären : ſonder ſie waren gleich wie zuvor mager und ungeſtalt. Da erwachte ich / und ward abermahl vom Schlaf überfallen/

22. Und ſahe diſen Traum : Siben Aeheren wuchſen auf einem Halm / die voll / und überauß ſchön waren.

23. Darnach wuchſen auch auß dem Halm ſiben andere gar dünne und verbrandte Aeheren.

24. Welche die Schönheit der vorigen zumahl verſchlungen. Jch hab meinen Zeichendeutern den Traum erzehlet/und keiner iſt/der ihn außlegẽ kan.

25. Joſeph antwortet : Deß Königs Traum iſt einerley : GOtt hat dem Pharao angezeigt / was er thun wird.

26. Siben ſchöne Rinder/ und ſiben volle Aeheren/ ſeynd ſiben fruchtbare Jahr : und ſie begreiffen einerley Würckung deß Traums :

27. Jmgleichen die ſiben dünne und magere Rinder / die nach den erſten herauf kamen / wie auch die ſiben dünne und vom Wind verſengte Aeheren / ſeynd ſiben Jahr deß künfftigen Hungers.

28. Welche in diſer Ordnung ſollen erfüllet werdẽ.

29. Sihe es werden ſiben Jahr kommen von groſſer Fruchtbarkeit in gantz Egypten Land:

30. Darauf werden ſiben andere Jahr folgen / die werden ſo gar unfruchtbar ſeyn/ daß man alles Uberfluß vergeſſen wird/der zuvor geweſen iſt: dan der Hunger wird das gantze Land außzehren :

31. Und der groſſe Mangel wird die überſchwengliche Fülle *a* zu nicht machen.

32. Daß du aber zum andernmal einen Traum geſehen haſt / daſſelbige Werck betreffend / iſt ein Zeichen/ daß es veſt und gewiß iſt : dan was GOtt redt/ das geſchicht/ u. wird unverzüglich vollzogen.

33. Derwegen verſehe ſich der König mit einem weiſen und fleiſſigen Mann/und ſetze denſelben über Egyten Land:

34. Der durch alle Landſchafften Amtleuth verordne / und den fünfften Theil der Früchten in den ſiben Jähren der Fruchtbarkeit/

35. Welche nun bald kommen werden/ in Kornhäuſer zuſammen bringe / und daß alles Geträid unter deß Pharaonis Gewalt in den Städten aufgeſchüttet und verwahret werde:

36. Damit ein vorrath gemacht werde auf die künftige ſibenjährige Theurung/welche das Land Egyptẽ hart truckẽ wird/ u. das Land vor Hũger nit verderbe

37. Der Rath gefiel dem Pharao/ und allen ſeinen Dienern.

38. Und er ſprach zu ihnen: Solten wir wohl einen ſolchen Mann finden können/der mit dem Geiſt GOttes erfüllet ſey?

a Uberfluß.

III.

III. 39. Derwegen sprach er zu Joseph: Dieweil dir GOtt alles kund gethan / was du geredt hast / sol ich dan wol jemand finden können / der dir an Weißheit fürgehe/ oder gleich sey?

40. Du solt über mein Hauß seyn / und auf den Befehl deines Munds sol alles Volck gehorsamen: allein mit dem eintzigen Königlichen Thron wil ich mehr seyn / dan du.

41. Abermahl sprach Pharao zu Joseph: Sihe / ich habe dich gesetzt über gantz Egypten-Land.

42. Und er nahm den Ring von seiner Hand/u. gab ihm selben in seine Hand: thät ihm ein weiß seiden Kleyd an / und hieng ihm ein guldene Kett an den Hals.

43. Und er ließ ihn auf seinem andern Wagen fahren / und der Außruffer rieff auß vor ihm her/ daß alle vor ihm die Knie biegeten und wüsten, daß er über gantz Egypten-Land gesetzt wäre.

44. Und der König sprach ferner zu Joseph: ich bin Pharao: ohn deinen Befehl sol niemand sein Hand / oder seinen Fuß regen in gantz Egyptenland.

45. Und er veränderte ihm seinen Namen / und nennte ihn in der Egyptischen Sprach / den Heyland der Welt. Und er gab ihm zum Weib Aseneth / Putiphars Tochter / deß Priesters zu Heliopoli. Also reisete Joseph hinauß in Egypten Land.

46. (Er war aber dreyßig Jahr alt / da er vor dem Angesicht deß Königs Pharaonis stund) und zoge herum durch alle Landschafften Egypti.

47. U. es kam die Fruchtbarkeit der siben Jahr/ und die Früchten wurden in Garben gebunden und in die Scheuren gesammlet in Egypten:

48. Es wurden auch alle Früchten/so reichlich gewachsen warẽ/in allẽ Städtẽ verwarlich hingelegt.

49. Und ist ein solcher Uberfluß an Weitzen gewesen/ daß es dem Sand am Meer gleich war / und man ihn nit zehlen oder messen kunte.

50. Aber dem Joseph seynd zween Söhn geboren / ehe dan die Theurung kam / welche ihm Aseneth gebar / die Tochter Putiphars / deß Priesters zu Heliopoli.

51. Und er nennte den Namen deß erstgebohrnen Manasses / und sprach: GOtt hat mich aller Mühe und Arbeit / und meines Vatters Hauses vergessen lassen.

52. Und deß andern Namen nennte er Ephraim und sprach: GOtt hat gemacht / daß ich bin gewachsen im Land meiner Armseeligkeit.

53. Da nun die siben fruchtbare Jahr um waren in Egypten:

III. 39. Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem & consimilem tui invenire potero?

40. *k* Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantùm regni solio te præcedam.

k Psalm. 104. 21. 1. Mac. 2. 53. Act. 7. 10.

41. Dixítque rursus Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti.

42. Tulítque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus: vestivítque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit.

43. Fecítque eum ascendere super currum suũ secundum, clamante præcone, ut omnes corã eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ Terræ Ægypti.

44. Dixit quoque rex ad Joseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

45. Vertitq; nomen ejus, & vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, Salvatorem mundi *l* Dedítque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare *m* sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Joseph ad terram Ægypti:

46. (triginta *n* autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circuivit omnes regiones Ægypti.

47. Venitque fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.

48. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est.

49. Tantáque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.

l hinc in pluribus Christum verum mundi salvatorem figurat.
m hic alius est à Putiphare de quo c. 39.
n Ann. M. 2289. confer cum cap. 47. vers. 9.

50. *o* Nati sunt autem Joseph filii duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Putiphare sacerdotis *p* Heliopoleos.

o inf. 48. 20. 49. 5.
p Chald. principis

51. Vocavítque nomen primogeniti, Manasses *q* dicens: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domûs patris mei.

q i. faciens oblivisci.

52. Nomen quoque secundi appellavit Ephraïm *r* dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

r i. fructificationes.

53. Igitur transactis septem ubertatis annis, qui fuerant in Ægypto:

An. M. 2296. Ant. Chr. 1708.

54. cœperunt venire *s* septem anni inopiæ, quos prædixerat Joseph: & in universo orbe fames prævaluit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.

55. Quâ esuriente, clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Joseph: & quidquid ipse vobis dixerit, facite.

56. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuítque Joseph *t* universa horrea, & vendebat Ægyptiis: nam & illos oppresserat fames.

t tunc annum agens 37.

57. Omnésque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

54. Fiengen die siben Jahr der Theurung an zu kommen: davon Joseph geweisaget hatte: und die Theurung nam überhand in allen Landen / aber in gantz Egypten Land war Brod.

55. Da nun das Land auch Hunger litte / rieff das Volck zu Pharao / und begehrte Speiß. Und er antwortet ihnen: Gehet hin zu Joseph und was er euch sagen wird / das thut.

56. Aber der Hunger nam alle Tag zu im gantzen Land. Und Joseph thäte alle Korn-Häuser auf / und verkauffte den Egyptern: dan es überfiel sie auch der Hunger.

57. Und alle Länder kamen in Egypten Speiß zukauffen / und sich deß Hungers zuerwehren.

CAPUT XLII.

I. Fratres Joseph in Ægyptum pro emendis frumentis à patre missi, durius ab illo tractantur, & in carcerem conjiciuntur: 3.
II. Simeone in vinculis relicto revertuntur, & pecuniam in saccis unà cum frumento inscii referunt. 18.
III. Jacob eapropter affligitur. 29.

Das XLII. Capitel.

I. Josephs Brüder kommen in Egypten Früchten einzukauffen: werden als Kundschaffter angehalten / 3.
II. Simeon wird aufgehalten; die andere werden entlassen / mit dem Beding / daß sie wider kommen / und ihren jüngsten Bruder mit sich bringen / 18.
III. Jacob vernimt / was sich zugetragē / u. wird sehr bekūmert 29

Anno M. 2297. Ant. Chr. 1707.

1. AUdiens autem Jacob *a* quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis: Quare negligitis?

2. audivi quòd triticum venumdetur in Ægypto: descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur inopiâ.

I. 3. Descendentes igitur fratres Joseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto,

4. Benjamin domi retento à Jacob, qui dixerat fratribus ejus: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali:

5. ingressi sunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan.

6. Et Joseph erat princeps in terra Ægypti, atque ad ejus nutum frumenta populis vendebantur. Cúmque adorassent eum *b* fratres sui,

b profundi inclinatione ut pro regem

7. & agnovisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Unde venistis? Qui responderunt: De terra Channaan, ut emamus victui necessaria.

8. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis *c*.

c sc. ex divina dispositione ut Jacobi virtus & patientia exerceretur.

9. Recordatúsque somniorum, quæ aliquando, viderat, ait ad eos: Exploratores estis: ut videatis infirmiora terræ venistis.

1. DA aber Jacob hörete / daß in Egypten Speiß verkaufft ward / sprach er zu seinen Söhnen: Warum versaumet ihrs?

2. Ich hab gehöret / daß Weitzen in Egypten zu kauffen ist / reiset hinab / und kauffet uns Nothdurfft / damit wir leben / und nit vor Hunger vergehen.

I. 3. Also zohen die zehen Brüder Josephs hinunter / daß sie in Egypten Korn kaufften:

4. Benjamin aber ward zu Hauß behalten von Jacob / der zu seinen Brüdern sprach: Damit ihm nit auf der Reiß villeicht etwas böses widerfahre:

5. Und sie kamen in Egypten Land / neben andern / die dahin reiseten zu kauffen. Es war aber Theurung im Land Chanaan.

6. Und Joseph war der Fürst in Egypten-Land / und ward das Korn nach seinem Wolgefallen den Völckern verkaufft. Nachdem ihn nun seine Brüder angebettet /

7. Und er sie wohl kennte / redet er mit ihnen etwas hart / als mit Frembden / u. fragte sie: Woher seyd ihr kom̄en? Sie antworteten: Auß dem Land Chanaan / daß wir Nothdurfft zur Speiß kauffen.

8. Obwohl er schon seine Brüder wol kennte / so ist er doch von ihnen nit erkennt worden.

9. Und er gedachte an die Träum / die er hiebevor gesehen hatte / und sprach zu ihnen: Ihr seyd Kundschaffter / und seyd kommen zu sehen / wo das Land am schwächsten ist.

10. Sie sprachen: Es ist nit also Herr/sondern deine Knecht seynd kommen Speiß zu kauffen.

11. Wir seynd alle eines Manns Söhn / kommen fridsam / und haben deine Knecht nichts böses für.

12. Er antwortet ihnen: Es ist anders darum: ihr seyd kommen außzuspehen / wo das Land am schwächsten sey.

13. Sie aber sprachen: Wir deine Knecht seynd zwölff Brüder/eines Manns Söhn im Land Chanaan: Der jüngst ist bey unserm Vatter: der ander ist nit mehr vorhanden.

14. Er sprach: Das ists eben/ das ich gesagt habe: Ihr seyd Kundschaffter.

15. So wil ichs nun von euch wol erfahren: Bey dem Heyl Pharaonis/ihr sollet nit von hinnen reisen / biß euer jüngster Bruder herkomme.

16. Schicket einen võ euch hin/ der ihn hieher führe: Ihr aber sollet in Hafftung seyn/ biß man erfahre/ ob wahr sey / oder nit / was ihr gesagt habt. Sonst bey dem Heyl Pharaonis/ ihr seyd Kundschaffter.

17. Also ließ er sie verwahren drey Tag lang.

II. 18. Aber am dritten Tag ließ er sie auß der Gefängnuß kommen/und sprach: Thut/was ich gesagt hab/so werdet ihr leben: dan ich förchte GOtt.

19. Seyd ihr fridsame Leuth/so lasset einen von euern Brüdern im Gefängnuß bleiben: Ihr aber ziehet hin/und führet das Korn in eure Häuser/ das ihr gekaufft habt.

20. Und führet euern jüngsten Bruder her zu mir/ damit ich eure Red bewehre / und ihr nit sterbet. Sie thäten / wie er gesagt hatte /

21. Und sagten untereinander: Wir leyden diß billig? dan wir haben uns an unserm Bruder versündiget / da wir sahen die Angst seiner Seel / als er uns flehendlich bate/und wir haben ihn nit erhöret: darum kommt dise Trübsaal über uns.

22. Und einer von ihnen / Ruben sprach: Hab ichs euch nit gesagt: Sündiget nit wider den Knaben / und ihr habt mich nit gehört? Sihe / nun wird sein Blut gefordert.

23. Sie wusten aber nit / daß es Joseph verstund: weil er durch einen Dolmetscher mit ihnen redte.

24. Und er wandte sich ein wenig ab / und weinete: darnach kam er wider / und redte mit ihnen.

25. Und er nahm den Simeon / und bund ihn vor ihren Augen / er befahl auch den Dienern / daß sie ihre Säck mit Weitzen fülleten / und legten ihr Geld/ einem jeglichen in seinen Sack/und gäben ih-

10. Qui dixerunt: Non est ita, domine, sed servi tui venerunt ut emerent cibos.

11. Omnes filii unius viri sumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

12. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ hujus considerare venistis.

13. At illi: Duodecim, inquiunt, servi tui, fratres sumus, filii viri unius in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super.

14. Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis.

15. Jam nunc experimentũ vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini *d* hinc, donec veniat frater vester minimus.

16. Mittite ex vobis unum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis utrùm vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.

17. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus.

II. 18. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & vivetis: Deum enim timeo.

19. Si pacifici estis, frater vester unus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras,

20. *e* & fratrem vestrũ minimũ ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerũt ut dixerat,

21. & locuti sunt ad invicem: Meritò hæc patimur *f* quia peccavimus in fratrẽ nostrum, videntes angustiã animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus: idcircò venit super nos ista tribulatio.

22. E quibus unus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis: *g* Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis ejus exquiritur *h*.

23. Nesciebant autem quòd intelligeret Joseph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.

24. Avertítque se parumper, & flevit: & reversus locutus est ad eos.

25. Tollénsque Simeon, & ligans illis præsentibus, jussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra

d omnes, unum enim retinuit.

e Infr. 43. 3. & 5.

f sc. oculos quos culpa claudit, pœna aperit. S. Gregor.

g Sup. 37. 22.

h docebit Spiritûs sancti unctio pium lectorem assurgere ad sensus mysticos, ut in ejusmodi locis consideret mysteria & eliciat documenta moralia.

cibariis in viam: qui fecerunt ita.

26. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt.

27. Apertóque unus ſacco, ut daret jumento pabulum in diverſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi,

28. dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti turbatique, mutuò dixerunt: Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus?

III. 29. Venerúntque ad Jacob patrem ſuum in terram Chanaan, & narraverunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes:

30. Locutus eſt nobis dominus terræ durè, & putavit nos exploratores eſſe provinciæ.

31. Cui reſpondimus: Pacifici ſumus, nec ullas molimur inſidias.

32. Duodecim fratres uno patre geniti ſumus: unus non eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan.

33. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici ſitis: Fratrem veſtrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite,

34. fratrémq; veſtrum minimũ adducite ad me, ut ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum, qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam.

35. His dictis, cùm frumenta effunderent, ſinguli repererunt *i* in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritíſque ſimul omnibus,

i coram patre ſimulabant ſe id neſcire ne graviùs increparentur.

36. dixit pater Jacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Joſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt.

37. Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam.

38. At ille: Non deſcendet, inquit filius meus vobiſcum: frater ejus mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei adverſi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

nen danebẽ Speiſen auf den Weeg / u. ſie thäten alſo.

26. Sie aber luden die Frücht auf ihre Eſel / und zohen davon.

27. Da nun einer den Sack eröffnete / dem Thier Futter zu geben in der Herberg / ward er deß Gelds oben im Sack gewahr.

28. Und er ſprach zu ſeinen Brüdern: das Geld iſt mir widerum geben / ſihe / es iſt im Sack. Da wurden ſie beſtürtzt und entſetzten ſich / und ſprachen untereinander: Was iſt diß / das uns GOtt gethan hat?

III 29. Und ſie kamen zu Jacob ihrem Vatter / in das Land Chanaan / und erzehleten ihm alles / was ihnen widerfahren war / und ſprachen:

30. Der Herr deß Lands hat uns hart angeredt / und hat darfür gehalten / daß wir Außſpeher deß Lands wären.

31. Wir antworteten ihm: Wir ſeynd fridſam / und gehen mit keinen liſtigen Anſchlägen um.

II. 15. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,
16. quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem.
17 In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.
18. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad austrum.
19. Quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subjiciantur.
20. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt,
21. quadraginta habentes bases argenteas: binæ bases singulis tabulis supponentur.
22 Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas,
23. & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi.
24. Erúntque conjunctæ à deorsum usque sursum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis junctura servabitur.
25. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis.
26. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi,
27. & quinque alios in altero, & ejusdem numeri ad occidentalem plagam:
28. qui mittentur per medias tabulas à summo usque ad summum. *f*
29. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis.
30. Et eriges tabernaculum juxta exemplar quod tibi in *g* Monte monstratum est,
III. 31. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario & pulchra varietate *h* contextum:

f ab una extremitate ad alteram.

g *Sup.* 25. 40.

h Hebr. Cherubim sc. figuris quæ pueros alatos referrent.

32. quod appendes ante quatuor columnas de lignis ſetim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas.

33. Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam teſtimonii quo & Sanctuarium, & Sanctuarii ſanctuaria *i* dividentur.

i ſanctum ſanctorum.

34. Pones & propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum:

35. menſamque extra velum: & contra menſam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: menſa enim ſtabit in parte Aquilonis.

36. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarii.

37. Et quinque columnas deaurabis lignorum ſetim, ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & baſes æneæ.

CAPUT XXVII.

I. Altare 1.
II. atrium tabernaculi, tentorium, columnæ 9.
III. & oleum lucernarum parari jubentur. 20.

a infr. 38. 6 utrumque altare myſtice ſignificat Chriſti crucem, & altare novi teſtamenti.

1. Facies & altare *a* de lignis ſetim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id eſt quadrum, & tres cubitos in altitudine.

2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære.

3. Facieſque in uſus ejus lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula: omnia vaſa ex ære fabricabis.

4. Craticulámque in modum retis æneam: per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei,

5. quos pones ſubter arulam altaris: eritque craticula uſque ad altaris medium.

6. Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis:

7. & induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum.

b Sup. 20. 24.

8. *b* Non ſolidum, ſed inane & cavum intrinſecus facies illud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt.

32. Den ſolſt du aufhencken an vier Säulen / welche vom Holtz Setim gemacht / und übergüldt seyn / auch güldene Knöpff / aber ſilberne Füß haben ſollen.

33. Aber der Vorhang ſol mit Ringen angehäfftet werden: Und du ſolſt die Arch deß Zeugnuß innwendig deß Vorhangs ſetzen der das Heiligthumb vom allerheiligſten Heiligthum unterſcheiden ſol.

34. Du ſolſt auch den Gnaden-Thron über die Arch deß Zeugnuß in das allerheiligſt ſetzen:

35. Den Tiſch aber auſſer dem Vorhang: und gegen dem Tiſch über den Leuchter / auf der Seiten deß Tabernackels gegen Mittag: dan der Tiſch ſol auf der Nord Seiten ſtehen.

36. Du ſolt auch ein Vorhang machẽ an d' Thür deß Tabernackels v' himelblauer Seidẽ u. v' Purpur-Seidẽ u. 2. mal gefärbter rother u. gezwirnter weiſſer Seiden / nach der Seidenſticker Kunſt gewircket.

37. Und ſolſt fünff Säulen vom Holtz Setim übergülden an denſelben ſol der Vorhang aufgezogen werden: deren Knöpff gulden / und die Füß ehrin ſeyn ſollen.

Das XXVII. Capitel.

I. Beſchreibung deß Altars der Brandopffer mit Zugehör / 1
II. Deß Vorhoffs deß Tabernackels ſamt ſeinen Säulen und Vorhängen / 9.
III. Deß Oels der Amplen und dero Anbrennung / 20.

1. Du ſolt auch einen Altar machen vom Holtz Setim / ſo fünff Elen lang / und ſo vil Elen breit / das iſt / gleich viereckigt / und drey Elen hoch ſeyn ſoll.

2. Aber an ſeinen vier Ecken ſollen Hörner ſeyn / und du ſolſt es mit Ertz überziehen.

3. Du ſolſt auch zu ſeinem Brauch Häfen machen / die Aſchen darin aufzuheben / und Zangen / und dreyſpitzige Gablen / und Kohlpfannen. Alle die Geſchirr ſolſt du von Ertz machen.

4. Auch ein ehrines Gätter / wie ein Netz: an deſſen vier Ecken ſollen vier ehrine Ring ſeyn /

5. Dieſelbige ſolſt du unter den Umgang deß Altars ſtellen: und ſol ſich das Gätter biß mitten unter den Altar erſtrecken.

6. Du ſolſt auch zu dem Altar zwo Stangen machen vom Holtz Setim / und dieſelbige mit gezogenem Ertz überdecken.

7. Die ſolſt du durch die Ring thun / und ſie ſollen auf beyden Seiten deß Altars ſeyn / denſelbigen zu tragen.

8. Du ſolſt ihn nit füllen ſondern lär laſſen und inwendig hol machen / wie dirs auf dem Berg iſt gezeigt worden.

II. 9. Du ſolſt auch einen Vorhoff an dem Tabernackel machen, darinn an der Sudſeiten gegen Mittag Vorhäng ſeyn ſollen von gezwirneter weiſſer Seiden: eine Seit ſol hundert Elen in die Länge halten.

10. Und zwantzig Säulen/ mit eben ſo vil ehrinen Füſſen/ welche ſilberne Knöpff mit ihrem außgeſtochenen Werck haben ſollen.

11. Deßgleichen auf der Seiten gegen Mitternacht ſollen auch Vorhäng ſeyn hundert Elen lang/ auch zwantzig Säulen mit ehrinen Füſſen in gleicher Anzahl/ und ihre Knöpff mit ihrem außgeſtochenen Werck von Silber.

12. Aber in der Breite deß Vorhoffs / da er ſich gegen Nidergang ſtrecket / ſollen Vorhäng ſeyn fünfftzig Elen lang/ und zehen Säulen mit auch ſo vil Füſſen.

13. Imgleichen die Breite deß Vorhoffs / ſo ſich gegen Aufgang ſtrecket/ ſol auch fünfftzig Elen halten.

14. Alſo ſollen die Vorhäng fünffzehen Elen lang zu einer Seiten verordnet werden/ ſambt dreyen Säulen, auch mit ſo vil Füſſen.

15. Und auf der andern Seiten ſollen auch Vorhäng ſeyn, die fünffzehen Elen halten ſollen/ ſambt dreyen Säulen, auch mit ſo vil Füſſen.

16. Aber in dem Eingang deß Vorhoffs ſol ein Vorhang von zwantzig Elen von himelblauer Seiden u. von Purpurn/ und zweymal gefärbter rother Seiden/ u. von gezwirneter weiſſer Seiden, mit zierlichem Werck gemacht werden: das vier Säulen haben ſol/ auch mit ſo vil Füſſen.

17. Alle Säulen im Vorhoff rings herum ſollen mit geſchlagenem Silber überzogen ſeyn / ſollen ſilberne Knöpff und ehrine Füß haben.

18. Der Vorhoff ſoll an der Länge hundert Elen/ und an der Breite fünfftzig Elen begreiffen, die Höhe ſoll fünff Elen ſeyn / und ſol gemacht werden von weiſſer gezwirneter Seiden / und ehrine Füß haben.

19. Alle Geſchirr deß Tabernackels zu allerhand Bräuchen und Ceremonien/ ſo wol ſeine deß Tabernackels Pfäl als deß Vorhoffs ſolſtu v' Ertz mache.

III. 20. Gebiet den Kindern Iſrael / daß ſie das allerreiniſte Oel von Oelbäumen zu dir bringen / das auch mit einem Stöſſel geſtoſſen iſt/ damit die Lampe allzeit brenne

21. im Tabernackel deß Zeugnuß/ auſſer dem Vorhang / der vor dem Zeugnuß außgeſpannt iſt. Und Aaron und ſeine Söhn ſollen ſie beſtellen *a*/ daß ſie vor dem HErrn leuchte biß an den Morgen. Das ſol ein ewiger Gottesdienſt ſeyn von den Kindern Iſrael durch ihre Nachkommen. *a ſetzen.*

II. 9 Facies & atrium tabernaculi *c*, in cujus auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos unum latus tenebit in longitudine.

10. Et columnas viginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.

11. Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & baſes æneæ ejusdem numeri, & capita earum cum cælaturis ſuis argentea.

12. In latitudine verò atrii, quod reſpicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, baſesque totidem.

13. In ea quoque atrii latitudine, quæ reſpicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14. in quibus quindecim cubitorũ tentoria lateri uno deputabuntur, columnæque tres & baſes totidem.

15. & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & baſes totidem.

16. In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumarij: columnas habebit quatuor, cum baſibus totidem.

17. Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus æneis.

18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum *d* erit: fietque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas.

19. Cuncta vaſa tabernaculi in omnes uſus & cæremonias, tam paxillos ejus quàm atrij, ex ære facies.

III. 20. Præcipe filiis Iſrael ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum puriſſimum, piloque contuſum: ut ardeat lucerna ſemper *e*

21. in tabernaculo teſtimonij *f*, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij ejus, ut uſque manè luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum à filiis Iſrael.

c ſingulæ tabernaculi partes adumbrant varia myſteria de corpore Chriſti, naturali, myſtico; de B. V. Maria & quavis fideli anima.

d ut poſſit populus undique tabernaculum videre.

e per totam noctem.

f extra.

CAPUT XXVIII.

Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum ejus describuntur

I. Superhumerale. 6.
II. Rationale. 15.
III. Tunica superhumeralis hyacinthina. 31.
IV. Vitta cum tiara. 36.
V. Tunica, balteus. 39.
VI. Fœminalia linea, 42.

1. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, ut sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.

2. Faciésque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem *a*.

3. Et loquêris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

4. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient: Rationale *b*, & superhumerale *c*, tunicam & lineam strictam, cidarim *d* & balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis ejus, ut sacerdotio fungantur mihi.

5. Accipiéntque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum.

I. 6. Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito.

7. Duas oras junctas habebit in utroq; latere summitatum, ut in unum redeant.

8. Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta.

9. Sumésque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël:

10. sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum.

11. Opere sculptoris & cælaturâ gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israël, inclusos auro atque circumdatos:

12. & pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israël. Portabitque Aaron nomina *e* eorum

a splendorem & ornamentum.

b Septuag. Logion, Hebr. pectorale.
c Hebr. Ephod.
d tiaram.
Nota, Aaronis indumenta Christi dotes & beneficia adumbrant simúlque moraliter sacerdotes utriúsque testamenti in bonis moribus informant.

e Mysticè sacerdos suorum subditorum nomina ferre debet in humeris eorum onera portando, & peccata deprecando.

Das XXVIII. Capitel.

Beschreibung der Kleydung deß Hohenpriesters / als

I. Das Ephod / 6.
II. Das Prustſtück / mit zwölff Edelgesteinen / 15.
III. Das blaue Röcklein mit den Pomerantz-Aepfflen / 31.
IV. Die Priesterhauben mit ihrer guldenen Platten/ 36.
V. Das leinen Röcklein mit seiner Binden/ 39.
VI. Das innere Niderkleyd / 42.

1. Nimm auch mitten auß den Kindern Israel Aaron deinen Bruder zu dir / u. seine Söhn/ daß sie mir das Priesterthum verwalten : Aaron / Nadab / und Abiu / Eleazar / und Ithamar.

2. Du solt auch deinem Bruder Aaron zu Ehren und Zierd ein heiliges Kleyd zurichten.

3. Und du solt mit allen reden / die weiß von Hertzen seynd / die ich mit dem Geist der Weißheit erfüllet habe/ daß sie dem Aaron Kleyder machen, darin er geheiliget werde/ und mir diene.

4. Diß sollen aber die Kleyder seyn / die sie machen sollen/ ein Brustſtuck/und ein Schulter Kleid einen Rock / und ein leines eingezogenes Kleyd/ein Priesterhaub / und ein Gürtel. Die heilige Kleyder sollen sie deinem Bruder Aaron machen/und seinen Kindern / daß sie mir das Priesterthum verwalten.

5. Und sollen darzu nehmen Gold/und himmelblaue Seiden/und purpurn, und zweymal gefärbte rothe Seiden/und weisse Seiden.

I. 6. Aber das Schulterkleyd sollen sie von Gold und von hiṁelblauer Seiden/u. von purpur Seiden/ v' zweymal gefärbter roter Seidē/u. weisser gezwirnter Seiden machē/ daß es ein Werck sey v' vil Farbē.

7. Es sol zween zusammen gezogene Säum haben / welche auf beyden Seiten oben zusammen gefasst zu einander kommen.

8. Auch sol das Geweb u. gantze Werck v' unterschidlichen Farbē/ von Gold u. v' hiṁelblauer Seidē u. v' purpur Seiden/u. v' zweymal gefärbter rother Seiden u. v' weisser gezwirnter Seidē gemacht werden.

9. Und du solt zween Onychstein nehmen / und darein schneiden die Nāmen der Kinder Israel :

10. Sechs Namen in einen Stein/ und die übrige sechs Namen in den andern, nach der Ordnung ihrer Geburt.

11. Mit Steinschneider Arbeit / und der Jubilierer Grabkunst/ solt du die Namen der Kinder Israel also darein schneiden, daß sie in Gold gefasset/ und damit umher belegt werden :

12. Und solst sie zu beyden Seiten an das Schulterkleyd setzen / zur Gedächtnuß den Kindern Israel. Und sol Aaron ihre Namen vor dem HErrn

HErrn auf beyden Achseln tragen/ der Gedächtnuß halben.

13. Du solt auch Haften machen von Gold.

14. Und zwo kleine Ketten von dem allerfeinesten Gold/ so aneinander hangen/und solt dieselbige an die Hafften thun.

II. 15. Auch solt du das Bruststuck deß Urtheils/ von villerhand Farben zierlich machẽ/auf die Weiß/ wie das Schulterkleyd von Gold/himelblauer Seiden/und von purpur Seiden/ von zweymal gefärbter rother Seiden/und v'weisser gezwirnter Seidẽ.

16. Es sol viereckig und doppelt seyn: und sol die Maaß einer außgestreckten Hand/ so wohl in die Länge/ als auch in die Breite halten.

17. Und du solt vier Reyen Stein darein setzen: in der ersten Rey sollen stehen/ ein Sardier/ ein Topazier/ und ein Smaragd:

18. In der andern/ ein Karbunckel/ein Sapphyr/und ein Jaspis Stein:

19. In der dritten/ ein Ligurier/ ein Achat/und ein Amethist:

20. In der vierdten ein Hyazinth/ ein Onychstein/ und ein Berill: und sie sollen in Gold gefast seyn nach ihrer Ordnung.

21. Und sollen die Namen der Söhn Israel haben: die sollen mit zwölff Namen eingeschnitten werden/ ein jeglicher Stein mit einem besondern Namen/ nach den zwölff Stämmen.

22. Du solt auch an das Bruststuck Ketten machen/ so an einander hangen/ von dem allerfeinesten Gold:

23. Und zween guldene Ring die du an das Bruststuck auf beyden Seiten oben am End häfften solst:

24. Und die guldene Ketten an die Ring vest machen/ die an seinem Rand seynd:

25. Und das End der Ketten solt du an die zwo Hafften vest machen/ welche auf beyden Seiten an dem Schulterkleyd gegen dem Bruststuck über seynd.

26. Du solt auch zween guldene Ring machen/ und dieselbige an die Ecken deß Bruststucks hefften/ an den Enden/die gegen dem Schulterkleyd über seynd/ und auf sein Hintertheil sich fügen.

27. Auch solt du noch zween andere guldene Ring machen/ und dieselbige auf beyden Seiten am End deß Schulterkleyds unten hinsetzen/ daß es sich gegen der untersten Hafftung strecket/ damit es mit dem Schulterkleyd möge verfüget werden/

28. U. das Bruststuck mit seinen Ringen an die Ring deß Schulterkleyds mit einer himelblauen Schnur gebundẽ werde/damit die Haftũg fein bleibe. wie sie gemacht ist daß auch das Bruststuck und Schulterkleyd nit voneinander kōnen aufgelöset werden.

coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies & uncinos ex auro,

14. & duas catenulas ex auro purissimo sibi invicem cohærentes, quas inseres uncinis.

II. 15. Rationale quoque judicii facies opere polymito juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & bysso retorta.

16. Quadrangulum erit & duplex: mensuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine.

17. Ponésque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus:

18. in secundo carbunculus, sapphirus, & jaspis:

19. in tertio ligurius, achates, & amethystus:

20. in quarto chrysolitus, onychinus, & berillus *f*. Inclusi auro erunt per ordines suos.

f & hæ gemmæ 12 articulos, & duodecim Apostolorum virtutes, dotes, & præmia mysticè præsignificabant.

21. Habebúntque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo:

23. & duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate:

24. catenásque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus:

25. & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.

26. Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris, quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora ejus aspiciunt.

27. Necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali,

28. & stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis, vittâ hyacinthinâ, ut maneat junctura fabrefacta, & à se invicem rationale & superhumerale nequeant separari,

g Sacerdos debet subditorum nomina ferre in pectore per amorem. *Tirin.*

29. Portabítque Aaron nomina *g* filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

30. Pones autem in rationali judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.

III. 31. Facies & tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

32. in cujus medio supra erit capitium, & ora per gyrum ejus textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur.

33. Deorsum verò, ad pedes ejusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis,

34. ita ut tintinnabulum sit aureum & malum punicum, rursúmque tintinnabulum aliud aureum & malum punicum.

h Eccli. 45. 11.

35. *h* Et vestietur ea Aaron in officio ministerii, ut audiatur sonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.

IV. 36. Facies & laminam de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.

37. Ligabísque eam vittâ hyacinthinâ, & erit super tiaram,

i i. qui non ritè obtulerunt ea, quæ debent.

38. imminens fronti pontificis. Portabítque Aaron iniquitates eorum *i*, quæ obtulerunt & sanctificaverunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit eis Dominus.

k ad cingendum Ephod.

V. 39. Stringésque tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum *k* opere plumarii.

40. Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos ac tiaras in gloriam & decorem:

41. vestiésque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios ejus cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabísque illos, ut sacerdotio fungantur mihi.

l ex bysso, ait Josephus & S.

VI. 42. Facies & fœminalia linea *l*, ut operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus usque ad femora:

29. Also sol Aaron die Namen der Kinder Israel in dem Brustſtuck deß Urtheils auf seiner Brust tragen / wan er in das Heiligthum gehet / zur Gedächtnuß vor dem HErrn in Ewigkeit.

30. Du solt aber auf das Brustſtuck deß Urtheils setzen Lehr / und Warheit / die sollen auf Aaronis Brust seyn / wan er vor dem HErrn hinein gehet: und sol allezeit vor dem Angesicht deß HErrn das Gericht der Kinder Israel auf seiner Brust tragen.

III. 31. Du solt auch einẽ Rock machẽ / d' zum Schulterkleyd gehören sol / gantz von hiṁelblauer Seiden /

32. An demselben sol oben in der Mitten ein Haubtloch seyn / rund herum besetzt mit gewebten Lind *a* wie man pflegt zu machen am End der Kleyder / damit sie nit leichtlich reissen.

33. Aber unten herab an den Füssen desselbigen Rocks / solt du rings herum gleich wie Granat Aepffel machen von hiṁelblauer Seiden u. von purpur u. von 2. mal gefärbter rother Seiden u. sollen hin und wider Schellen darzwischen gesetzt werden /

34. Dergestalt daß eine guldene Schell seyn sol / und darnach ein Granat Apffel abermahl ein andere guldene Schell / und ein Granat Apffel.

35. Damit sol Aaron bekleydet werden / wan er sein Amt bedienet / daß d' Klang gehöret werde / wan er zum Heiligthum eingehet / u. widerum herauß gehet vor dem Angesicht deß Herrn u. daß er nit sterbe

IV. 36. du solt auch ein Blat machen / von dem aller feinesten Gold / und darein graben mit Steinschneiders Arbeit: Heilig dem HErrn.

37. U. solst dasselbe Blat mit einer hiṁelblauẽ seidenẽ schnur anbindẽ / u. es sol auf der Priesterhaubẽ seyn /

38. Daß es vor der Stirn deß Hohenpriesters herab stehe. Und Aaron sol die Ungerechtigkeit der Gaaben tragen / welche die Kinder Israel geopffert und geheiliget haben / in allen ihren Gaaben und Geschencken. Es sol aber das Blat allezeit an seiner Stirn seyn / damit ihnen der HErr gnädig sey.

V. 39. Du solt auch einen engen Rock / von weisser Seiden machen / auch einen Priestershut machen v' weisser Seidẽ / u. eine Gürtel v' gesticktem Werck.

40. Ferner solt du auch den Söhnen Aarons leinene Röck / und Gürtel / und Priestershauben machen / zur Herrlichkeit und zum Geschmuck:

41. Und mit disem allem solt du den Aaron deinen Bruder / und seine Söhn mit ihm bekleyden. Du solt auch ihrer aller Händ weyhen / und sie heiligen / daß sie mir das Priesterthum verwalten.

VI. 42. Du solt ihnen auch leinene Niderkleyder machen / von den Lenden biß an die Hüfft damit sie das Fleisch ihrer Scham bedecken:

a Borden

43. Die

43. Die sollen Aaron und seine Söhn brauchen/ wan sie zum Tabernackel deß Zeugnuß eingehen/ oder wan sie sich zu dem Altar nahen im Heiligthum zu dienen / damit sie der Sünd nit pflichtig *a* werden / und sterben. Diß sol für Aaron/ und für seinen Saamen nach ihm ein ewiges Gesatz seyn.

Das XXIX. Capitel.

I. GOtt befihlt/ wie Moyses den Aaron und seine Kinder zu Priestern solle weyhen / 1. sie wäschen und anlegen / 5. für sie opffern / 11. siben Tag aneinander salben / 35.
II. GOtt befihlt auch alle Tag / Morgens und Abends ein Lämmlein zuopffern / 38.

1. DIß solt du aber auch thun / damit sie mir zum Priesterthumb geweyhet werden. Nim ein Kalb auß der Heerd / und zween Widder / die unbefleckt seyn/
2. Auch ungesäurte Brod/ und ungesäurte Kuchen/ so mit Oel besprenget seyn / und ungesäurte Fladen / mit Oel bestrichen / diß alles solt du von Weitzen Meel zurichten.
3. Und du solt es in Körb legen / und opffern / wie auch das Kalb / samt den beyden Widdern.
4. Aber den Aaron und seine Söhn solt du an die Thür deß Tabernackels deß Zeugnuß stellen. Und wan du den Vatter samt seinen Söhnen mit Wasser gewaschen hast/
5. Solt du dem Aaron seine Kleyder anthũ/ nemlich das leine Kleyd u. Rock u. das Schulterkleyd u. das Brustsiuck/ das du mit d' Gürtel zusamen bindẽ solt
6. Und solt die Priesterhaub auf sein Haubt setzen / und das heilige Blat an die Haub thun/
7. Und Oel der Salbung auf sein Haubt giessen: und auf dise Weiß sol er geweyhet werden.
8. Auch solt du seine Söhn herzu führen / und sie bekleyden mit leinen Röcken/ und umgürten mit einer Gürtel/
9. Nemlich den Aaron / und seine Söhn / und ihnen auffsetzen den Priesterhut: und sie sollen meine Priester seyn zum ewigen Gottesdienst. Wan du ihre Händ geweyhet hast/
10. Solt du das Kalb auch hinführen vor den Tabernackel deß Zeugnuß. Alsdan sollen Aaron und seine Söhn die Händ auf seinen Kopf legen/
11. Und du solt es bey der Thür deß Tabernackels deß Zeugnuß schlachten / vor dem Angesicht deß HErrn.
12. Und solt nehmen vom Blut deß Kalbs/ und es streichen mit deinem Finger an die Hörner deß Altars: aber das übrige Blut solt du neben dem Fuß deß Altars außschütten/
13. Du solt auch alle Fett nehmen / so das

a schuldig

43. & utentur eis Aaron & filii ejus quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron , & semini ejus post eum.

CAPUT XXIX.

I. De sacerdotum consecratione, ritúque oblationis pro illis, & de vescentibus ex oblatis. 1. &c.

II. De duobus agnis anniculis quotidie offerendis. 38.

1. SEd & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. *a* Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos *b*,
2. panésque azymos, & crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de simila triticea cuncta facies.
3. Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes.
4. Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cúmque laveris patrem cum filiis suis aquâ,
5. indues Aaron vestimentis suis, id est, lineâ & tunicâ, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo.
6. Et pones tiaram in capite ejus, & laminam sanctam super tiaram,
7. & oleum unctionis fundes super caput *c* ejus: atque hoc ritu consecrabitur.
8. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis , cingésque balteo.
9. Aaron scilicet & liberos ejus, & impones eis mitras : erúntque sacerdotes mihi religione perpetuâ. Postquam initiaveris manus eorum,
10. *d* applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponéntque Aaron & filii ejus manus super caput illius,
11. & mactabis eum in conspectu Domini, juxta ostium tabernaculi testimonii.
12. Sumptúmque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes juxta basim ejus.
13. *e* Sumes & adipem totum qui operit

a Lev. 9. 2.
b integros, sine defectu
c hoc peculiare fuit summo sacerdoti.
d Lev. 1. 3.
e Lev. 3. 3.

rit intestina, & reticulum jecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incensum *f* super altare:

14. carnes verò vituli & corium & fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato *g* sit.

15. Unum quoque arietem sumes, super cujus caput ponent Aaron & filii ejus manus.

16. Quem cùm mactaveris, tolles de sanguine ejus, & fundes circa altare.

17. Ipsum autem arietem secabis in frusta: lotaque intestina ejus ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius.

18. Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio *h* est Domino, odor suavissimus victimæ Domini.

19. Tolles quoque arietem alterum, super cujus caput Aaron & filii ejus ponent manus.

20. Quem cùm immolaveris, sumes de sanguine ejus, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum ejus, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundésque sanguinem super altare per circuitum.

21. Cúmque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis, asperges Aaron, & vestes ejus, filios & vestimenta eorum. Consecratísque ipsis & vestibus,

22. tolles adipem de ariete, ac caudam & arvinam *i*, quæ operit vitalia, & reticulum jecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armúmque dextrum, eo quòd sit aries consecrationis:

23. tortámque panis unius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini:

24. ponésque omnia super manus Aaron & filiorum ejus, & sanctificabis eos elevans coram Domino.

25. Suscipiésque universa de manibus eorum: & incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio ejus est.

26. Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabísque illud elevatum coram Domino & cedet in partem tuam.

f incensum vocatur victima incensa.
g sacrificium.
h holocaustum. q. d. totum combustū.
i adipem.

Ingeweyd bedecket / und das Netz über die Leber / und beyde Nieren / samt dem Fett / so darauf ist / und es opffern auf dem Altar zu verbrennen:

14. Aber das Fleisch deß Kalbs / und das Fell samt dem Mist / solt du draussen vor dem Läger verbrennen / darum daß es für die Sünd ist.

15. Auch solt du den einen Widder nehmen / und Aaron und seine Söhn / sollen die Händ auf seinen Kopff legen:

16. Und wan du ihn geschlachtet hast / solt du von seinem Blut nehmen / u. um den Altar außgiessen.

17. Aber den Widder selbst solt du zu Stücken hauen / und solt sein Eingeweyd samt den Füssen waschen / und legen hernach auf das zerhauene Fleisch / und auf deß Widders Kopf.

18. Und solt den gantzen Widder opffern / und anzünden auf dem Altar: das ist dem HErrn ein Opffer / ein überauß süsser Geruch vom Schlacht-Opffer deß HErrn.

19. Darnach solt du den andern Widder nehmen / und sollen Aaron und seine Söhn die Händ auf seinen Kopff legen.

20. Und wan du ihn geschlachtet hast / solt du von seinem Blut nehmen / und das dem Aaron und seinen Söhnen an das äusserste Läplein deß rechten Ohrs streichen / und an die Daumen ihrer rechten Hand / und ihres rechten Fusses / und solst das Blut auf den Altar rings herum außgiessen.

21. Du solt auch von dem Blut nehmen / das auf dem Altar ist / und von dem Oel der Salbung / u. den Aaron / und seine Kleyder / auch seine Söhn / und ihre Kleyder besprengen. Wan nun sie / und ihre Kleyder geweyhet seynd /

22. Solt du das Fett vom Widder nehmen / auch den Schweiff / u. das Fett / so das Eingeweid bedecket u. das Netzlein über die Leber / u. beyde Nieren / samt dem Fett / so darüber ist u. die rechte Schulter / dieweil es ein Widder der Weyhung ist:

23. Darzu ein abgebrochen rund Brödlein / auch ein Stücklein vom Brod so mit Oel besprengt ist / ein Kuchen auß dem Korb der ungesäurten Brod / der vor das Angesicht deß HErrn gesetzt ist.

24. Und diß alles solt du in die Händ Aarons / und seiner Söhn legen / und sie heiligen / und es aufheben vor dem HErrn.

25. Darnach solt du es alles auß ihren Händen nehmen / und auf dem Altar zum Brand-Opffer anzünden / zum überauß süssen Geruch vor dem Angesicht deß HErrn / dan es ist sein Opffer.

26. Auch solt du das Brüstlein nehmen von dem Widder / damit Aaron geweyhet ist / und dasselbige heiligen und aufheben vor dem HErrn / und es soll dir zu Theil fallen.

27. Du ſolt auch heiligen das geſeegnete Brüſtlein/ und die Schulter/ die du abgeſöndert haſt von dem Widder/

28. Dadurch Aaron und ſeine Kinder ſeynd geweyhet worden/diß ſol dem Aaron u. ſeinen Söhnen zu Theil fallen von den Kindern Iſrael das ſol ein ewiges Recht ſeyn: dan es ſeynd die Erſtlingē u. Vorgaben v. ihren Fridopffern die ſie dem Herrn opfern

29. Aber die heilige Kleydung welche Aaron brauchen wird/ ſollen auch ſeine Söhn haben nach ihm/ daß ſie in denſelbigen geſalbet/ und ihre Händ geweyhet werden.

30. Wer von ſeinen Söhnen an ſeine ſtatt zum Hohen-Prieſter geſetzt wird/ und in den Tabernackel deß Zeugnuß eingehen ſol daß er im Heiligthum diene/ der ſol die Kleydung ſiben Tag lang brauchen.

31. Aber den Widder der Weyhung ſolt du nehmen/ und ſein Fleiſch am heiligen Ort kochen:

32. Das ſol Aaron mit ſeinen Söhnen eſſen wie ſie auch die Brod eſſen ſollen/ welche in dem Korb ſeynd im Vorhof am Tabernackel deß Zeugnuß/

33. Auf daß es ein verſöhnliches Opffer ſey: damit auch die Händ der jenigen die es opffern/ geheiliget werden. Ein Frembdling ſol nit darvon eſſen/ dan ſie ſeynd heilig.

34. Wan auch etwas von dem geweyheten Fleiſch/ oder vom Brod biß auf den Morgen übrig bleiben wird/ das ſolt du mit Feuer verbreñen: und man ſol es nit eſſen/ dan es iſt geheiligt.

35. Alles was ich dir befohlen hab über Aaron/ und ſeine Söhn das ſolt du thun. Siben Tag lang ſolt du ihre Händ weyhen:

36. Und ſolſt täglich ein Kalb für die Sünd opffern zur Außſöhnung. Und ſolt den Altar reinigen/ wan du das Sünd-Opffer geopffert haſt/ und denſelbigen ſalben zur Heiligung.

37. Siben Tag lang ſolt du den Altar außſöhnen/ und heiligen und das ſol das Heilig aller Heiligen ſeyn: wer den Altar anrühren wird/ der ſol geheiliget werden.

II. 38. Diß aber iſt ſo du auf dem Altar thun ſolſt: Zwey jährige Lämmer ſolt du für und für alle Tag darauf opffern/

39. Ein Lamm deß Morgens/ und das ander Lamm deß Abends/

40. Und ſolſt den zehend Theil Semmelmeels/ ſo mit geſtoſſenem Oel beſprenget iſt/ das die Maaß haben ſol eines Viertentheils vom Hin/ und Wein in derſelbigē Maaß zum Gieß-Opffer/ zu dem erſten Lamm thun.

27. Sanctificabíſque & pectuſculum conſecratum, & armum quem de ariete ſeparaſti,

28. quo initiatus eſt Aaron & filii ejus, cedéntque in partem Aaron & filiorum ejus jure perpetuo à filiis Iſrael: quia primitiva ſunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

29. Veſtem autem ſanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii ejus poſt eum, ut ungantur in ea, & conſecrentur manus eorum.

30. Septem diebus *k* utetur illâ qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis ejus, & qui ingredietur tabernaculum teſtimonii ut miniſtret in Sanctuario.

31. Arietem autem conſecrationis tolles & coques carnes ejus in loco ſancto:

32. quibus veſcetur Aaron & filii ejus. *l* Panes quoque, qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonii comedent,

33. ut ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus. Alienigena non veſcetur ex eis, quia ſancti *m* ſunt.

34. Quòd ſi remanſerit de carnibus conſecratis, ſive de panibus usque manè, combures reliquias igni: non comedentur, quia ſanctificata ſunt.

35. Omnia, quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & filiis ejus. Septem diebus *n* conſecrabis manus eorum:

36. & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum. Mundabisq; *o* altare cùm immolaveris expiationis hoſtiam, & unges illud in ſanctificationem.

37. Septem diebus expiabis altare, & ſanctificabis, & erit Sanctum Sanctorum: omnis, qui tetigerit illud, ſanctificabitur.

II. 38. Hoc eſt quod facies in altari: *p* Agnos anniculos duos per ſingulos dies jugiter,

39. unum agnum manè, & alterum veſperè *q*,

40. decimam partem ſimilæ conſperſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem hin, & vinum ad libandum ejusdem menſuræ in agno uno.

k ſc. continuis, quibus durabet ritus conſecrationis

l *Lev.* 8. 31. & 24. 9. *Matth.* 12. 4.

m ſanctificati panes & cibi.

n *Exod.* 40. 13. *Lev.* 8. 1.

o expiabis, oblato vitulo.

p *Num.* 28. 3. *Dan.* 8. 12. *Apoc.* 13. 8.

q Allegoricè hoc juge ſacrificium ſignificabat Chriſti ſacrificium, matutinum quod in circumciſione, & veſpertinum quod in cruce obtulit, itē Euchariſtium, quod jugiter ſeu quotidie offert in Miſſa. *S. Th.*

41. Alterum verò agnum offeres ad vesperam juxta ritum matutinæ oblationis, & juxta ea quæ diximus, in odorem suavitatis:

42. Sacrificium est Domino, oblatione perpetuâ in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ubi constituam ut loquar ad te.

43. Ibíque præcipiam filiis Israël, & sanctificabitur altare in gloria mea.

44. Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungantur mihi.

45. Et habitabo in medio filiorum Israël, eróque eis Deus,

46. & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti; ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

CAPUT XXX.

I. Institutio altaris thymiamatis, 1.
II. Et pecuniæ in usus tabernaculi exigendæ, 12.
III. Labii ænei construendi, 18.
IV. Unctionis, 23.
V. Thymiamatis, & reliquorum quæ ad tabernaculum spectant. 34.

1. FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim,

2. habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso *a* procedent.

a eodem ligno pro ducta *Sc.*

3. Vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam ejus, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciésque ei coronam aureolam per gyrum,

4. & duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur.

5. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis.

6. Ponésque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium *b* ubi loquar tibi.

b arca testimonii.

7. Et adolebit incensum super eo Aaron, suave fragrans, mane. Quan

41. Aber das ander Lamm solst du auf den Abend opffern nach der Weiß deß Morgen Opffers und sonst dem gemäß / so wir gesagt haben / zum süssen Geruch.

42. Diß ist ein Opffer dem HErrn / ewiglich zu opffern in euren Geschlechten / an der Thür deß Tabernackels deß Zeugnuß vor dem HErrn / da ich verordnen werde / mit dir zu reden.

43. Und daselbst wil ich den Kindern Jsrael Befehl geben / und sol der Altar durch meine Herrlichkeit geheiliget werden.

44. So wil ich auch den Tabernackel deß Zeugnuß heiligen mit dem Altar / darzu den Aaron mit seinen Kindern / auf daß sie mir das Priesterthum verwalten.

45. Und ich wil mitten unter den Kindern Jsrael wohnen / und wil ihr GOtt seyn /

46. Und sie sollen wissen / daß ich der HErr ihr GOtt bin / der ich sie auß Egypten-Land geführet habe / damit ich unter ihnen wohnete / ich der HErr ihr GOtt.

Das XXX. Capitel.

I. Vom Altar der Rauchwerck / 1.
II. In der Schätzung deß Volcks sol ein jeder ein halben Sickel geben / 12.
III. Vom ehrin Becken für die Abwäschung der Priester / 18.
IV. Von der Salben / mit welcher die Priester und heilige Gefäß sollen gesalbet werden / 23.
V. Vom Rauchwerck / so auf dem Altar sol angezündt werden / 34.

1. DU solst auch einen Altar machen / das Rauchwerck darauf anzuzünden vom Holtz Setim /

2. Der soll ein Elen lang seyn / und ein Elen breit / das ist / viereckigt / und zwo Elen hoch. Es sollen Hörner vom Altar herauß gehen.

3. Und du solst ihn überziehen mit dem allerfeinesten Gold / so wohl das Gätter als auch seine Wänd rings umher / und die Hörner. Und du solst ihm ein guldenes Kräntzlein rund herum machen /

4. Und unter dem Kräntzlein zwey guldene Ring auf beyden Seiten daß man Stangen hinein thue / und den Altar tragen könne.

5. Dieselbige Stangen solst du auch machen vom Holtz Setim / und mit Gold überziehen.

6. Und solst den Altar gegen dem Vorhang setzen / der vor der Archen deß Zeugnuß hangt vor dem Gnaden-Thron / damit das Zeugnuß bedecket wird / da ich mit dir reden wil.

7. Und Aaron sol deß Morgens ein Rauch-Opffer darauf anzünden / zu einem süssen Geruch. Wan er

er die Lampen zubereiten wird / so sol er dasselbige anzünden:

8. Und wan er sie auf den Abend wird zurichten / sol er auch vor dem HErrn das ewige Rauch-Opffer anzünden / in euren Geschlechten.

9. Ihr sollet darauf kein Rauchwerck opffern / das auf frembde Weiß zugerichtet sey / auch kein ander Opffer / oder Speiß-Opffer: und sollet auch kein Tranck Opffer darauf außgiessen.

10. Und Aaron sol einmahl im Jahr über seine Hörner das Gebett thun im Blut / das für die Sünd geopffert ist / und sol darauf Versöhnung erwerben in euren Geschlechten. Das sol das Heilig der Heiligen dem HErrn seyn.

11. Und der HErr redete mit Moyse / und sprach:

II. 12. Wan du die gantze Summa der Kinder Israel nach ihrer Anzahl machen wirst / alsdan sol ein jeglicher dem HErrn den Werth für seine Seel geben / so wird keine Plag unter ihnen seyn / wan sie nun seynd gezehlet worden.

13. Diß aber sol ein jeglicher geben / dessen Nam in die Zahl kom̃t nemlich einen halben Sickel / nach der Maaß deß Tempels. Ein Sickel gilt zwantzig Heller. Man sol aber dem HErrn einen halben Sickel opffern.

14. Wer in der Zahl mit gefunden wird / der nemlich von zwantzig Jahren ist und darüber / der sol disen Werth geben.

15. Der Reiche sol nit mehr geben / und der Arme nit weniger / dan den halben Sickel.

16. Das empfangene Geld / das von den Kindern Israel geopffert wird / solst du zur Nothdurfft deß Tabernackels deß Zeugnuß hingeben / daß es ihnen zur Erinnerung sey vor dem HErrn / und daß er ihren Seelen gnädig sey.

17. Ferner redet der HErr mit Moyse und sprach:

III. 18. Du solst auch ein ehrines Wäschfaß machen mit seinem Fuß / zu waschen / und solst dasselbige setzen zwischen dem Tabernackel deß Zeugnuß / und dem Altar / darein sol man Wasser thun /

19. Und sollen Aaron und seine Söhn darauß ihre Händ und Füß waschen /

20. Wan sie zu dem Tabernackel deß Zeugnuß hineingehen / und zu dem Altar tretten wollen / dem HERRN ein Rauch-Opffer darauf zuopffern /

21. Damit sie villeicht nit sterben. Das sol ein ewige Satzung seyn für ihn / und für seinen Saamen bey den Nachkommen.

22. Und der HErr redet mit Moyse.

do componet lucernas, incendet illud:

8. & quando collocabit eas *c* ad vesperum, uret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras: *c incendendo.*

9. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina *d*. *d hæc facienda erant super altare holocausti.*

10. Et deprecabitur Aaron super cornua ejus semel per annum, in sanguine, quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino.

11. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

II. 12. *e* Quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. *e Num. 1. 2.*

13. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli juxta mensuram templi. *f* Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. *f Lev. 27. 25. Num. 3. 47. Ezech. 45. 12.*

14. Qui habetur in numero, à viginti annis & suprà, dabit pretium *g*. *g oblationem ad redimendam animam seu vitam suam*

15. Dives non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet.

16. Susceptámque pecuniam, quæ collata est à filiis Israël, trades in usus tabernaculi testimonii, ut sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum.

17. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

III. 18. Facies & labrum *h* æneum cum basi sua ad lavandum: ponésque illud inter tabernaculum testimonii & altare. Et missâ aqua, *h concham.*

19. lavabunt in ea Aaron, & filii ejus manus suas ac pedes *i*. *i nudis pedibus ministrabant.*

20. Quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino,

21. ne fortè moriantur: Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini ejus per successiones.

22. Locutúsque est Dominus ad Moysen,

IV. 23. dicens: Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ *k*, quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami *l* similiter ducentos quinquaginta,

k puræ & præcipuæ.
l aromatici.

24. casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarii, olei de olivetis mensuram hin:

25 Faciésque unctionis oleum sanctum unguentum compositum opere unguentarii,

26. & unges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti,

27. mensamque cum vasis suis, candelabrum, & utensilia ejus, altaria thymíamatis,

28. & holocausti, & universam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.

29. Sanctificabísque omnia, & erunt Sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur.

30. Aaron & filios ejus unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

31. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi *m* in generationes vestras.

m i. solum assumetur in usus sanctos.

32. Caro hominis *n* non ungetur ex eo, & juxta compositionem ejus non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis.

n non sacerdotis.

33. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo, alieno *o*, exterminabitur de populo suo.

o non sacerdoti.

V. 34. Dixítque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onycha *p*, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia:

p unguen aromaticum.

35. faciésque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum.

36. Cúmq; in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum *q* erit vobis thymiama.

q i. sanctissimum

37. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino.

38 Homo quicumque fecerit simile,

IV. 23. Und sprach: Nimm dir Specerey / der besten außerlesenen Myrrhen fünffhundert Sickel / und Zimmeth halb so vil / das ist zweyhundert und fünfzig Sickel auch Kalmes zweyhundert und fünfzig Sickel /

24. Und fünffhundert Sickel Cassien im Gewicht deß Heiligthums / und Oel vom Oelbaum die Maaß Hin.

25. Und mache darauß das heilig Oel der Salbung / ein Salb nach der Apotecker-Kunst zugerichtet.

26. Darauß solst du den Tabernackel deß Zeugnuß / und die Arch deß Bunds salben.

27. Auch den Tisch mit seinen Geschirren / den Leuchter mit seiner Gereitschafft / die Altär deß Rauch-Opffers /

28. Und Brand-Opffers / und alle Gereitschafft die zu ihrem Dienst gehörig ist.

29. Das alles solst du heiligen / so sol es das Heilig der Heiligen seyn. wer es anrühren wird / der sol geheiliget werden.

30. Aaron und seine Söhn solst du salben und heiligen / daß sie mir das Priesterthum verwalten.

31. Du solst auch den Kindern Israel sagen: Diß Oel der Salbung sol mir Heilig seyn in euren Geschlechten

32. Es sol keines Menschen Fleisch damit gesalbet werden / ihr sollet auch kein anders auf die Weiß machen / wie es zugerichtet ist / dan es ist geheiliget / und soll euch heilig seyn.

33. Der Mensch der ein solches machen / und Frembden darauß geben wird soll von seinem Volck außgetilget werden.

V. 34. Und der HErr sprach zu Moyse: Nimm dir Specerey / Myrrhen Tropffen / Onichen / und Galban / von gutem Geruch / und gantz durchleuchtigen Weyhrauch / alle dise Ding sollen in gleichem Gewicht seyn:

35. Und mache darvon ein Rauchwerck / daß es nach der Apotecker Kunst mit Fleiß unter einander gemenget werde, und lauter / auch zu der Heiligung bequem sey.

36. Und wan du diß alles zum allerkleinesten Pulver gestossen hast / solst du darvon etwas vor den Tabernackel deß Zeugnuß legen / an dem Ort / da ich dir erscheinen wil. Diß Rauchwerck soll euch das Heilig der Heiligen sey.

37. Solche Vermischung sollet ihr zu eurem Brauch nit machen / dan es ist heilig dem HERRN.

38. Der Mensch / er sey wer er wolle / der deß-

gleichen

gleichen macht / daß er seines Geruchs geniesse / sol von seinem Volck außgerottet werden.

Das XXXI. Capitel.

I. Beseleel und Ooliab sollen der Tabernackel bauen/ 1.
II. Den Sabbath sol man vest halten/ 13.
III. GOtt übergibt Moysi die zwo steinerne Gesatz-Taffeln/ 18.

1. UNd der HERR redet mit Moyse / und sprach:

2. Sihe ich hab mit Namen beruffen Beseleel/ den Sohn Uri deß Sohns Hur/ vom Stamme Juda/

3. Und hab ihn mit dem Geist GOttes erfüllet/ mit Weißheit / und Verstand / und Wissenschafft in allem Werck/

4. Alles zu erdencken / was nach der Kunst gemacht werden kan von Gold / und Silber/ u. Ertz/

5. Marmel / und Edelgestein / und von unterschidlichem Holtz.

6. Ich hab ihm auch zum Gesellen gegeben/ Ooliab / den Sohn Achisamech vom Geschlecht Dan. Auch hab ich Weißheit in das Hertz aller Geschickten gegeben/ alles zu machen/ was ich dir befohlen habe

7. Nemlich den Tabernackel deß Bunds/ und die Arch deß Zeugnuß / u. den Gnadenthron, der oben darauf ist/ und alle Geschirr deß Tabernackels/

8. Auch den Tisch und seine Geschirr / den sehr sauberen Leuchter mit seiner Gereitschafft / und die beyde Altär deß Rauch-Opffers/

9. Und deß Brand-Opffers / und alle ihre Gereitschafft / das Wäschfaß mit seinem Fuß.

10. Die heilige Kleyder / für Aaron den Priester / und für seine Söhn zum Dienst gemacht/ ihr Amt in heiligen Sachen zu verwalten.

11. Das Oel der Salbung / und das Rauchwerck von Specerey im Heiligthum / sie sollen alles machen / was ich dir befohlen habe.

12. Und der HErr redet mit Moyse / und sprach:

II. 13. Rede mit den Kindern Israel / und sprich zu ihnen: Sehet zu / daß ihr meinen Sabbath haltet : dan er ist ein Zeichen zwischen mir und euch in euren Geschlechten / daß ihr wisset / daß ich der HErr bin/ der ich euch heilige.

14. So haltet meinen Sabbath: dan er ist euch heilig : wer ihn entheiliget / der sol deß Tods sterben : wer aber an demselbigen ein Werck thut/ dessen Seel sol mitten auß seinem Volck vertilget werden.

15. Sechs Tag sollet ihr arbeiten : am sibenden Tag ist der Sabbath / die heilige Ruh dem HErrn/ wer an dem Tag ein Werck thut/ der soll sterben.

ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

CAPUT XXXI.

I. Deputantur à Domino Beseleel & Ooliab ad extructionem tabernaculi ac cæterorum quæ dicta sunt: 1.
II. De sabbati observatione, 13.
III. De tabulis à Domino Moysi datis. 18.

1. LOcutúsq: est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Ecce, vocavi ex nomine *a* Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda,

3. & implevi eum spiritu Dei *b*, sapientiâ, & intelligentiâ, & scientiâ, in omni opere,

4. ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære.

5. marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.

6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi *c* posui sapientiam : ut faciant cuncta quæ præcepi tibi,

7. tabernaculum fœderis, & arcam testimoni, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa *d* tabernaculi,

8. mensámque & vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis,

9. & holocausti, & omnia vasa eorum, labrum cum basi sua,

10. vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris.

11. oleum unctionis, & thymiama aromatum in Sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.

12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

II. 13. Loquere filiis Israel, & dices ad eos: *e* Videte ut sabbatum meum custodiatis : quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: ut sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

14. Custodite sabbatum meum *f*: sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur *g*: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.

15. Sex diebus facietis opus : in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino: omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.

16. Cus-

a q. d. ad hoc nominatim elegi.
b divinâ & excellenti.
c seu aliorum ut possint hos duos juvare.
d instrumenta.
e *Sup.* 20. 8. *Ezech.* 20. 12.
f nolo prædicta fieri in sabbato.
g judicis sententia.

16. Custodiant filii Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum

h Gen. 1. 31 & 2. 2.

17. inter me & filios Israel, signúmque perpetuum. *h* Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab opere cessavit.

i finitis 40. diebus & 40. noctibus. *k Deut.* 9. 10.

III. 18. *i* Dedítque Dominus Moysi, completis hujuscemodi sermonibus in monte Sinai, *k* duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

CAPUT XXXII.

I. Ingratus populus vitulum adorat. 1.
II. Moyses culpam populi deprecatur. 11.
III. Tabulas frangit, vitulum comburit; & Aarone objurgato idololatras occidi jubet, 19.
IV. Cæterisque veniam impetrat. 31.

Mense 4. ab exitu A. M. 2513. *a Act.* 7. 40. *b* ducant per desertum.

1. VIdens autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron, dixit: *a* Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant *b*: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.

2. Dixítque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas, de uxorum filiorúmque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.

3. Fecítque populus quæ jusserat, deferens inaures ad Aaron.

c Psal. 105. 19. *d* sc. volebant adorare Apim Ægyptium quibos erat. *e* non dicit vituli, quia sperabat Mosen priùs rediturũ. *f* 1. *Cor.* 10. 7. *g* more idololatrarũ

4. *c* Quas cùm ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum *d* conflatilem. Dixerúntque: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

5. Quod cùm vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit dicens: Cras solemnitas Domini *e* est.

6. Surgentésque manè, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, *f* & sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. *g*

† FER. 3. POST DOM. 4. QUADR. *h Deut.* 9. 12. *i* 3. *Reg.* 12. 28.

7. † Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: *h* Vade, descende: peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

8. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: fecerúntque sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: *i* Isti sunt dii tui

16. Darum sollen die Kinder Israel den Sabbath bewahren / und ihn halten in ihren Geschlechten. Es ist ein ewiger Bund

17. zwischen mir und den Kindern Israel / und ein immerwehrendes Zeichen. Dan der HErr hat in sechs Tagen Himmel und Erden erschaffen / und hat am sibenden Tag vom Werck still gehalten.

III. 18. Nachdem nun dise Red auf dem Berg Sinai vollendet war gab der HErr Moysi zwo steinerne Taffeln deß Zeugnuß / welche mit dem Finger GOttes geschriben waren.

Das XXXII. Capitel.

I. Das Volck anbettet das guldene Kalb / 1.
II. Moyses bettet für die Verbrecher / 11.
III. Moyses kommt vom Berg herunder / verbricht die Gesatz-Taffeln / verbrennt das Kalb / tödtet die Abgötter / 19.
IV. bettet abermal für das Volck / 31.

1. ALs aber das Volck sahe / daß Moyses verzohe von dem Berg herab zukommen / versammleten sie sich wider Aaron / und sprachen: Stehe auf / mache uns Götter / die vor uns herziehen / dan wir wissen nit / was disem Mann Moysi widerfahren ist / der uns auß Egyptenland geführet hat.

2. Und Aaron sprach zu ihnen: Nehmet die guldene Ohren Ring von den Ohren euerer Weiber / und von den Ohren euerer Söhn und Töchter / und bringet sie her zu mir.

3. Das Volck thäte / was er befohlen hatte / und brachte die Ohrring zu Aaron.

4. Da er sie nun empfangen / gosse er sie in ein Form nach der Schmeltz Kunst / und machete ein grosses Kalb darauß. Und sie sprachen: Diß seynd deine Götter Israel / die dich auß Egyptenland geführet haben.

5. Da das Aaron sahe / bauete er einen Altar vor dem Kalb / und rieff durch deß Außruffers Stimm / und sprach: Morgen ist deß HERRN Fest.

6. Und sie stunden am Morgen frühe auf / und opfferten Brandopffer / und Fried-Opffer / und das Volck setzte sich zu essen und zu trincken / und stund auf zu spielen.

7. Aber der HERR redet mit Moyse / und sprach: Gehe hin / und steig hinab: dein Volck / das du auß Egyptenland geführet hast / hat gesündiget.

8. Sie seynd bald von dem Weeg abgewichen / den du ihnen gezeiget hast: und haben ihnen ein gegossnes Kalb gemacht / und angebettet / haben ihm auch Opffer gethan / und ge-

gesagt: Diß seynd deine Götter Israel / die dich auß Egyptenland geführet haben:

9. Und abermal sprach der HERR zu Moyse: Ich sihe / das diß ein hartnäckiges Volck ist:

10. Laß mich walten / daß mein Zorn wider sie ergrimme / und daß Ich sie vertilge / sowill Ich dich zu einem grossen Volck machen.

II. 11. Moyses aber bat den HERRN seinen GOTT / und sprach: HERR / warum ergrimmet dein Zorn wider dein Volck / das du mit grosser Macht / und starcker Hand auß Egypten-Land geführet hast?

12. Ach daß die Egypter doch nit sagen: Er hat sie mit List außgeführet / daß er sie auf dem Gebirg umbrächte / und vertilgete sie von dem Erdboden: Laß deinen Zorn sincken / und sey gnädig über die Boßheit deines Volcks.

13. Gedencke an Abraham / Isaac / nnd Israel deine Knecht / denen du bey dir selbst geschworen / und gesagt: Ich will euern Samen vermehren wie die Stern deß Himmels: und diß gantze Land / darvon ich geredet habe / will ich euerm Saamen geben / und ihr sollets immerdar besitzen.

14. Und der HERR ward versöhnet / daß er das Ubel nit thäte / so er wider sein Volck geredet hatte.

15. Und Moyses kam von dem Berg widerum herab / und trug zwo Taffeln deß Zeugnuß in seiner Hand / welche auf beyden Seiten beschriben /

16. U. durch Gottes Werck gemacht warē: es war auch Gottes Schrifft so in die Taffeln gegrabē war.

17. Als aber Josue das Getümmel deß ruffenden Volcks hörete sprach er zu Moyse: man höret ein Feld-Geschrey / gleich wie im Streit.

18. Der antwortet: es ist kein Geschrey deren / die einander zum Streit ermahnen / auch nit ein Geschrey der jenigen / welche auf die Flucht tringen: sondern ich höre eine Stimm der Singenden.

III. 19. Als er nun nahe zum Lager kam / sahe er das Kalb / und die Dantz-Reyen: und er ward sehr zornig / und warff die beyde Taffeln auß der Hand / und zerbrach sie unten am Berg:

20. Und er nam das Kalb / das sie gemacht hatten / verbrandte dasselbige / und zermahlets zu Pulver / und streuete dasselbige ins Wasser / und gab den Kindern Israel darvon zutrincken.

21. Und er sprach zu Aaron: was hat dir diß Volck gethan / daß du die allergösseste Sünd über sie gebracht hast?

22. Er antwortet ihm: mein HErr zürne nit:

Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

9. Rursúmque ait Dominus ad Moysen: *k* Cerno quòd populus iste duræ cervicis sit: *k infr. 33. 3. Deut. 9. 13.*

10. dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.

II. 11. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: *l* Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? *l Num. 14. 13.*

12. Ne quæso dicant Ægyptii: Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat *m* ira tûa, & esto placabilis super nequitia populi tui. *m Psal. 105. 23.*

13. Recordare Abraham, Isaac, & Israel servorum tuorum, quibus jurasti per temetipsum, dicens: *n* Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & universam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. *n Gen. 12. 7. 15. 7. 48. 16.*

14. Placatúsque est Dominus ne faceret malum *o* quod locutus fuerat adversùs populum suum. *o sc. ne deleret populum sed mitiori plaga castigaret.*

15. Et reversus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex utraque parte,

16. & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.

17. Audiens autem Josue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Ululatus pugnæ auditur in castris.

18. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio.

III. 19. Cúmque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros: iratúsque valdè, projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis:

20. Arripiénsque vitulum quem fecerant, combussit, & *p* contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. *p Deut. 9. 21.*

21. Dixítque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?

22. Cui ille respondit: Ne indignetur Do-

Dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd *q* pronus sit ad malum:

q 1. Joan. 5. 19.

23. dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit.

24. Quibus ego dixi: Quis vestrûm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & projeci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus.

25. Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus, (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat)

26. & stans in porta castrorum, ait: Si quis est Domini *r*, jungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii Levi:

r ejus gloriæ defensor.

27. quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque *s* fratrem, & amicum, & proximum suum.

s Deut. 33. 9.

28. Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.

29. Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodiè Domino, unusquisque in filio, & in fratre suo, ut detur vobis benedictio.

30. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum: Peccâstis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro.

IV. 31. Reversúsque ad Dominum, ait: Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam,

32. aut si non facis, dele me de libro *t* tuo quem scripsisti.

t sc. prædestinatorum seu viventium.

33. Cui respondit Dominus: Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo:

34. tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum.

35. Percussit ergo *u* Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

u tunc & posteà.

du kennest ja diß Volck wol/ daß es zum Bösen geneigt ist.

23. Sie sprachen zu mir: Mache uns Götter/ die vor uns hergehen: dan wir wissen nit/ was disem Moysi widerfahren ist/ der uns aus Egyptenland geführet hat.

24. Da sprach ich zu ihnen: Wer ist unter euch der Gold hat? da brachten sie es/ und gabens mir: und ich warffs ins Feur / da kam diß Kalb herauß.

25. Als nun Moyses sahe / daß das Volck entblöset war (dan Aaron hatte sie beraubet von wegen der Schand deß Unflaths/ und hatte sie nacket unter ihre Feind gesetzt)

26. Trat er in das Thor deß Lagers/ und sprach: Wer deß HErrn ist/ der verfüge sich zu mir. Da sammleten sich zu ihm alle Kinder Levi:

27. Und er sprach zu ihnen: Diß sagt der HErr/ der GOtt Israel: Ein jeder Mann gürte sein Schwerd an seine Hüfft: gehet hin und wider/ mitten durchs Lager von einem Thor zum andern/ und ein jeglicher erschlage seinen Bruder/ und seinen Freund/ und seinen Nächsten.

28. Und die Kinder Levi thäten/ wie ihnen Moyses gesagt hatte/ und wurden an dem Tag ungefähr drey und zwantzig tausend Menschen erschlagẽ.

29. Und Moyses sprach: Ihr habt disen Tag eure Händ dem HErrn geheiliget/ ein jeglicher an seinem Sohn/ und an seinem Bruder/ damit euch der Seegen gegeben werde.

30. Aber am folgenden Tag sprach Moyses zum Volck: Ihr habt ein überaus grosse Sünd begangen: ich wil hinauf gehen zum HErrn/ ob ich ihn villeicht mit Bitt versöhnen möchte wegen eurer Missethat.

IV. 31. Und er kam widerum zum HErrn/ und sprach: Ach/ diß Volck hat ein überaus grosse Sünd gethan/ und haben ihnen guldene Götter gemacht: entweder verzeyhe ihnen dise Ubelthat/

32. oder wan du das nit thust/ so tilge mich aus deinem Buch/ das du geschriben hast.

33. Der HERR antwortet ihm: Wer mir sündigen wird/ den wil ich vertilgen auß meinem Buch:

34. Gehe du aber hin/ und führe diß Volck/ dahin Ich dir gesagt habe: mein Engel sol vor dir hergehen. Ich aber wil auch dise ihre Sünd am Tag der Rach heimsuchen.

35. Also schlug der HErr das Volck wegen der Missethat/ die sie mit dem Kalb begangen hatten/ das Aaron gemacht hatte.

Das

Das XXXIII. Capitel.

I. GOtt drohet dem Volck/ daß er mit ihnen nit wölle reisen/ 1.
II. Moyses erbittet noch den HErrn/ daß er selbst sie wölle führen. 15.
III. Moyses begehrt das Angesicht GOttes zu sehen/ 18.

1. UNd der HErr redet mit Moyse/ und sprach: Gehe hin und ziehe von disem Ort hinauf/ du und dein Volck / das du aus Egyptenland geführet hast/ in das Land/ das ich dem Abraham/ Isaac/ und Jacob geschworen hab / und gesagt: Deinem Saamen wil ichs geben:

2. Und ich wil dir einen Engel zum Vorläuffer schicken/ damit ich die Chananiter / und Amorrhiter/ und Hethiter/ und Phereziter / und Heviter/ und Jebusiter außstosse.

3. Und du in das Land hinein ziehest/ darin Milch und Honig fliesset. Dan ich wil mit dir nit hinauf ziehen/ weil du ein hartnäckiges Volck bist : damit ich dich nit villeicht auf dem Weeg vertilge.

4. Da nun das Volck dise gar böse Red hörete / trug es Leyd: und niemand thäte seine zierliche Kleyder an/ wie sie gewohnet waren.

5. Und der HErr sprach zu Moyse : Sage den Kindern Israel: Du bist ein hartnäckiges Volck/ Ich wil dermal eins über dich fahren/ und dich vertilgen. Lege zur Stund deinen Schmuck ab/ damit ich wisse/ was ich dir thun soll.

6. Also legten die Kinder Israel am Berg Horeb ihren Schmuck ab.

7. Und Moyses nahm den Tabernackel / und schlug ihn daraussen auf/ weit vom Lager / und er nannte seinen Namen den Tabernackel deß Bunds. Und alles Volck/ wer einigen Streit hatte / gieng aus dem Lager / zu dem Tabernackel deß Bunds.

8. Und wan Moyses zu dem Tabernackel hinauß gieng / so stund alles Volck auf / und tratt ein jeglicher in die Thür seiner Hütten/ und sahen ihm auf dem Rucken nach biß er zu dem Tabernackel hinein gieng.

9. Wan er aber in den Tabernackel deß Bunds gangen war / so fuhr die Wolcken-Saul herab/ und stund an der Thür / und er redet mit Moyse /

10. Und sie sahen alle / daß die Wolcken-Saul an der Thür deß Tabernackels stund. So stunden sie auch / und betteten an in den Thüren ihrer Hütten.

11. Der HErr aber redete mit Moyse von Angesicht zu Angesicht / wie ein Mensch pflegt mit seinem Freund zureden. Und da er widerkehrte zu dem

CAPUT XXXIII.

I. Deus minatur populo. 1.
II. Sed Dei minas in populum sedat Moyses, populus luget delictum: loquitur Dominus cum Moyse facie ad faciem. 15.
III. Cupit iste videre faciem & gloriam Domini. 18.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus *a* quem eduxisti de Terra Ægypti, in terram quam juravi Abraham, Isaac, & Jacob, dicens: *b* Semini tuo dabo eam:

2. & *c* mittam præcursorem tui angelum, ut ejiciam *d* Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum,

3. & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, *e* quia populus duræ cervicis es : ne fortè disperdam te in via.

4. Audiénsque populus sermonem hunc pessimum *f*, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo.

5. Dixítque Dominus ad Moysen: loquere filiis Israel: Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Jam nunc depone *g* ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi.

6. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb.

7. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocavítque nomen ejus, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra.

8. Cúmque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat universa plebs, & stabat unusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebántque tergum Moysi , donec ingrederetur tentorium *h*.

9. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis , & stabat ad ostium , loquebatúrque cum Moyse,

10. cernentibus universis quòd columna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabántque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum *i*.

11. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicū suum. Cúmq; ille rever-te-

a non dixit meus, quia ab ipso defecerat.
b Gen. 12. 7.
c Sup. 32. 34.
d Deut. 7. 22. *Jos.* 24. 11.
e Sup. 32. 9. *Deut.* 9. 13.
f iræ plenū.
g in signum pœnitentiæ.
h atrium tabernaculi.
i convertentes se ad tabernaculum sanctū quod Moyses extra castra extulerat.

teretur in castra, minister ejus Josue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo.

12. Dixit autem Moyses ad Dominum: Præcipis ut educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris: Novi te ex nomine, & invenisti gratiã corã me.

13. Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc.

k q. d. ego ipse.

14. Dixitque Dominus: Facies mea *k* præcedet te, & requiem dabo tibi.

II. 15. Et ait Moyses: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.

16. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus invenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum, ut glorificemur ab *l* omnibus populis qui habitant super terram:

l septuag. præ omnibus.

17. Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: invenisti enim gratiam coram me, & teipsum novi ex nomine.

III. 18. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam.

19. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & *m* miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.

m Rom. 9. 15.

20. Rursúmque ait: Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet.

21. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram.

22. Cúmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextrâ meâ, donec transeam:

23. tollámque manum meam, & videbis posteriora mea *n*: faciem autem meam videre non poteris.

n mysticè Moysi & Apostolis non facies id est deitas sed dorsum i. e. humanitas Christi hîc videnda promittitur. August.

CAPUT XXXIV.

I. Moyses reparatis tabulis, iterum ascendit montem. 1.
II. Dominus fœdus cum populo renovat prohibétque gentium societatem & idololatriam, dat præcepta de primogenitis, sabbato, azymis, cæterísque festis, 10.
III. Verba fœderis sui scribit in tabulis. 28.
IV. Moyses cornutus de monte descendit, ac velatâ facie populo loquitur. 29.

Lager/ so wiche sein Diener Josue/ der Sohn Nun/ ein Jüngling nit von dem Tabernackel.

12. Und Moyses sprach zu dem HErrn: Du gebietest/ daß ich diß Volck hinaus führen soll: und zeigest mir nit an/ wen du mit mir senden wirst/ insonderheit/ weil du gesagt hast: ich kenne dich mit Namen/ und du hast Gnad vor mir gefunden.

13. Hab ich dan Gnad gefunden vor deinem Angesicht/ so zeuge mir dein Angesicht/ damit ich dich kenne/ und Gnad möge finden vor deinen Augen: und sihe diß Volck an/ das dein Volck ist.

14. Der HErr sprach: mein Angesicht sol vor dir hergehen/ und ich will dir Ruhe geben.

II. 15. Und Moyses sprach: wo du selbst nit vorhergehest/ so führe uns nit von diser statt.

16. Dan worbey soll ich/ und dein Volck erkennen mögen/ daß wir Gnad gefunden haben vor deinem Angesicht/ es sey dan daß du mit uns wandeln wirst/ daß wir geehret werden von allen Völckern/ die auf dem Erdboden wohnen?

17. Und der HERR sprach zu Moyse. Ich will das Wort auch thun/ das du geredet hast: dan du hast Gnad vor mir gefunden/ und ich kenne dich mit Namen.

III. 18. Und er sprach: Zeige mir deine Herrlichkeit.

19. Er antwortet: Ich will dir alles Gut zeigen/ und im Namen deß HErrn vor dir ruffen: und ich will mich erbarmen/ über wen ich will/ und will dem jenigen gnädig seyn/ an dem ich ein Wolgefallẽ habe.

20. Abermal sprach er: Du wirst mein Angesicht nit sehen können: dan kein Mensch wird mich sehen/ und leben.

21. Und widerum sprach er: Sihe/ es ist Platz bey mir/ und du solst auf den Felsen stehen.

22. Und wan mein Herrlichkeit vorüber gehen wird/ so will ich dich in Felsen-Klufft setzen/ und dich bedeckẽ mit meiner Rechtẽ/ biß ich vorüber gehe:

23. Und ich will meine Händ hinweg thun/ so solst du sehen was hinter mir ist: aber mein Angesicht wirst du nit sehen können.

Das XXXIV. Capitel.

I. Moyses macht andere Taffeln/ und steigt zum andernmal auf den Berg/ 1.
II. GOTT erneuert den Bund/ 10.
III. Und schneidet die zehen Gebott in steinerne Taffelen/ 28.
IV. Moyses kommt zum Volck/ kan aber für grossem Schein seines Angesichts/ nit recht angesehen werden/ 29.

1. UNd weiter sprach Er: Haue dir zwo steinerne Tafeln / die den vorigen gleich seyn / so wil ich die Wort darauf schreiben / welche waren auf den Tafeln / die du zerbrochen hast.

2. Sey Morgen früh bereit / daß du ohn Verzug auf den Berg Sinai hinauf gehest/ und du solt auf der Spitze deß Bergs bey mir stehen.

3. Niemand sol mit dir hinauf gehen / auch sol sich niemand auf dem gantzen Berg sehen lassen: man sol auch gegen dem Berg über keine Rinder und Schaaf weiden.

4. Also hieb er zwo steinerne Tafeln / wie die zuvor gewesen waren: und er stund bey der Nacht auf / und gieng auf den Berg Sinai / wie ihm der HErr befohlen hatte / und trug die Tafeln mit sich.

5. Und als der HErr in einer Wolcken herab kommen war / stund Moyses bey ihm / und rief an den Namen deß HErrn.

6. Und da der HErr vor ihm über gieng / sprach er: Du herrschender HErr und GOtt / der du barmhertzig und gütig / gedultig / und von grosser Erbarmung / und warhafftig bist:

7. Der du Barmhertzigkeit bewahrest in tausenden: der du die Missethat / und die Ubertrettung / und die Sünd hinweg nimmst / und ist keiner durch sich selbst bey dir unschuldig. Der du die Missethat der Vätter den Kindern und Kinds-Kindern vergiltest / biß ins dritte und vierdte Geschlecht.

8. Und Moyses buckte sich eilends / neigete zur Erden / und bettete an /

9. Und sprach: HErr hab ich Gnad gefunden / vor deinem Angesicht / so bitte ich / du wollest mit uns gehen (dan es ist ein hartnäckig Volck) und wollest unsere Sünd und Missethat hinweg nehmen / und uns besitzen. a

II. 10. Der HErr antwortet: Ich wil einen Bund machen / daß sie alle sehen sollen und Zeichen thun / die niemahl auf Erden / noch unter einigem Volck seynd geschehen worden: damit diß Volck / unter welchem du bist / das schröckliche Werck deß HERRN sehe / das ich thun werde.

11. Halte alles / was ich dir heut befehle. Ich selbst wil vor deinem Angesicht außtreiben die Amorrhiter / und Chananiter / und Hethiter / und Pherezeter / und Heviter und Jebusiter.

12. Hüte dich / daß du mit den Innwohnern desselbigen Lands nimmer Freundschafft machest / die dir zum Fall gereichen möchte:

a als ein Erbtheil

1. AC deinceps: *a* Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. *a Deut. 10. 1.*

2. Esto paratus manè, ut ascendas statim in montem Sinaï, stabisque mecum super verticem montis.

3. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem: boves quoque & oves non pascantur econtrà.

4. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales anteà fuerant: & de nocte *b* consurgens ascendit in montem Sinaï, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas. *b summo mane.*

5. Cúmque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo *c*, invocans nomen Domini. *c sc. nube tectus.*

6. Quo transeunte coràm eo, ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax,

7. qui *d* custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, *e* nullúsque apud te per se innocens est. *f* Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. *d Deut. 5. 10. Jer. 32. 18. e Psal. 142. 2. f Deut. 5. 9. Jerem. 32. 18.*

8. Festinúsque Moyses, curvatus est pronus in terram, & adorans

9. ait: Si inveni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum (populus enim duræ cervicis est) & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.

II. 10. Respondit Dominus: *g* Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ numquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus: ut cernat populus iste, in cujus es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. *g Deut. 5. Jerem. 32. 40.*

11. Observa cuncta quæ hodie mādo tibi: ego ipse ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoq; & Hevæum, & Jebusæum.

12. Cave ne umquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam:

13. sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucósque succide:

14. noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes nomen ejus, Deus est æmulator.

h Sup. 23. 32. Deut. 7. 2.

i spiritualiter per idololatriam.

15. *h* Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne, cùm fornicati *i* fuerint cum diis suis, & adoraverint simulachra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis.

k 3. Reg. 11. 2. Deut. 7. 3.

16. *k* Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos.

17. Deos conflatiles non facies tibi.

18. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis novorum: mense enim verni temporis egressus es de Ægypto.

l Sup. 13. 2. 12. & 22. 29.

19. *l* Omne quod aperit vulvam generis masculini, meum erit: de cunctis animantibus tam de bobus, quàm de ovibus, meum erit.

20. Primogenitum asini redimes ove: sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus.

21. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere.

m Sup. 23. 15.

n æquinoctio autumnali.

22. *m* Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem, quando redeunte *n* anni tempore cuncta conduntur.

o Sup. 23. 17. Deut. 16. 16.

23. *o* Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.

24. Cùm enim tulero gentes à facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.

p Sup. 23. 18. & 19.

25. *p* Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit manè de victima solemnitatis Phase.

q Sup. 23. 19. Deut. 14. 21.

26. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. *q* Non coques hœdum in lacte matris suæ.

27. Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus.

13. Sondern du solst ihre Altär zerstöhren/ihre Bilder zerbrechen/u. ihre dunckele Wälder abhauen

14. Du solst keinen frembden GOtt anbetten. Dan der HErr ist ein Eyferer / das ist sein Nam / er ist ein eyfriger GOtt.

15 Du solt mit den Leuthen derselbigen Landschafften keinen Bund machen: damit dich nit jemand lade / von dem geopfferten zu essen / wan sie mit ihren Göttern gehuret / und derselbigen Bilder angebettet haben.

16. Auch solt du deinen Söhnen kein Weib nehmen von ihren Töchtern : damit sie nit machen / wan sie selbst gehuret haben/ daß deine Söhn/auch mit ihren Göttern Hurerey treiben.

17. Du solst dir keine gegossene Götter machen.

18. Das Fest der ungesäurten Brod solst du halten. Siben Tag lang solst du um die Zeit/ wan der Monat der neuen Früchten kommt / ungesäurt Brod essen / wie ich dir befohlen habe: dan in dem Frühling bist du auß Egypten gangen.

19. Alles / was die Bärmutter eröffnet / das Männlichs Geschlechts ist / sol mein seyn. Was von allem Vieh kommt / so wol von Rindern/ als von Schaafen / das sol mein seyn.

20. Die Erstgeburt deß Esels solst du mit einem Schaaf lösen: wo nit/ und du keinen Werth darfür geben wirst / sol sie getödtet werden. Die Erstgeburt deiner Söhn solst du lösen: und solst vor meinem Angesicht nit läe erscheinen.

21. Sechs Tag solst du arbeiten / am sibenden Tag solst du aufhören mit Pflügen und Erndten.

22. Das Fest der Wochen solst du dir machen mit den Erstlingen der Frücht von deiner Weitzen-Erndte / auch das Fest / wan nach Umgang deß Jahrs alles eingesammlet wird.

23. Alles was bey dir Männlichs Geschlechts ist / sol dreymahl im Jahr vor dem Angesicht deß allmächtigen HErrn und GOttes Israel erscheinen

24. Dan wan ich die Völcker hinweg nehmen werde von deinem Angesicht / und deine Gräntzen erweitern. alsdan wird niemand deinem Land nachstellen/wan du dreymal im Jahr hinauf gehest. u. vor dem Angesicht deß HErrn deines Gottes erscheinest.

25. Das Blut meines Opffers solt du nit auf Sauerteig opffern: auch sol vom Schlacht-Opffer der Osterfeyr nichts übrig bleibẽ biß an den Morgẽ.

26. Die Erstlingen von den Früchten deines Lands solstu im Hauß deß Herrn deines Gottes opffern. Ein Böcklein solstu nit kochẽ in d' Milch seiner Mutter.

27. Und der HErr sprach zu Moyse: Schreibe dir dise Wort / durch welche ich mit dir / und mit Israel den Bund aufgerichtet hab.

III.

III. 28. Also ist er allda viertzig Tag / und viertzig Nacht bey dem HErrn gewesen: kein Brod hat er gessen/ auch kein Wasser getruncken / und der HErr hat die zehen Wort deß Bunds auf die Tafeln geschriben.

IV. 29. Und als Moyses von dem Berg Sinai herunter kam/ hielt er die zwo Tafeln deß Zeugnuß/ und wuste nit/ daß sein Angesicht mit Glantz bestrahlet war auß Gemeinschafft der Red deß HERRN.

30. Da nun Aaron / und die Kinder Jsrael sahen/ daß Moysis Angesicht mit Glantz bestrahlet war/ förchteten sie sich näher herzu zukommen.

31. Als sie aber von ihm beruffen wurden kamen sie wider so wohl Aaron / als die Obersten der Gemein. Und nachdem er mit denselben geredet/

32. Kamen auch alle Kinder Jsrael zu ihm/ und er gebot ihnen alles / was er auf dem Berg Sinai vom HErrn gehöret hatte.

33. Und nachdem er seine Red vollendet hatte / legte er eine Deck *a* auf sein Angesicht.

34. Dieselbe nam er ab/ wan er zum HERRN hinein gieng/ mit ihm zu reden/ biß er herauß kam/ und alsdan redete er alles zu den Kindern Jsrael / was ihm befohlen war.

35. Und sie sahen/ daß Moysis Angesicht / wan er herauß gieng / mit Glantz bestrahlt war / aber er bedeckte sein Angesicht widerum/ wan er mit ihnen redete.

Das XXXV. Capitel.

I. Moyses erklärt das Gesatz GOttes / von dem Sabbath / Opffern / und Aufrichtung deß Tabernackels / 1.
II. Darzu opffern die Jsraeliter alle Nothwendigkeit / 20.
III. Und wird Beseleel und Ooliab zum Bau-Ambt ernennet / 30.

1. UNd er versammlete die gantze Schaar der Kinder Jsrael / und sprach zu ihnen: Diß ist / das der HErr zu thun befohlen hat.

2. Sechs Tag sollet ihr arbeiten: der sibende Tag sol euch heilig seyn / ein Sabbath und Ruhe deß HErrn: wer an demselbigen ein Werck thun wird / den sol man tödten.

3. Jhr sollet am Sabbath kein Feur anzünden in allen euren Wohnungen.

4. Und Moyses sprach zum gantzen Hauffen der Kinder Jsrael: Diß ist das Wort / so der HErr befohlen hat / und gesagt:

5. Die Erstlingen bey euch/ sollet ihr dem HErrn absöndern. Ein jeglicher sol sie freywillig / und mit wohlgeneigtem Hertzen dem HErrn opffern: Gold/ und Silber / und Ertz /

6. Himmelblaue Seiden / und purpur Seiden

a Schlayer

III. 28. Fuit ergo ibi cum Domino *r* quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis *s* verba fœderis decem.

IV. 29. Cúmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, & ignorabat quòd cornuta *t* esset facies sua ex consortio sermonis Domini.

30. Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere.

31. Vocatíque ab eo, reversi sunt tam Aaron quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos,

32. venerunt ad eum etiam omnes filii Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinaï.

33. Impletísque sermonibus, *u* posuit velamen super faciem suam.

34. Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata.

35. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

CAPUT XXXV.

I. Præcipitur sabbatum, petuntur primitiæ & donaria ad construenda omnia quæ dicta sunt. 1.
II. Et mente promptissima offeruntur. 20.
III. Artifices debutati à Domino dicuntur Beseleel & Ooliab. 30.

1. IGitur congregatâ omni turbâ filiorum Israel, dixit ad eos; Hæc sunt quæ jussit Dominus fieri.

2. Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur.

3. Non succendetis ignem *a* in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.

4. Et ait Moyses ad omnem catervam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit Dominus, dicens:

5. Separate apud vos primitias Domino. *b* Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs,

6. hyacinthum & purpuram, coccúmque

r *Sup.* 24. 18. *Deut.* 9. 9. & 18.
s *Deut.* 4. 13.
t radios emittens.
u 2. *Cor.* 3. 13. velamen Moysis mysticè significat umbras & figuras legis veteris. *Tirin.*
Mense 6. ab exitu, Anno M. 2513.
a ad lucrũ, vel ad coquendum, nam ad illuminandũ ad calefaciendum licebat.
b *Sup.* 25. 2

que bis tinctum, & byssum, pilos caprarum,

7. pellésque arietum rubricatas, & janthinas, ligna setim,

8. & oleum ad luminaria concinnanda, & ut conficiatur unguentum, & thymiama suavissimum,

9. lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis & rationalis.

10. Quisquis vestrûm sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperavit:

11. Tabernaculum scilicet, & tectum ejus, atque operimentum *c*, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos & bases: *c cortinas & pelles.*

12. Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur:

13. Mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus:

14. Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium:

15. Altare thymiamatis, & vectes & oleum unctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostium tabernaculi:

16. Altare holocausti, & craticulam ejus æneam cum vectibus & vasis suis: labrum & basim ejus:

17. Cortinas atrii cum columnis & basibus, tentorium *d* in foribus vestibuli, *d i. velum.*

18. paxillos tabernaculi & atrii cum funiculis suis:

19. Vestimenta, quorum usus est in ministerio sanctuarii *e*, vestes Aaron pontificis ac filiorum ejus, ut sacerdotio fungantur mihi. *e ad involvendas res tabernaculi.*

II. 20. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi,

21. obtulerunt mente promptissimâ atque devotâ primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quidquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat,

22. viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia *f*: omne vas aureum in donaria Domini separatum est. *f brachiorum ornamenta.*

23. Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & janthinas,

und zweymahl gefärbte rothe Seiden / und weisse Seiden / und Geissen Haar /

7. Auch röthlechte Widderfell / und Violetfell / und Setim Holtz /

8. Auch Oel die Lampen zuzurichten / und Specerey ein Salböl / und ein gar süß Rauchwerck zu machen /

9. Onychstein / und köstliche Stein das Schulterkleyd und Brustſtuck zu zieren.

10. Wer unter euch weiß ist / der komme / und mache / was der HErr befohlen hat:

11. Nemlich / den Tabernackel *a* mit seinem Dach / und Oberdeck / die Ring / und die Bretter mit ihren Riglen / die Spannägel und Füß.

12. Die Arch mit ihren Stangen / den Gnaden-Thron und Vorhang der davor ausgespañet wird.

13. Den Tisch mit seinen Stangen und Geschirren / und Schau Brodten.

14. Den Leuchter die Liechter zu tragen / seine Geschirr / auch die Lampen / und das Oel die Flam̃ zu unterhalten.

15. Den Altar zum Rauchwerck / und die Stangen / und das Oel zur Salbung / das Rauchwerck von Specerey zugerichtet: Den Vorhang an der Thür deß Tabernackels:

16. Den Altar zum Brand Opffer / und sein ehrin Gätter mit seinen Stangen / und Geschirren / das Wäschfaß mit seinem Fuß.

17. Die Umhäng deß Vorhoffs / mit ihren Säulen und Füssen / den Vorhang am Eingang deß Vorhoffs:

18. Die Nägel deß Tabernackels / und deß Vorhoffs / mit ihren Säulen /

19. Die Kleyder / die man brauchen sol / im Dienst deß Heiligthums / die Kleyder deß Hohen-Priesters Aaron / und seiner Söhn / damit sie mir das Priesterthum verwalten.

II. 20. Da gieng die gantze Schaar der Kinder Israel hinauß von dem Angesicht Moysis /

21. Und sie opfferten dem HErrn mit gar wohlgeneigtem und andächtigem Hertzen die Erstlingen / das Werck deß Tabernackels deß Zeugnuß zu machen. Alles was zum Dienst / und zu der heiligen Kleydung nothwendig war /

22. Das haben Männer und Weiber gegeben / Armspangen / und Ohrring / und andere Ring / und Armbänder: alle guldene Geschirr wurden dem HErrn zur Gaab abgesöndert.

23. Wer auch himmelblaue Seiden hatte / und purpur Seiden / und zweymahl gefärbte rothe Seiden und weisse Seiden und Geissen Haar / rothgemachte Widderfell / und Violettenfell /

a die Heil. Wohnung

24. und von Metall Silber und Ertz / der opfferte es dem HErrn / wie auch vom Holtz Setim zu allerhand Nothdurfft.
25. Was auch erfahrne Weiber gespunnen hatten / das gaben sie / himmelblaue Seiden / purpur Seiden/und Scharlacken / und weisse Seiden/
26. Und Geissen Haar/alles gaben sie auß freyem Willen.
27. Aber die Fürsten opfferten Onychstein/ und andere köstliche Stein zu dem Schulter-Kleyd und Brustſtuck/
28. Auch Specerey / und Oel die Liechter zuzurichten / und das Oel der Salbung zubereiten/wie auch das Rauchwerck von gar süssem Geruch zu machen.
29. Alle Männer und Frauen opfferten Gaaben mit andächtigem Hertzen/allerhand Werck zu machen / das der HErr durch die Hand Moysis befohlen hatte. Also heiligten alle Kinder Israel dem HErrn freywillige Gaaben.
III. 30. Und Moyses sprach zu den Kinderen Israel: Sihe / der HErr hat den Beseleel/ den Sohn Uri/ deß Sohns Hur/ vom Stammen Juda mit Namen beruffen /
31. Und hat ihn erfüllet mit dem Geist Gottes/ mit Weißheit / und mit Verstand / und mit Wissenschafft / und aller Erkanntnuß /
32. Zuerdencken / und zu machen das Werck/ in Gold und Silber/ und Ertz/
33. Auch Stein zu schneiden / und Holtzwerck/ zu machen : alles / was man künstlich erfinden kan /
34. Das hat er ihm ins Hertz gegeben: wie auch dem Ooliab/dem Sohn Achisamech vom Geschlecht Dan
35. Dise beyde hat er mit Weißheit unterwisen allerhand Zimerwerck/außgestochẽ Werck u. Stickwerck von vilen Farben zu machen/von himelblauer Seiden/u. von purpur Seiden u. zweymal gefärbter rother Seiden/ u. von weisser Seiden/ auch alle Ding zu weben/ u. allerhand neue Küństſtuck zu findẽ.

24. argenti, ærisque metalla, obtulerunt Domino, lignáque setim in varios usus.
25. Sed & mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum,
26. & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes.
27. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale,
28. aromatáque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum unguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum.
29. Omnes viri & mulieres mente devotâ obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ jusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria Domino dedicaverunt.
III. 30. Dixítque Moyses ad filios Israel: *g* Ecce, vocavit Dominus ex nomine Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda. *g Sup. 31. 2.*
31. Implevítque eum spiritu Dei, sapientiâ & intelligentiâ, & scientiâ, & omni doctrinâ,
32. ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære,
33. sculpendísque lapidibus, & opere carpentario *h*. Quidquid fabrè adinveniri potest, *h arte lignaria.*
34. dedit in corde ejus: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan:
35. ambos erudivit sapientiâ, ut faciant opera abietarii *i*, polymitarii, ac plumarii *k* de hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto, & bysso, & texant omnia, ac nova quæque reperiant. *i i. fabrilia.* *k Phrygia.*

Das XXXVI. Capitel.

I. Das Volck opffert mehr als zu vil / 1.
II. Der Tabernackel / mit Zugehör / wird aufgerichtet / 8.

1. Also machten Beseleel und Ooliab / und alle verständige Männer / denen der HERR Weißheit und Verstand gegeben hatte zu wissen / wie sie es zierlich machen solten / was zum Brauch deß Heiligthums nothwendig war / und was der HErr befohlen hatte.
2. Und Moyses forderte sie / und alle Kunstrei-

CAPUT XXXVI.

I. Oblatis plus quàm opus esset donariis, 1.
II. Paratur tabernaculum juxta omnes partes suas. 8.

1. FEcit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, *a* quibus dedit Dominus sapientiam & intellectum, ut scirent fabrè operari quæ in usus Sanctuarii necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus. *a Sup. 26. 1* *Anno M. 2514. Ant. Chr. 1490.*
2. Cúmque vocasset eos Moyses, & om-

omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte suâ obtulerant se ad faciendum opus *b*,

3. tradidit eis universa donaria filiorum Israel. Qui cùm instarent operi, quotidie manè vota *c* populus offerebat.

4. Unde artifices venire compulsi,

5. dixerunt Moysi: Plus offert populus quàm necessarium est.

6. Jussit ergo Moyses præconis voce cantari *d*: Nec vir nec mulier quidquam offerat ultrà in opere Sanctuarii. Sicque cessatum est à muneribus offerendis,

7. eò quòd oblata sufficerent & superabundarent.

II. 8. Fecerúntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi *e*, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymitâ:

9. quarũ una habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. Una mensura erat omnium cortinarum.

10. Conjunxítque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi invicem copulavit.

11. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ alterius similiter,

12. ut contra se invicem venirent ansæ, & mutuò jungerentur.

13. Unde & quinquaginta fudit circulos aureos *f*, qui morderent *g* cortinarum ansas, & fieret unum tabernaculum.

14. Fecit & saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectũ tabernaculi:

15. unũ sagũ in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor: unius mensuræ erant omnia saga:

16. quorum quinque junxit seorsum, & sex alia separatim.

17. Fecítque ansas quinquaginta in ora sagi unius, & quinquaginta in ora sagi alterius, ut sibi invicem jungerentur.

18. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret.

19. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliúdque de-

b sc. tabernaculi. 1. *Par.* 21. 29.

c spontaneas oblationes.

d evulgari.

e tabernaculum figurabat Ecclesiam; candelabrum & tabulæ, doctrinam & legem, Christi; virga Aaron ejus sacerdotium, & Manna Eucharistiæ sacramentum.

f seu uncinos.

g prehenderent.

che Männer / denen der HErr Weißheit gegeben hatte / und die sich gutwillig erbotten das Werck zu machen /

3. Und er übergab ihnen alle Gaaben der Kinder Israel. Als sie nun der Arbeit mit Fleiß oblagen / opffert das Volck noch täglich am morgẽ seine Gelübd.

4. Daher die Werckmeister bewegt wurden / daß sie kamen / und sprachen zu Moyse:

5. Das Volck opffert mehr / dan nöthig ist.

6. Derwegen befahl Moyses / außzuruffen durch die Stimm eines Außruffers: Es sol weder Mañ noch Weib hinführo etwas mehr zum Werck deß Heiligthums opffern. Also hat man aufgehöret Gaaben zu opffern /

7. Weil an dem geopfferten gnug und übrig war.

II. 8. Da gaben sich zur Arbeit alle / die Weiß von Hertzen waren das Werck deß Tabernackels zu volführen u. machtẽ zehen Vorhäng v'weisser gezwirnter Seidẽ / u. v'himelblauer Seidẽ u. v'purpur Seidẽ u. v'zweymal gefärbter rother Seidẽ mit Seidensticker Arbeit nach der Kunst gewürckt mit vil Farbẽ:

9. Ein Vorhang hielt in die Länge acht und zwantzig Elen / und in die Breite vier Elen. Und alle Vorhäng waren von einer Maaß.

10. Und er *a* häfftete fünff Vorhäng zusammen / einen an den andern / die übrige fünff machte er auch aneinander.

11. Er machte auch Stricklein von himelblauer Seiden am End deß einen Vorhangs auf beyden Seiten / u. am End deß andern Vorhangs deßgleichen /

12. Daß die Stricklein gegeneinander kamen / und zusammen gefüget werden möchten.

13. Darum er auch fünfftzig guldene Ring gegossen hat / die Stricklein an den Vorhängen zusammen zu bringen daß es ein Tabernackel wurde.

14. Auch machte er eylff Uberzüg von Geissen Haren / das Dach deß Tabernackels zu bedecken:

15. Ein Uberzug hielt dreyssig Elen in die Länge / und vier Elen in die Breite: es waren alle Uberzüg von einer Maaß.

16. Deren machte er fünff absonderlich bey einander / und die übrige sechs auch besonder.

17. Er machte auch fünfftzig Stricklein am End eines Uberzugs / und fünfftzig am End deß andern Uberzugs / daß man sie könnte aneinander hefften.

18. Auch fünfftzig ehrine Häfftlein / damit das Dach gehäfftet / und auß allen Uberzügen eine Deck würde.

19. Er machte auch eine Deck über den Tabernackel von rothgefärbten Widderfellen: und oben

a Beseleel

darüber

darüber noch eine andere Deck von Violettenfellen.

20. Auch machte er aufstehende Bretter an dem Tabernackel / vom Holtz Setim.

21. Ein Brett war zehen Elen lang: und hielt anderthalb Elen in die Breite.

22. Und waren zwo Außschnitt an einem jeglichen Brett / damit eins ins ander möchte gefüget werden. Auf dise Weiß hat ers mit allen Brettern deß Tabernackels gemacht.

23. Von welchen zwantzig waren auf der Mittag Seiten / so gegen Suden außfällt/

24. Mit viertzig silbernen Füssen. Und wurden zween Füß unter ein jegliches Brett gesetzt / von beyden Seiten auf dem Eck / da die Außschnitt an den Seiten ein End hatten.

25. Auch machte er auf der Seiten deß Tabernackels gegen Mitternacht zwantzig Bretter.

26. Mit viertzig silbern Füssen / unter ein jeglichs Brett zween Füß.

27. Aber gegen Nidergang / das ist / am Theil deß Tabernackels das sich gegen dem Meer strecket / machte er sechs Bretter /

28. Und noch zwey andere auf beyden Ecken deß Tabernackels hinten an/

29. Welche von unten auf biß oben auß zusammen gefüget waren und kamen also in einem Hafft zu einander. Also thäte er auf beyden Seiten in den Ecken:

30. Demnach waren acht Bretter zusammen / und hatten sechszehen silberne Füß nemlich unter einem jeglichen Brett zween Füß.

31. Er machte auch fünff Rigel vom Holtz Setim / die Bretter deß Tabernackels auf einer Seiten an einander zu halten:

32. Und fünff andere/ die Bretter auf der andern Seiten zu halten: und ausser disen noch fünff andere Rigel auf der Seiten deß Tabernackels gegen Abend / die sich zum Meer strecket.

33. Er machte auch einen andern Rigel/ der mitten durch die Bretter von einem Eck zum andern gehen solte.

34. Aber die Bretter selbst überguldete er/ und ihre Füß goß er auß Silber. Und ihre Ring machte er von Gold / dadurch die Rigel solten geschossen werden: die er auch mit guldenem Blech überdecket.

35. Auch machte er einen Vorhang von himmelblauer Seiden/und von purpur und rother Seiden und von weisser gezwirnter Seiden/ mit Seidensticker Arbeit / und mit vilerley Farben unterschiden:

super velamentum de pellibus janthinis.

20. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stantes. *h*

h erectas.

21. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius: & unum ac semis cubitum latitudo retinebat.

22. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Austrum,

24. cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub una tabula ponebantur ex utraque parte angulorum, ubi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas,

26. cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

27. Contra occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas,

28. & duas alias per singulos angulos tabernaculi retrò:

29. quæ junctæ erant à deorsum usque sursum, & in unam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos:

30. ut octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

31. Fecit & vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,

32. & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas, & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret,

34. Ipsa autem tabulata *i* deauravit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit.

i quatuor latera tabernaculi.

35. Fecit & velum *k* de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, varium atque distinctum:

k sc. ante sancta sanctorum.

36 &

36. & quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deauravit, fusis basibus earum argenteis.

37. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retortâ, opere plumarii:

38. & columnas quinque cum capitibus suis quas operuit auro, basésque earum fudit æneas.

Caput XXXVII.

I. Formatur arca, propitiatorium, 1.
II. Mensa, candelabrum, lucernæ, altare thymiamatis, ipsumque thymiama. 10.

Ejusdem anni 2514. primo semestri

6. Und er sol seinen Finger in das Blut tuncken / und damit sibenmahl gegen dem Vorhang deß Heiligthums vor dem HErrn sprengen.

7. Er sol auch von demselbigen Blut streichen an die Hörner deß Altars / der zum angenehmsten Rauchwerck vor dem HErrn in dem Tabernackel deß Zeugnuß gesetzt ist. Aber alles übrig Blut sol er neben dem Fuß deß Altars außgiessen / der zum Brandopffer am Eingang deß Tabernackels stehet.

8. U. das Fett deß Kalbs sol er für die Sünd hinweg nehmen so wol das / damit das Ingeweyd bedecket wird / als auch das andere miteinander / das inwendig ist:

9. Die beyde Nierlein / und das Netzlein / das darum ist im weichen Theil deß Bauchs / und das Fett der Leber mit den Nierlein /

10. Wie es vom Kalb deß Fridopffers abgenommen wird: also sol ers anzünden auf dem Altar deß Brand-Opffers.

11. Aber das Fell und alles Fleisch / samt dem Kopff / und den Füssen / auch dem Ingeweyd / und Mist /

12. Samt dem übrigen Leib sol er auß dem Läger tragen an ein saubers Ort / da man die Aeschen pflegt hin zuschütten: und er sol es anzünden auf einem Häuflein Holtz / also sol es an dem Ort / da man die Aeschen ausschüttet verbrandt werden.

II. 13. Wan auch die gantze Gemein Israel unwissend gewesen / und auß Unwissenheit etwas gethan hätte / das dem Gebott deß HErrn zu wider wäre /

I. Sacerdotis 3.
II. Populi. 13.
III. Principis, 22.
IV. Hominis privati per ignorantiam peccantis. 27.

1. LOcutúsque *a* est Dominus ad Moysen, dicens:

a Eodem anno 2. ab exitu, mensis 1. die primo.

2. Loquere filiis Israel: Anima, quæ peccaverit per ignorantiam, & de universis mandatis Domini, quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit:

I. 3. si sacerdos, qui unctus *b* est, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino:

b solemni illa unctione de qua *Exod.* 29. *v.* 7. adeoque summus pontifex.

4. & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino: ponétque manum super caput ejus, & immolabit eum Domino.

5. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii.

6. Cúmque intinxerit digitum in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velum sanctuarii.

7. Ponétque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii: omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi.

8. Et adipem vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia *c* operit, quàm omnia quæ intrinsecus *d* sunt:

c præcordia. *d* seu viscera.

9. duos renunculos, & reticulum quod est super eos juxta ilia, & adipem jecoris cum renunculis,

10. sicut aufertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti.

11. Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo,

12. & reliquo corpore, efferet *e* extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent: incendétque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur.

e hæc ceremonia erat tacita oratio, ut Deus peccata populi cum victima extra castra cremaret & aboleret.

II. 13. Quòd si omnis turba Israel ignoraverit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est,

14. & posteà intellexerit peccatum suum, offeret pro peccato suo vitulum, adducétque eum ad ostium tabernaculi.

15. Et ponent seniores populi manus super caput ejus coram Domino. Immolatóque vitulo in conspectu Domini,

16. inferet sacerdos, qui unctus est, de sanguine ejus in tabernaculum testimonii,

17. tincto digito aspergens septies contra velum.

18. ponétq; de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonii: reliquum autem sanguinem fundet juxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonii.

19. Omnémque ejus adipem tollet, & adolebit super altare:

20. sic faciens & de hoc vitulo quo modo fecit & priùs: & rogante *f* pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus.

f Chald. propitiante.

21. Ipsum autē vitulū efferet extra castra, atq; comburet sicut & priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis.

III. 22. Si peccaverit princeps *g*, & fecerit unum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur,

g præses vel dignitate eminens.

23. & posteà intellexerit peccatum suum, offeret hostiam Domino, hircum de capris immaculatum.

24. Ponétq; manum suam super caput ejus: cúmque immolaverit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram Domino quia pro peccato est,

25. tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato, tangens *b* cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim ejus.

b sanguine

26. Adipem verò adolebit supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet: rogabítque pro eo *i* sacerdos, & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

i Hebr. expiabit eum.

IV. 27. Quòd si peccaverit anima per ignorantiam, de populo terræ *k*, ut faciat quidquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat,

k aliquis de plebe.

28. & cognoverit peccatum suum, offeret capram immaculatam.

29. Ponétque manum super caput hos-

14. Und hernach ihre Ubertrettung erkennete / alsdan sol sie ein Kalb opffern für ihre Sünd / und dasselbige an die Thür deß Tabernackels führen.

15. Und sollen die Aelteste deß Volcks auf seinen Kopff vor dem HErrn die Händ legen. Und wan das Kalb vor dem Angesicht deß HErrn zum Opffer geschlachtet ist/

16. Alsdan sol der Priester / der gesalbet ist / von seinem Blut in den Tabernackel deß Zeugnuß bringen /

17. Und sol den Finger eintuncken / und sprengen sibenmahl gegen dem Vorhang.

18. Auch sol er von demselbigen Blut an die Hörner deß Altars streichen / der in dem Tabernackel deß Zeugnuß ist vor dem HErrn: aber das übrige Blut sol er ausgiessen neben dem Fuß deß Altars deß Brandopffers / der an der Thür deß Tabernackels deß Zeugnuß ist.

19. Auch sol er all sein Fett nehmen / und auf dem Altar anzünden:

20. U. sol es also mit disem Kalb machen / wie ers zuvor auch gemacht hat. Wan alsdan der Priester für sie bittet so wird ihnen der HErr gnädig seyn.

21. Aber das Kalb sol er aus dem Läger tragen / und verbrennen / wie auch das vorige Kalb: dan es ist für die Sünd der Gemein.

III. 22. Wan ein Fürst sündiget / und aus Unwissenheit unter vilen Dingen eins thut, das im Gesatz deß HErrn verbotten wird:

23. Und hernach seine Ubertrettung verstehet / so sol er dem HErrn ein Opffer thun mit einem Geißbock / der ohn Mangel ist.

24. Er sol seine Hand auf deß Bocks Kopff legen / und ihn schlachten an dem Ort / da man das Brand Opffer vor dem HErrn zu schlachtē pflegt / weil es für die Sünd ist.

25. Alsdan sol der Priester in das Blut des Opffers für die Sünd den Finger tuncken / und damit die Hörner deß Altars deß Brand-Opffers anrühren / und das übrige neben seinem Fuß ausgiessen.

26. Aber das Fett sol er auf dem Altar anzünden / wie man in den Frid-Opffern zu thun pflegt: so sol der Priester für ihn und für seine Sünd bitten / und sie sol ihm vergeben werden.

IV. 27. Wan aber jemand vom gemeinen Volck im Land aus Unwissenheit übertritt / und thut etwas von denen Dingen die im Gesatz deß HErrn verbotten werden / und sündiget /

28. Und seine Sünd erkennet so sol er eine Geiß opffern / die keinen Mangel hat.

29. Und er sol seine Hand legen auf den Kopff deß

deß Opffers / so für die Sünd ist / und sol sie zum Opffer schlachten am Ort deß Brand Opffers.

30. Und der Priester sol vom Blut nehmen mit seinem Finger: und damit die Hörner auf dem Altar deß Brand-Opffers anrühren / das übrige sol er neben dem Fuß deß Altars ausgiessen.

31. Er sol aber alles Fett hinweg nehmen / wie mans pflegt von den Fridopffern hinweg zunehmen / und dasselbige auf dem Altar anzünden / dem HErrn zum süssen Geruch: und er sol für ihn bitten / so wirds ihm vergeben werden.

32. Wird er aber vom kleinen Vieh ein Opffer für die Sünd thun / nemlich ein Schaaf / das ohn Mangel ist:

33. So sol er die Hand auf seinen Kopff legen / und es schlachten zum Opffer an dem Ort / da man pflegt die Brand Opffer zu schlachten:

34. Und sol der Priester mit seinem Finger von seinem Blut nehmen / und damit die Hörner am Altar deß Brandopffers anrühren / das übrige sol er neben dem Fuß deß Altars außgiessen.

35. Auch sol er alles Fett hinnehmen / wie man pflegt das Fett eines Widders hinzunehmen / der zum Frid-Opffer geschlachtet wird / und sol es auf dem Altar zum Opffer deß HErrn verbrennen: Er sol auch für ihn / und für seine Sünd bitten / so wird sie ihm vergeben werden.

Das V. Capitel.

I. Verordnung wie die frembde Sünd zuversöhnen / 1.

II. Wie andere Sünden außzusöhnen seyen / 4.

1. WAn ein Mensch sündiget und höret jemands Stimm / der fluchet / und kan dessen ein Zeug seyn / dieweil ers entweder selbst gesehen / oder erfahren hat / im Fall ers nit anzeiget / so sol er seine Missethat tragen.

2. Ein Mensch / der etwas unreins anrühret / es sey von einem Thier getödtet / oder von sich selbst gestorben / oder sey sonst eins von den kriechenden Thieren; Und hat seiner Unreinigkeit vergessen / der ist schuldig und hat gesündiget.

3. Wan er etwas anrühret von Unreinigkeit deß Menschen / nach aller Unsauberkeit / damit man pflegt befleckt zu werden / und hätte es vergessen / erkennet es aber hernach / derselbige sol der Schuld unterworffen seyn.

II. 4. Ein Mensch / der geschworen hat / und mit seinen Lippen außgeredet / etwas Böses oder Guts zuthun / und hat dasselbige mit einem Eyd / und mit Worten bevestiget / hat aber solches vergessen / und erkennet hernach seinen Fehler /

tiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti.

30. Tollétque sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim ejus.

31. Omnem autem adipem auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suavitatis Domino: rogabítque pro eo, & dimittetur ei.

32. Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ovem scilicet immaculatam;

33. ponet manum super caput ejus, & immolabit eam in loco ubi solent cædi holocaustorum hostiæ.

34. Sumétque sacerdos de sanguine ejus digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim ejus.

35. Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis; cremabit super altare in incensum Domini: rogabítque *l* pro eo, & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

l Hebr. ex piabit cum sacerdos peccato.

CAPUT V.

I. De hostiis pro peccatis alienis ex silentio veritatis. 1.

II. Quomodo expianda sint peccata ex immunditiâ, errore, juramento, sacrorum abusu atque ignorantiâ contracta. 4.

1. SI peccaverit anima *a*, & audierit vocem jurantis *b*, testísque fuerit quòd aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam.

Eodem anno, mense & die.

a i. e. homo

b adjurantis judicis, ut dicat veritatem.

2. Anima, quæ tetigerit aliquid immundum, sive quod occisum à bestia est, aut per se mortuum: aut quodlibet aliud reptile *c*: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit:

c immundum.

3. & si tetigerit quidquam de immunditia hominis, juxta omnem impuritatem quâ pollui solet, oblitáque cognoverit posteà, subjacebit delicto. *d*

d sc. nisi se purget.

II. 4. Anima, quæ juraverit, & protulerit labiis suis, ut vel malè quid faceret, vel benè, & idipsum juramento & sermone firmaverit, oblitáque *e* postea intellexerit delictum suum,

e contra juramentum fecerit.

5. a-

5. agat pœnitentiam pro peccato,

6. & offerat de gregibus agnam ſive capram; orabítque pro ea ſacerdos & pro peccato ejus:

7. ſin autem non potuerit offerre pecus, offerat *f* duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, unum pro peccato, & alterum in holocauſtum,

f Infr. 12. 8. *Luc.* 2. 24.

8. dabítque eos ſacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput ejus ad pennulas, ita ut collo hæreat, & non penitus abrumpatur.

9. Et aſperget de ſanguine ejus parietem altaris. Quidquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum ejus, quia pro peccato eſt.

10. Alterum verò adolebit in holocauſtum, ut fieri ſolet: rogabítque pro eo ſacerdos & pro peccato ejus, & dimittetur ei.

11. Quòd ſi non quiverit manus ejus duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam. Non mittet in eam oleum, *g* nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt.

g ſymbolum lætitiæ, quia pro peccato dolendum. *h* ut Deus ejus meminerit.

12. Tradétque eam ſacerdoti: qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare, in monimentum ejus *h* qui obtulerit;

13. rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipſe habebit in munere.

14. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

15. Anima ſi prævaricans cæremonias, per errorem, in his quæ Domino ſunt ſanctificata, peccaverit *i*, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, juxta pondus Sanctuarii:

i non debitè tractando, vel furando de conſecratis, decimis &c.

16. ipſúmque quod intulit damni reſtituet, & quintam partem ponet ſuprà, tradens ſacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.

17. Anima ſi peccaverit per ignorantiam, fecerítque unum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam,

18. offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, juxta menſuram

5. Der ſol Buß thun für ſeine Sünd/

6. Und opffern aus der Heerd ein Lamm/ oder eine Geiß, ſo ſol der Prieſter für ihn/ und für ſeine Sünd bitten:

7. Wan er aber nit vermag ein Lamm/oder Geiß zu opffern/ ſo ſol er zwo Turteltauben/ oder zwo junge Tauben dem HErrn opffern/eine für die Sünd/und die andere zum Brand-Opffer/

8. Und ſol ſie dem Prieſter geben der die erſte für die Sünd opffern ſol/und ihr den Kopf umdrehen/ bis an die Flügel/ jedoch alſo/ daß es am Hälslein hangen bleibe/ und nit gantz abgeriſſen werde:

9. Und ſol mit ihrem Blut die Wand deß Altars beſprengen: was aber übrig bleiben wird/ das ſol er hinab rinnen laſſen an den Boden deß Altars/ dan es iſt für die Sünd.

10. Die andere ſol er verbrennen zum Brand-Opffer/ wie das gewöhnlich iſt: So ſol der Prieſter für ihn, und für ſeine Sünd bitten/und ſie wird ihm vergeben werden.

11. Wan aber ſeine Hand nit vermag zwo Turteltauben/ oder zwo junge Tauben zu opffern/ ſo ſol er an Semmelmehl den zehenden Theil vom Ephi für ſeine Sünd opffern: er ſol kein Oel darüber ſchütten, noch etwas Weyhrauchs darauf legen/ dan es iſt für die Sünd.

12. Und er ſol es dem Prieſter geben: der ſol eine Handvoll davon nehmen und auf dem Altar anzünden/ zur Gedächtnuß für den/ der es geopffert hat.

13. Er ſol auch für ihn bitten/ und ihn ausſöhnen/ das übrige Theil ſol er für eine Gaab haben.

14. Und der HErr redete mit Moyſe/ und ſprach:

15. Wan ein Menſch in den Ceremonien übertritt und ſich aus Unwiſſenheit vergreifft/ an den Dingen/die dem HErrn geheiliget ſeynd/ſo ſol er einen Widder aus der Heerd/der ohn Mangel iſt/für ſeine Sünd opffern den man für zween Sickel kauffen mag nach dem Gewicht deß Heiligthums.

16. Auch ſol er den Schaden erſtatten den er gethan hat/und das fünfte Theil darzu legen/ und er ſol es dem Prieſter geben der für ihn bitten u. den Widder opffern ſol/ſo wirds ihm vergeben werden.

17. Wan ein Menſch aus Unwiſſenheit ſündiget/ und etwas thut von den Dingen/ die im Geſatz deß HErrn verbotten ſeynd und wan er alſo der Sünd ſchuldig worden iſt/und ſeine Ubertrettung erkeñet.

18. Der ſol einen Widder auß der Heerd/der ohn Mangel iſt, nach der Maaß u. Achtung der Sünd/

zum

zum Priester bringen: der sol für ihn bitten/ weil ers unwissend gethan hat: so wirds ihm vergeben werden/

19. Angesehen/ daß er Unwissend wider den HErrn gesündiget hat.

Das VI. Capitel.

Beschreibung deß Opffers/ für die Ungerechtigkeit wider den Nächsten/ und was darvon zuverbrennen/ oder zu essen sey/

I. Im Brandopffer/ und vom immerwehrenden Feuer/ 9.
II. Im Speiß-Opffer/ 14.
III. Im Opffer deß Priesters/ wan er geweyhet wird/ 20.
IV. Im Opffer für die Sünd/ 25.

1. DEr HERR redete mit Moyse/ und sprach:

2. Wan ein Mensch sündiget/ und mit Verachtung deß HErrn/ seinem Nächsten ein hinterlegtes Pfand ablaugnet/ das seinem Glauben vertrauet war/ oder ihm mit Gewalt etwas abzwingt/ oder ihm Schmach und Lästerung anthut/

3. Oder findet etwas das verlohren ist/ und verläugnet das/ thut auch darüber einen falschen Eyd/ und etwas anders thut von einigen Dingen/ darin die Menschen pflegen zu sündigen/

4. wan er d'missethat überzeuget/ so sol er wid'gebē

5. Alles vollkommlich/ was er mit Betrug an sich hat bringen wollen; und sol noch über das dem Herrn/ dem er den Schaden zugefüget hat/ den fünfften Theil darzu geben.

6. Er sol aber für seine Sünd einen Widder aus der Heerd opffern/ der ohn Mangel ist/ den sol er dem Priester geben nach Achtung und Maß der Ubertrettung:

7. Der sol für ihn bitten vor dem HErrn: so wird ihm ein jegliches/ das er gethan/ und damit er gesündiget hat/ vergeben werden.

8. Und der HErr redet mit Moyse/ und sprach:

I. 9. Gebiete dem Aaron/ und seinen Söhnen: Diß ist das Gesatz deß Brandopffers: es sol auf dem Altar die gantze Nacht gebrandt werden/ biß an den Morgen: das Feur sol von demselbigen Altar seyn.

10. Der Priester sol mit dem Rock bekleydet seyn/ und mit dem leinen Niderkleyd: und er sol die Aschen nehmen/ die das zehrend Feur gemacht hat/ und sie schütten neben dem Altar/

11. Darnach sol man ihm die vorige Kleyder abnehmen/ u. wan er andere widerum angethan hat/ sol er die Aschen auß dem Läger tragen an ein gar sauber Ort/ da sol er sie zu Pulver werden lassen.

12. Aber das Feuer sol allezeit auf dem Altar brennen/ das der Priester unterhalten sol/ und alle

æstimationémque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit: & dimittetur ei,

19. quia per errorem deliquit in Dominum.

CAPUT VI.

Oblatio pro peccato ex certa scientia commisso:

I. Leges holocausti, ignis perpetui, 9.
II. Singulorum sacrificiorum. 14.
III. Oblationum sacerdotis in die unctionis suæ: 20.
IV. In genere de hostia pro peccato: quive & quando his vesci possint. 25.

1. LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens: Eodem mense & anno, M. sc. 2514.

2. Anima quæ peccaverit, & contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit,

3. sive rem perditam invenerit, & inficians insuper pejeraverit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare *a* homines, *a* auferendo aliena.

4. convicta delicti, reddet

5. omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & *b* quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat. *b Num.* 5. 7.

6. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, juxta æstimationem mensurámque delicti:

7. qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccavit.

8. Locutúsque est Dominus ad Moysen dicens:

I. 9. Præcipe Aaron & filiis ejus: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte usque manè: ignis ex eodem altari erit.

10. Vestietur tunicâ sacerdos & feminalibus lineis: tollétque cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens juxta altare,

11. spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciet.

12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna

manè

mane per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacificorum.

13. ignis est iste *e* perpetuus, qui numquam deficiet in altari.

II. 14. Hæc est lex sacrificii & libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino, & coram altari.

15. Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suavissimi Domino:

16. reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco Sancto Atrii tabernaculi.

17. Ideò autem non fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.

18. Mares tantùm stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini: omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.

19. Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

III. 20. Hæc est oblatio Aaron, & filiorum ejus, quam offerre debent Domino in die unctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium ejus manè, & medium ejus vesperè:

21. quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam, in odorem suavissimum Domino,

22. sacerdos qui jure patri successerit, & tota cremabitur in altari.

23. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.

24. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens:

IV. 25. Loquere Aaron & filiis ejus: Ista est lex hostiæ pro peccato *d*: In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est.

26. Sacerdos qui offert, comedet

e qui nempe divinitus accensus fuit, *Lev. 9. v. ult.* mysticè ignis charitatis semper ardere debet in ara cordis, & nutriri ligno, seu meditatione dominicæ passionis & Crucis.

d principis vel plebis: nam hostia pro peccato totus populi, aut sacerdotis tota cremabatur supra 4. & 6.

Tag deß Morgens Holtz zulegen/ u. wan ein Brandopffer aufgelegt wird/ sol er das Fett der Fridopffer darůber anzůnden.

13. Diß ist das ewig-wehrende Feur/ so auf dem Altar nimmer erlöschen sol.

II. 14. Diß ist das Gesatz der Speiß Opffer/ und Tranckopffer/ welche die Kinder Aarons vor dem HErrn/ und vor dem Altar opffern sollen.

15. Der Priester sol nehmen eine Handvoll Semmelmehls/ so mit Oel besprenget ist/ und den gantzen Weyhrauch/ der auf das Semmelmehl gelegt ist/ und sol das auf dem Altar anzůnden/ zur Gedächtnuß deß gar sůssen Geruchs dem HErrn:

16. Aber den übrigen Theil vom Semmelmehl sol Aaron und seine Söhn ohn Saurteig essen: und sollens am heiligen Ort/ im Vorhof deß Tabernackels essen.

17. Es sol aber darum nit gesäurt werden/ dan ein Theil davon wird zum Opffer deß HErrn angezůndet. Es sol das Heilige der Heiligen seyn/ als für die Sůnd/ und für die Missethat.

18. Und sollens die allein essen/ welche Männlichs Geschlechts seynd vom Stammen Aarons. Es sol ein ewig Gesatz und Recht seyn in euren Geschlechten/ von den Opffern deß HErrn: ein jeglicher der sie anrůhren wird/ sol geheiliget werden.

19. Und der HERR redet mit Moyse und sprach:

III. 20. Diß ist das Opffer Aarons/ und seiner Söhn/ das sie am Tag ihrer Salbung dem HErrn opffern sollen: Sie sollen zum ewigen Opffer von Semmelmehl den zehenden Theil vom Ephi opfferen die Halbscheid darvon deß Morgens/ und die andere Halbscheid deß Abends:

21. Dasselbig sol mit Oel besprengt/ und in der Pfannen gebacken werden. Aber es sol also warm/ dem HErrn zum allersůssesten Geruch geopffert werden/

22. Von dem Priester so rechtmässig an seines Vatters statt kommen ist/ auch sol es gantz auf dem Altar verbrandt werden.

23. Dan alle Opffer der Priester sollen durchs Feur verzehret werden/ und sol niemand darvon essen.

24. Und der HERR redet mit Moyse und sprach:

IV. 25. Sage dem Aaron und seinen Söhnen: diß ist das Gesatz vom Opffer für die Sůnd: man sol sie an dem Ort zum Opffer schlachten vor dem HERRN/ da man das Brand-Opffer opffert. Es ist das Heilig der Heiligen.

26. Der Priester/ der es opffert/ sol es am hei-

heiligen Ort in dem Vorhoff deß Tabernackels essen.
27. Alles was sein Fleisch anrühren wird/ das sol geheiliget werden. Wan sein Kleyd mit Blut besprenget wird/ so sol mans am heiligen Ort waschen.
28. Aber das erdene Gefäß/ darin es gekocht ist/ sol man zerbrechen. Ists aber ein ehriner Hafen gewesen/ so sol man ihn abreibē u. mit Wasser waschē.
29. Alles was Männlich ist vom Priesterlichen Geschlecht/ sol von seinem Fleisch essen/ dan es ist das Heilig der Heiligen.
30. Dan das Opffer/ so für die Sünd geschlachtet wird/ dessen Blut auch in den Tabernackel deß Zeugnuß im Heiligthum außzusöhnē gebracht wird/ sol nit gessen/ sondern mit Feur verbrandt werden.

Das VII. Capitel.

I. Wie das Opffer vor die Missethat zu verrichten/ 1.
II. Das Fridopffer/ wer/ und wan davon zu essen/ 11.
III. Das Fett und das Blut von solchem Opffer verbotten/ 23.
IV. Der Brustkern/ und das rechte Schulderstuck davon ist des Priesters/ so das Opffer verrichtet/ 30.

1. Diß ist auch das Gesatz deß Opffers für die Missethat/ und ist das Heilige der Heiligen.
2. Darum soll man auch das Opffer für die Missethat an dem Ort schlachten: da man das Brandopffer schlachtet: sein Blut sol rings um den Altar besprenget werden.
3. Sie sollen davon den Schweiff opffern/ samt dem Fett/ so das Ingeweyd bedecket:
4. Auch beyde Nierlein/ und das Fett/ so unten im Bauch ist/ auch das Netzlein der Leber mit den Nierlein.
5. Und der Priester sol es auf dem Altar anzündē: es ist deß HErrn Zündopffer für die Missethat.
6. Alles was Männlichs Namens ist vom Priesterlichen Geschlecht/ sol von disem Fleisch essen am heiligen Ort/ dan es ist das Heilige der Heiligen.
7. Gleichwie man das Opffer für die Sünd opffert/ also soll man auch das Opffer für die Missethat opffern: über beyde Opffer sol ein Gesatz seyn: Es soll dem Priester zu gehören/ der es opffert.
8. Der Priester/ der ein Brandopffer opffert/ sol die Haut haben.
9. Und alle Opffer von Semmelmehl/ welche im Ofen gebachen werden/ auch was auf dem Rost/ oder in der Pfannen bereitet wird/ das sol dem Priester zugehören/ der es opffert.
10. Die Opffer seyen mit Oel besprenget/ oder trucken/ so sollen sie allen Kindern Aarons in gleicher Maaß auf die Häupter außgetheilet werden.
II. 11. Diß ist das Gesatz deß Frid-Opffers/ so man dem HErrn opffert.

cam in loco sancto, in atrio tabernaculi.
27. Quidquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lavabitur in loco sancto.
28. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur: quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lavabitur aquâ.
29. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus ejus, quia sanctum sanctorum est.
30. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, *e* cujus sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in Sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. *e Supr. 4. 5. Hebr. 13. 11.*

Caput VII.

I. Ritus oblationis hostiæ pro delicto, 1.
II. hostia ac victimæ pacificorum: 11.
III. adeps & sanguis in universum comedi prohibentur. 23
IV. pectusculum & armus dexter est sacerdotis offerentis. 30.

1. Hæc quoque lex hostiæ pro delicto *a*, Sancta sanctorum est: Eodem mense & anno M. sc. 2514. *a seu peccato omissionis aut per imprudentiam commisso.*
2. idcircò ubi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis ejus per gyrum altaris fundetur.
3. Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia:
4. duos renunculos, & pinguedinem quæ juxta ilia est, reticulúmque jecoris cum renunculis.
5. Et adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto.
6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est.
7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: utriusque hostiæ lex una erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.
8. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.
9. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quidquid in craticula, vel in sartagine præparatur, ejus erit sacerdotis à quo offertur:
10. sive oleo conspersa, sive arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos dividetur.
II. 11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino. 12.

12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes *b* abſque fermento conſperſos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctámque ſimilam, & collyridas *c* olei admiſtione conſperſas:

13. panes quoque fermentatos cum hoſtia gratiarum *d*, quæ immolatur pro pacificis *e*:

14. Ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino, & erit ſacerdotis qui fundet hoſtiæ ſanguinem:

15. cujus carnes eâdem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam usque manè.

16. Si voto vel ſponte quiſpiam obtulerit hoſtiam, eadem ſimiliter edetur die: ſed & ſi quid in craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt:

17. quidquid autem tertius invenerit dies, ignis abſumet.

18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali ſe edulio contaminaverit, prævaricationis rea erit.

19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, ſed comburetur igni: qui fuerit mundus, veſcetur ex ea. *f*

20. Anima polluta quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis.

21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel jumenti, ſive omnis rei quæ polluere poteſt, & comederit de hujuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis.

22. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

III. 23. Loquere filiis Iſrael: Adipem ovis & bovis, & capræ non comedetis.

24. Adipem cadaveris morticini, & ejus animalis quod à beſtia captum eſt, habebitis in varios uſus.

25. Si quis adipem qui offerri debet in incenſum Domini, comederit, peribit de populo ſuo. *g*

26. Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de avibus quàm de pecoribus.

27. Omnis anima, quæ ederit ſanguinem; peribit de populis ſuis.

b Hebr. placentas. *c* placentas.

d i. evchariſtica, ſeu pro gratiarum actione.

e pro pace vel proſperitate obtenta.

f ſc. hoſtiâ pacifica, non ſolus ſacerdos.

g i. dignus eſt morte.

12. Sol es ein Opffer zur Danckſagung ſeyn ſo ſollen ſie Brod opffern ohn Saurteig mit Oel beſprengt/ und ungeſäurte Fladen mit Oel beſtrichen/ und geröſt Semmelmehl/ und Kuchen mit Oel gemiſcht und beſprengt:

13. Auch geſäurt Brod mit dem Opffer zur Danckſagung/ ſo für das Fridopffer geſchlachtet wird:

14. Darvon eines dem HErrn für die Erſtling ſol geopffert werden/ u. ſol deß Prieſters ſeyn/ der das Blut deß Schlacht-Opffers außgieſſen wird;

15. Aber das Fleiſch darvon ſoll man an demſelbigen Tag eſſen/ und ſol davon nichts überbleiben biß an den Morgen.

16. Im Fall jemand auß Gelübd/ oder ſonſt freywillig ein Opffer thäte/ das ſol man gleicher Geſtalt an demſelbigen Tag eſſen: ſo aber etwas übrig bleibet biß auf den andern Tag, das mag man auch eſſẽ:

17. Aber was davon auf den dritten Tag gefunden wird/ das ſol das Feur verzehren.

18. Wan jemand vom Fleiſch deß Fridopffers am dritten Tag eſſen wird/ ſo wird das Opffer untüchtig werden/ und wird dem/ der es opffert/ nichts nutzen: ja welche Seel mit ſolchem eſſen ſich verunreinigen wird/ die ſol der Ubertrettung ſchuldig ſeyn.

19. Das Fleiſch/ ſo etwas unreines anrühret/ ſol man nit eſſen/ ſondern mit Feur verbrennen wer rein iſt/ ſol darvon eſſen.

20. Eine unreine Seel/ welche von dem Fleiſch deß Fridopffers eſſen wird/ das dem HErrn aufgeopffert iſt/ ſol von ihrem Volck untergehen.

21. Und welche Seel einige Unreinigkeit anrühret/ es ſey eines Menſchen/ oder eines Viehes/ oder einiges Dings/ das verunreinigen kan/ und iſſet von ſolchem Fleiſch/ die ſol von ihrem Volck untergehen.

22. Und der HErr redet mit Moyſe/ und ſprach:

III. 23. Sage den Kindern Iſrael: Das Fett von Schaafen/ von Rindern/ und von Geiſſen ſollet ihr nit eſſen.

24. Das Fett von einem ſelbſt geſtorbenen Aaß/ oder von einem Thier/ das vom wilden Thier gefangen iſt ſollet ihr zu allerhand Brauch haben.

25. Wan jemand das Fett eſſen wird/ das zum Zündopffer deß HErrn geopffert werden ſoll/ der ſoll von ſeinem Volck untergehen.

26. Ihr ſollet auch kein Blut von einigem Thier/ ſo wol von Vöglen/ als anderm Viehe/ in der Speiß brauchen.

27. Ein jegliche Seel/ die Blut eſſen wird/ ſol von ihren Völckern untergehen.

28. Und der HERR redet mit Moyse und sprach:

29. Rede mit den Kindern Jsrael / und sprich: Wer dem HErrn ein Fridopffer opffert / der sol auch zugleich seine zugehörige Opffer / nemlich die Tranckopffer dabey opffern.

IV. 30. Er sol das Fett der Opffer / samt dem Brüstlein in seinen Händen halten: und wan er beydes dem HErrn geopffert / und geheiliget hat / sol ers dem Priester überantworten /

31. Der sol das Fett auf dem Altar anzünden / aber das Brüstlein sol Aarons seyn / und seiner Söhn.

32. Auch sol die rechte Schulter vom Fridopffer dem Priester zu seinen Erstlingen heimfallen.

33. Wer von den Söhnen Aarons das Blut und Fett opffert / der sol auch die rechte Schulter für sein Theil haben.

34. Dan ich habe das Brüstlein der Aufhebung / und die Schulder der Absönderung von den Kindern Jsrael auß ihren Fridopffern genomen / u. hab sie dem Priester Aaron / u. seinen Söhnen vom gantzen Volck Jsrael zum ewigen Recht gegeben.

35. Diß ist die Salbung Aarons / und seiner Söhn / in den Ceremonien deß HErrn / am Tag / da sie Moyses aufgeopfferet *a* hat / das Priesterthum zu verwalten /

36. Und was der HErr befohlen hat / das ihnen von den Kindern Jsrael in ihren Geschlechten zum ewigen Gottesdienst sol gegeben werden.

37. Diß ist das Gesatz deß Brandopffers / und deß Opffers für die Sünd / und für die Missethat / und für die Weyhung / und deß Fridopffers /

38. Das der HErr Moysi auf dem Berg Sinai gegeben hat / da er den Kindern Jsrael gebott / ihre Opffer in der Wüste Sinai dem HERRN zu opffern.

Das VIII. Capitel.

Aaron wird von Moyse zum Hohenpriester / und seine Söhn zu Priestern geweyhet / auch der Tabernackel samt Zugehör gesalbet.

1. UNd der HERR redet mit Moyse / und sprach:

2. Nimm Aaron mit seinen Söhnen / auch ihre Kleyder / und das Oel der Salbung / ein Kalb für die Sünd / zween Widder / und den Korb mit ungesäurtem Brod /

3. Und versammle die gantze Gemein / zu der Thür deß Tabernackels.

4. Moyses thäte / wie der HErr befohlen hatte:

a eingeseegnet

28. Locutúsque est Dominus ad Moysen dicens:

29. Loquere filiis Israel, dicens: qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificium, id est libamenta ejus.

IV. 30. Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum, cúmque ambo oblata Domino consecraverit, tradet sacerdoti,

31 qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum ejus.

32. armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.

33. Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua.

34. Pectusculum enim elevationis *h*, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis ejus lege perpetua, ab omni populo Israel.

h sc. elevabatur & agitabatur è dextra in sinistram.

35. Hæc est unctio *i* Aaron & filiorum ejus in cæremoniis Domini, die quâ obtulit eos Moyses ut sacerdotio fungerentur,

i merces & stipendium ob unctionem &c.

36. & quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis.

37. Ista est lex holocausti, & sacrificii pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis:

38. quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandavit filiis Israel ut offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

CAPUT VIII.

Aaron consecratur à Moyse Pontifex; filii Aaronis consecrantur Sacerdotes, & tabernaculum ungitur cum omni supellectili.

Eodem An. 2. ab exitu mensis 2. initio. Ann. M. 2514. Ant. Chr. 1490.

1. LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Tolle *a* Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis,

a Exod. 29. 35. & 40. 13.

3. & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.

4. Fecit Moyses ut Dominus imperaverat

verat. Congregataque omni turbâ ante fores tabernaculi,

5. ait: iste est sermo, quem jussit Dominus fieri.

6. Statimque obtulit Aaron & filios ejus. Cúmque lavisset eos,

7. vestivit pontificem subuculâ lineâ, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit,

8. quod adstringens cingulo aptavit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas *b*.

9. Cidari quoque texit caput: & super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

10. Tulit & unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua.

11. Cúmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, & omnia vasa ejus, labrúmque cum basi sua sanctificavit oleo,

12. *c* Quod fundens super caput *d* Aaron, unxit eum, & consecravit:

13. filios quoque ejus oblatos vestivit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuítque mitras ut jusserat Dominus.

14. Obtulit & vitulum pro peccato: cúmque super caput ejus posuisset Aaron & filii ejus, manus suas,

15. immolavit eum: hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta *e* ejus.

16. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum jecoris, duósque renunculos cum arvinulis suis, adolevit super altare:

17. vitulum cum pelle & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18. Obtulit & arietem in holocaustum: super cujus caput cùm imposuissent Aaron & filii ejus manus suas,

19. immolavit eum, & fudit sanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipsúmque arietem in frusta concîdens, caput ejus, & artus, & adipem adolevit igni,

21. lotis priùs intestinis & pedibus, totúmque simul arietem incendit super alta-

b Hebr. Urim & Thummim.

c Eccl. 45. 18.

d Quo significatur à pontifice tanquam à capite potestatem consecrandi & offerendi derivari in omnes alios sacerdotes.

e basim.

und da alles Volck vor der Thür deß Tabernackels versammlet war/

5. sprach er: diß ist das Wort/ so der HErr zu thun befohlen hat.

6. Und alsbald führete er Aaron mit seinen Söhnen hervor/ und nachdem er sie gewaschen/

7. Zohe er dem Hohenpriester das leinene Unterkleyd an/ und umgürtete ihn mit einer Gürtel/ er zohe ihm auch den himmelblauen seidenen Rock an/ und legte ihm auch darüber das Schulterkleyd an.

8. Das er mit der Gürtel anzohe und fügtets auf das Brustſtuck/ darauf Lehr und Warheit war.

9. Er setzte ihm auch die Priestershaub auf das Haubt: und machte das guldene Blat daran/ gegen der Stirn das zur Heiligung geseegnet war/ wie ihm der HErr befohlen hatte.

10. Er nam auch das Oel der Salbung/ und salbete damit den Tabernackel/ mit ihrer gantzen Gereitschafft:

11. Und nachdem er sie geheiliget hatte/ besprengte er den Altar sibenmahl/ und salbete ihn/ und alle seine Geschirr/ das Wäschfaß mit seinem Fuß heiligte er auch mit Oel.

12. Auch goß er von demselben Oel auf das Haubt Aarons/ und salbete und weyhete ihn:

13. Auch führete er seine Söhn herzu/ bekleydete sie mit leinẽ Röckẽ/ umgürtete sie mit Gürtlẽ u. setzte ihnen Priestershaubẽ auf wie der HErr befohlẽ hatte.

14. Er opfferte auch ein Kalb für die Sünd: und nachdem Aaron und seine Söhn ihre Händ auf deß Kalbs Kopff gelegt/

15. Schlachtete ers: und nam das Blut/ tunckete den Finger darein/ und berührte damit die Hörner deß Altars ringsherum. Und da der Altar gereiniget/ und geheiliget war/ schüttete er das übrige Blut auf den Boden neben dem Altar.

16. Aber das Fett/ so um das Ingeweyd war/ und das Netzlein der Leber/ auch beyde Nierlein mit ihrem Fett/ zündete er an auf dem Altar:

17. Das Kalb mit seinem Fell/ Fleisch und Mist verbrandte er ausserhalb dem Lager/ wie der HErr befohlen hatte.

18. Er opfferte auch einen Widder zum Brandopffer: und als Aaron und seine Söhn ihre Händ auf deß Widders Kopff gelegt/

19. Schlachtete er ihn/ und goß sein Blut rings um den Altar.

20. Und den Widder hieb er zu Stücken/ aber seinen Kopff/ und Glider/ auch das Fett zündete er mit Feur an/

21. Nachdem er zuvor das Ingewend samt den Füssen gewaschen. Also zündete er den gantzen Wid-

der

der zugleich an auf dem Altar/dieweil es ein Brand-opffer war/von überauß süssem Geruch dem HErrn/ wie er ihm befohlen hatte.

22. Auch opfferte er einen andern Widder bey Weyhung der Priester: und Aaron und seine Söhn legten ihre Händ auf desselben Kopff:

23. Als ihn Moyses geschlachtet hatte/ nam er von seinem Blut/ und rührte damit an das äusserste Leplein am rechten Ohr Aarons/ auch den Daumen an seiner rechtẽ Hand/wie ingleichen am rechtẽ Fuß.

24 Er führte auch herzu die Söhn Aarons/ und nachdem er einem jeglichen das äusserste Leplein am rechten Ohr / auch den Daumen an der rechten Hand/ und am rechten Fuß/ mit dem Blut deß geschlachten Widders angerührt/ goß er das übrige auf den Altar rings herum:

25. Aber das Schmaltz/ und den Schweiff/ und alles Fett/ so das Ingeweyd bedecket / auch das Netzlein der Leber / und die zwo Nieren mit ihrem Fett/ und die rechte Schulter / sönderte er ab.

26. Auch nam er auß dem Korb der ungesäurten Brod/ der vor dem HErrn stund/ein ungesäurtes Brod und einen Kuchen / der mit Oel besprenget war/ und einen Fladen/ und legte es auf das Fett/ und auf die rechte Schulter.

27. Und gab das alles zugleich dem Aaron/ und seinen Söhnen. Die hubens auf vor dem HERRN.

28. Darnach nam er es widerum auß ihren Händen/ und zündets an auf dem Altar deß Brand-opffers / darum daß es ein Opffer der Weyhung war/zum süssen Geruch deß Opffers dem HErrn.

29. Und er nam das Brüstlein vom Widder der Weyhung/ und hub es auf vor dem HErrn / und das fiel ihm zu Theil / wie der HERR befohlen hatte.

30. Und er nam die Salb / und das Blut / so auf dem Altar war/ und sprengets auf Aaron/ und auf seine Kleyder/ auch auf seine Söhn/ und auf ihre Kleyder.

31. Und nachdem er sie in ihren Kleydern geheiliget hatte/ befahl er ihnen / und sprach: Kochet das Fleisch vor der Thür deß Tabernackels / und essets daselbst: esset auch das Brod der Weyhung/ das in den Korb gelegt ist/ wie mir der HErr befohlen hat/ da er sagte: Aaron und seine Söhn sollens essen

32. Was aber an Fleisch und Brod übrig bleiben wird/ das soll das Feur verzehren.

33. Ihr sollet auch in siben Tagen auß der Thür

re, eò quòd esset holocaustum suavissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

22. Obtulit & arietem secundum, in consecratione sacerdotum: posuerúntque super caput ejus Aaron & filii ejus manus suas.

23. Quem cùm immolasset Moyses sumens de sanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ *f* Aaron, & pollicem manus ejus dextræ similiter & pedis.

f sc. sacerdos debet audire legẽ Domini.

24. Obtulit & filios Aaron: cúmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus *g* ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum:

g sc. sacerdos debet audita fortiter & velociter exequi.

25. adipem verò, & caudam, omnémque pinguedinem quæ operit intestina, reticulúmque jecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separavit.

26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, & collyridam *h* conspersam oleo, laganúmque, posuit super adipes, & armum dextrum,

h placentã.

27. tradens simul omnia Aaron & filiis ejus. Qui postquam levaverunt ea coram Domino,

28. rursum suscepta de manibus eorum adolevit super altare holocausti, eò quòd consecrationis esset oblatio, in odorem suavitatis, sacrificii *i* Domino.

i sc. igniti ut est in Hebr.

29. Tulitque pectusculum, elevans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.

30. Assuménsque unguentum *k*, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta ejus, & super filios illius ac vestes eorum.

k oleum unctionis.

31. Cúmque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi *l*, & ibi comedite eas: panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens: *m* Aaron & filii ejus comedent eos:

l i. atrii.

m Exod. 29. 32. & 30. 22. & 40 9. & infr. 24. B.

32 quidquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet.

33. De ostio quoque tabernaculi non exi-

exibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ: septem enim diebus finitur consecratio:

34. sicut & impræsentiarum factum est ut ritus sacrificii compleretur.

35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo *n* observantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptum est.

n Hebr. & septuag. addunt septem diebus.

36. Fecerúntq; Aaron & filii ejus cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

Caput IX.

I. Primitias sacrificiorum Aaron celebrat & offert pro se ipso. 8.
II. pro populo, 15.
III. populo benedicit, & gloria Domini apparet, ignisque devorat holocaustum. 23.

Eodem An. 2. ab exitu, die 8. ann. Mundi 2514.

1. FActo autem octavo die, vocavit Moyses Aaron & filios ejus, ac majores natu Israel, dixítque ad Aaron:

a Exod. 29. 1

2. *a* Tolle de armento vitulum pro peccato *b*, & arietem in holocaustum, utrumque immaculatum, & offer illos coram Domino.

b offerendum.

3. Et ad filios Israel loquêris: Tollite hircum pro peccato *c*, & vitulum atque agnum anniculos, & sine macula, in holocaustum,

c offerendum.

4. bovem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes: hodie enim Dominus apparebit vobis.

5. Tulerunt ergo cuncta quæ jusserat Moyses ad ostium tabernaculi: ubi cum omnis multitudo astaret,

6. ait Moyses: iste est sermo quem præcepit Dominus: Facite, & apparebit vobis gloria ejus.

7. Et dixit ad Aaron: accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocaustum, & deprecare *d* pro te & pro populo: cúmque mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus.

d Heb. expia, Chald. propitiare, Deum propitium redde.

I. 8. Statímque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato suo.

9. cujus sanguinem obtulerunt ei filii sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit residuum ad basim ejus.

deß Tabernackels nit gehen / biß auf den Tag/ daß die Zeit euer Weyhung wird erfüllet seyn: Dan die Weyhung wird in siben Tagen vollendet:

34. Wie auch jetziger Zeit geschehen ist / damit die Weiß deß Opffers vollbracht werde.

35. Ihr sollet Tag und Nacht in dem Tabernackel bleiben / und acht haben auf die Wacht deß HErrn/ daß ihr nit sterbet: Dan also ist mirs befohlen.

36. Und Aaron/ und seine Söhn thäten alles / was der HERR durch die Hand Moysis geredet hatte.

Das IX. Capitel.

I. Aaron opffert vor sich selbsten das Söhn= und Brand=Opffer/ 8.
II. Vor das Volck/das Söhn=Brand= und Fridopffer/ 15.
III. Seegnet das Volck/und alsobald fällt das Feur vom Himmel/ und verzehrt die Opffer/ 23.

1. ALs nun der achte Tag kommen war / rieff Moyses dem Aaron und seinen Söhnen / samt den Aeltesten in Israel und sprach zu Aaron:

2. Nimm vom grossen Vieh ein Kalb für die Sünd/ und einen Widder zum Brand=Opffer/ das beydes ohn Mangel ist, und opffere sie vor dem HErrn.

3. Und sprich zu den Kindern Israel: Nehmet einen Bock für die Sünd/ auch ein Kalb / und ein Lamm/ so alle Jährig und ohn Mangel seynd/ zum Brand=Opffer /

4. Auch einen Ochsen / und Widder zum Frid=Opffer: und schlachtet sie zum Opffer vor dem HErrn/ ihr sollet aber in einem jeglichen Opffer Semmelmehl mit Oel besprenget opffern: dan heut wird euch der HErr erscheinen.

5. Also brachten sie alles was Moyses befohlen hatte/ vor die Thür deß Tabernackels / und als die gantze Schaar allda stund/

6. Sprach Moyses: Diß ist das Wort/ das der HErr gebotten hat: Thut also, so wird euch seine Herrlichkeit erscheinen.

7. Und er sprach zu Aaron: Tritt zum Altar/und schlachte ein Opffer für deine Sünd: opffere ein Brandopffer/und bitte für dich und für das Volck: und wan du deß Volcks Opffer geschlachtet hast/ so bitte für sie/ wie der HErr befohlen hat.

I. 8. Und von Stund an tratt Aaron zum Altar / und schlachtete ein Kalb für seine Sünd.

9. Davon brachten ihm seine Söhn das Blut: und er tunckte seinen Finger darein/ und berührete die Hörner deß Altars/ und das übrige goß er auß auf den Boden neben dem Altar.

10. Und das Fett / wie auch die Nierlein / und das Netzlein der Leber/die für die Sünd seynd/zündete er auf dem Altar an / wie der HErr Moysi befohlen hatte:

11. Aber sein Fleisch / samt dem Fell verbrandte er mit Feur ausserhalb dem Lager.

12. Er schlachtete auch das Brand-Opffer: und seine Söhn brachten ihm das Blut davon / das er rings herumb auf den Altar goß.

13. Sie brachten ihm auch das Opffer selbst / wie es zu Stücken zerhauen war mit dem Kopf/ und allen Glidern/ das alles verbrandte er mit Feuer auf dem Altar /

14. Nachdem er zuvor das Ingeweyd / und die Füß mit Wasser gewaschen.

II. 15. Er thäte auch ein Opffer für die Sünd deß Volcks/ und schlachtete einen Bock: und nachdem er den Altar gereiniget/

16. Opfferte er das Brand-Opffer /

17. Auch thäte er zu dem Opffer die Tranck-Opffer/ welche zugleich geopffert werden/ und zündete sie auf dem Altar an/ ohn die Ceremonien deß Brandopffers/ das man deß Morgens opffert.

18. Darnach schlachtete er einen Ochsen/ und einen Widder zum Fridopffer deß Volcks: und seine Söhn brachten ihm das Blut / das er auf dem Altar rings herum goß.

19. Aber das Fett vom Ochsen/ und den Schweiff vom Widder/ und die Nierlein mit ihrem Fett/ und das Netzlein der Leber /

20. Legten sie auf die Brüst: Und nachdem das Fett auf dem Altar verbrandt war/

21. Sönderte Aaron ihre Brüst ab/und ihre rechte Schultern/ und hub sie auf vor dem HErrn / wie Moyses befohlen hatte.

22. Und er streckte seine Händ auß zum Volck/ und seegnete es. Und nachdem er also die Schlacht-Opffer für die Sünd/ auch die Brand-Opffer und Frid-Opffer vollendet hatte / gieng er hinab.

III. 23. Aber Moyses und Aaron giengen hinein in den Tabernackel deß Zeugnuß/ und da sie folgends widerum herauß kamen / seegneten sie das Volck. Und die Herrlichkeit deß HErrn offenbahrete sich der gantzen Schaar:

24. Und sihe/ das Feur gieng aus vom HErrn/ und verzehrete das Brand-Opffer / und das Fett/ das auf dem Altar war. Da solches das gemeine Volck sahe/ lobeten sie den HErrn/und fielen nider auf ihr Angesicht.

10. Adipémque & renunculos, ac reticulum jecoris, quæ sunt pro peccato, adolevit *e* super altare, sicut præceperat Dominus Moysi:

e adolendo posuit, nam posteà descendit ignis.

11. carnes verò & pellem ejus extra castra combussit igni.

12. Immolavit & holocausti victimam: obtulerúntq; ei filii sui sanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum.

detulit, & demisit in castra itinere quantũ
uno die confici potest, ex omni parte cas-
trorum, per circuitum, volabántque in
aëre duobus cubitis altitudine super terrã.
32. Surgens ergo populus toto die
illo, & nocte, ac die altero, congre-
gavit coturnicum, qui parum, decem
coros: & siccaverunt eas per gyrum cas-
trorum.
33. *x* Adhuc carnes erant in dentibus
eorum, nec defecerat *y* hujuscemodi ci-
bus: & ecce furor Domini concitatus
in populum, percussit eum plaga mag-
na nimis.
34. Vocatúsque est ille locus, Sepul-
chra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt
populum qui desideraverat. Egressi au-
tem de sepulchris concupiscentiæ, vene-
runt in Haseroth, & manserunt ibi.

q Isai. 59. 1.
r i. potentia
s i. prophetare, quoties opus fuit:
t ex humilitate.
u Psal. 77. 26 & 27. Vide suppeditationem aliam coturnicum *Exod.* 16. 12.
x Psal. 77. 30.
y Heb. necdum concisus. sc. dentibus.

sey? oder sollen alle Fisch deß Meers zusammen ge-
bracht werden/ daß sie diß Volck sättigen?
23. Der HErr antwortet ihm: Ist dan die
Hand deß HERRN unmächtig? Jetzt solst du
sehen / ob mein Wort mit der That erfüllet
werde.
24. Also kam Moyses/ und erzehlete dem Volck
die Wort deß HErrn/ und sammlete sibentzig
Männer von den Alten in Israel/ und stellete sie
um den Tabernackel.
25. Und der HErr fuhr herab in der Wolcken/
und redte mit ihm/ und nahm von dem Geist/ der
in Moyse war/ und gab es den sibentzig Männern.
Und da der Geist auf ihnen ruhete/ weissagten sie/
und höreten nit auf.
26. Es waren aber zween Männer im Lager bli-
ben/ dern einer ward Eldad genannt / der ander
Medad/ auf welchen der Geist auch ruhete: dan sie
waren auch eingeschriben/ und waren doch nit zu
dem Tabernackel hinauß gangen.
27. Und als sie im Lager weissagten/ lieff ein
Knab hin / und sagets dem Moysi an / und
sprach: Eldad und Medad weissagen im La-
ger.
28. Darauf sagte alsbald Josue / der Sohn
Nun/ Moyses Diener/ der auß vilen erwehlet war:
Mein HErr Moyses/ verbiet es ihnen.
29. Er aber sprach: Was eyfferst du für mich?
Wer möchte geben/ daß alles Volck weissagete/ und
der HErr ihnen seinen Geist gäbe?
30. Also kehrete Moyses / und die Aelteste in
Israel widerum zum Lager.
VI. 31. Es gieng aber ein Wind auß von dem
HErrn/ der hub über Meer Wachtlen auf / und
brachte sie/ und ließ sie nider ins Lager so fern / als
man in einem Tag reisen möchte / an allen Seiten
deß Lagers rings herum / flogen sie in der Lufft/
zwo Elen hoch über der Erden.
32. Da machte sich das Volck auf den gantzen
Tag/ und die Nacht/ auch den andern Tag / und
sammleten Wachtlen/ der am wenigsten sammlet/
hatte zehen Cor / und sie dörreten sie rings um das
Lager.
33. Als nun das Fleisch noch zwischen ihren
Zähnen war/ und ehe dan dieselbige Speiß aufhö-
rete: sihe/ da ward der Grimm deß HErrn wider
das Volck erwecket / und Er schlug sie mit einer
sehr grossen Plag.
34. Und die Statt ward genannt: die Gräber
deß bösen Lusts: dan allda haben sie das Volck
begraben/ das sich hat gelüsten lassen. Sie zohen
aber von den Gräbern deß bösen Lusts/ und kamen
gen Haseroth/ und bliben daselbst.

Das

Das XII. Capitel.

I. Maria/ die Schwester Moyse/ wird aussätzig wegen ihres murrens wider Moysen/ 1.

II. Moyses bettet darfür/ und sie wird nach siben Tagen gesund/ 13.

1. UNd Maria und Aaron redeten wider Moysen/ um seines Weibs willen der Morin.

2. Und sprachen: Hat dan der HERR allein durch Moysen geredt? hat er nit auch eben so wohl mit uns geredt? Und der HERR hörete das/

3. (Moyses aber war der allersanfftmüthigste Mann/ über alle Menschen/ die auf dem Erdboden wohneten)

4. Und alsbald sprach er zu ihm/ auch zu Aaron und Maria: Gehet ihr drey allein hinauß zu dem Tabernackel deß Bunds. Und nachdem sie hinauß gangen waren/

5. Kam der HErr hinab in einer Wolckensaulen/ und stund im Eingang deß Tabernackels/ und rieff Aaron und Maria. Und da sie kamen/

6. Sprach er zu ihnen: Höret meine Wort: Ist jemand unter euch ein Prophet deß HErrn/ dem wil ich im Gesicht erscheinen/ oder ich wil im Traum mit ihm reden.

7. Aber nit also mein Knecht Moyses/ der in meinem gantzen Hauß der allergetreueste ist.

8. Dan mit ihm rede ich von Mund zu Mund: er sihet auch den HErrn offenbarlich/ und nit durch tunckle Wort u. Figurē. Warum habt ihr euch dan nit geförchtet wider meinē Knecht Moysen zu reden?

9. U. d' HErr ward zornig über sie/ u. gieng hinweg.

10. Auch gab sich die Wolck hinweg/ die über den Tabernackel war: und sihe/ Maria war vom Außsatz so weiß anzusehen/ wie der Schnee. Da sie nun Aaron ansahe/ und merckte/ daß sie mit Aussatz überschüttet war/

11. Sprach er zu Moyse: ich bitte/ mein Herr/ lege die Sünd nit auf uns/ die wir unweißlich begangen haben:

12. Damit dise nit einem Todten gleich werde/ und einer unzeitigen Frucht/ die von ihrer Mutter Leib hinweggeworffen wird: sihe/ die Halbscheid ihres Fleischs ist schon vom Aussatz gefressen.

II. 13. Und Moyses rieff zum HErrn/ und sprach: O GOtt/ ich bitte/ du wollest sie gesund machen.

14. Und der HErr antwortet ihm: Wan ihr Vatter ins Angesicht ihr gespeyet hätte/ solte sie alsdan nit zum geringsten siben Tag lang schamroth seyn? Man söndere sie siben Tag lang ab auß dem Lager/ und darnach sol sie wider geruffen werden.

CAPUT XII.

I. Aaron & Maria in mitissimum Moysen murmurant, apud quos Deus Moysen laudat à familiaritate erga Dominum. 1.

II. Maria lepra percussa, & septem diebus à populo separata, sanitati restituitur. 13.

1. LOcutáque *a* est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem ejus Æthiopissam, *b*

2. & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quòd cùm audisset Dominus,

3. (erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra)

4. statim locutus est ad eum, & ad Aaron & Mariam: Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cúmque fuissent egressi,

5. descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cùm issent,

6. dixit ad eos. Audite sermones meos: Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione *c* apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

7. At non talis servus meus Moyses, *d* qui in omni domo mea fidelissimus est:

8. *e* ore enim ad os *f* loquor ei: & palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi?

9. Iratúsque contra eos, abiit:

10. nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit *g* candens lepra quasi nix. Cúmque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra,

11. ait ad Moysen: obsecro Domine mi, ne imponas *h* nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,

12. ne fiat hæc quasi mortua, & ut abortivum quod projicitur de vulva matris suæ: ecce jam medium carnis ejus devoratum est à lepra.

II. 13. Clamavítque Moyses ad Dominum, dicens: Deus, obsecro, sana eam.

14. Cui respondit Dominus: Si pater ejus spuisset in faciem illius *i*, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi *k*? Separetur septem diebus extra castra, & postea revocabitur.

a Eodem An. 2514.

b Sephoram videlicet, Madianitidem, ex Æthiopia orientali, sive Arabia ab eo ductam.

c sc. ecstasi.

d Hebr. 3. 2.

e Exod. 33. 11.

f familiariter.

g Deut. 24. 9.

h q. d. ignosce.

i q. d. quantomagis, cùm lepra velut sputo eam perfuderim ego.

k præ rubore non comparere.

15. Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus: & populus non eſt motus de loco illo, donec revocata eſt Maria.

CAPUT XIII.

I. Miſſi exploratores ad conſiderandam terram promiſſionis, 4.
II. Palmitem cum botro aliiſque fructibus in fertilitatis ſignum referunt; 24.
III. Sed univerſi, præter Caleb & Joſue, murmur in populo concitant, 29.
IV. Caleb conatur murmur compeſcere. 31.

a Eodem an. 2514. ab exitu 2. & menſe 4.

1. PRofectúſque *a* eſt populus de Haſeroth, fixis tentoriis in deſerto Pharan.

2. Ibíque locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

3. Mitte viros, qui conſiderent Terram Chanaan, quam daturus ſum filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus.

I. 4. Fecit Moyſes quod Dominus imperaverat, de deſerto Pharan *b* mittens principes viros, quorum iſta ſunt nomina.

b ſive Cadesbarne. *Inf.* 27. *Inf.* 32. 8. *Deut.* 1. 22. & 9. 23. *Joſ.* 14. 7.

5. De tribu Ruben, Sammua filium Zechur.

6. De tribu Simeon, Saphat filium Huri.

7. De tribu Juda, Caleb filium Jephone.

8. De tribu Iſſachar, Igal filium Joſeph.

9. De tribu Ephraïm, Oſee filium Nun *c*.

c 70. Nave.

10. De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu.

11. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi.

12. De tribu Joſeph, ſceptri *d* Manaſſe, Gaddi filium Suſi.

d Chald. ex tribu.

13. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.

14. De tribu Aſer, Sthur filium Michaël.

15. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapſi.

16. De tribu Gad, Guel filium Machi.

17. Hæc ſunt nomina virorum, quos miſit Moyſes ad conſiderandam terram: Vocavítque Oſee filium Nun, Joſue *e*.

e ſive Joſu. *Act.* 7. 45. & *Heb.* 4. 8.

15. *Alſo ward Maria ſiben Tag lang auß dem Lager geſchloſſen / und das Volck hat ſich von dem Ort nit beweget / biß Maria widerum iſt eingefordert worden.

Das XIII. Capitel.

I. Moyſes ſchickt zwölff Kundſchaffter / das gelobte Land zu beſichtigen / 4.
II. Sie bringen mit ſich ein groſſe Trauben / 24.
III. Erzehlen von Stärcke der Inwohner deß Lands / und machen das Volck zaghafft / 29.
IV. Caleb unterſteht ſich deß Volcks Murren zu ſtillen / 31.

1. UNd das Volck zoge von Haſeroth / und ſchlug die Gezelt auf in der Wüſte Pharan.

2. Da redet der HERR mit Moyſe / und ſprach:

3. Schicke Männer auß / die das Land Chanaan beſichtigen / das ich den Kindern Iſrael geben werde: auß jeglichem Stammen einen Mann / von den Oberſten.

I. 4. Und Moyſes thäte / was der HErr befohlen hatte / und ſchickte auß der Wüſte Pharan vornehme Männer / und waren diß ihre Namen:

5. Auß dem Geſchlecht Ruben / Samua / den Sohn Zechur.

6. Auß dem Geſchlecht Simeon / Saphat den Sohn Huri.

7. Auß dem Geſchlecht Juda / Caleb den Sohn Jephone.

8. Auß dem Geſchlecht Iſſachar / Igal den Sohn Joſeph.

9. Auß dem Geſchlecht Ephraim / Oſee den Sohn Nun.

10. Auß dem Geſchlecht Benjamin / Phalti den Sohn Raphu.

11. Auß dem Geſchlecht Zabulon / Geddiel den Sohn Sodi.

12. Auß dem Geſchlecht Joſeph vom Stammen Manaſſe / Gaddi den Sohn Suſi.

13. Auß dem Geſchlecht Dan / Ammiel den Sohn Gemalli.

14. Auß dem Geſchlecht Aſer / Sthur den Sohn Michael.

15. Auß dem Geſchlecht Nephthali / Nahabi den Sohn Vapſi.

16. Auß dem Geſchlecht Gad / Guel den Sohn Machi.

17. Diß ſeynd die Namen der Männer / welche Moyſes außſchickte / das Land zubeſehen: und Oſee den Sohn Nun nannte er Joſue.

18. Also sandte sie Moyses das Land Chanaan zu beschauen / und sprach zu ihnen: Ziehet hinauf gegen Mittag / und wan ihr zu den Bergen kommet /

19. So nehmet die Kundschafft ein / was es vor ein Land sey: besehet auch das Volck / das darin wohnet / ob es starck / oder schwach: wenig an der Zahl / oder groß sey:

20. Auch das Land selbst, ob es gut oder böß sey: was es für Städt hab / ob sie bemauret / oder ohn Mauren seyn /

21. Wie die Erd geschaffen sey / ob sie Fett oder unfruchtbar sey / ob Bäum darin seyn / oder nit. Seyd Mannhafft / und bringet uns mit von den Früchten deß Lands. Es war aber um die Zeit / daß man die frühzeitige Trauben essen kunte.

22. Und als sie hinauf gezogen waren / verkundschaffteten sie das Land / von der Wüste Sin / biß gen Rohob / da man gen Emath gehet.

23. Und sie giengen hinauf gegen Mittag / und kamen gen Hebron / wo Achiman und Sisai / und Tholmai / die Söhn Enac waren: dan Hebron ist siben Jahr vor Tanim der Stadt in Egypten erbauet worden.

II. 24. Und sie zogen fort biß an den Traubenbach: da schnitten sie eine Reben ab mit seinem Trauben / den zween Männer an einer Stangen trugen: auch brachten sie von den Granatäpfflen und Feigen desselben Orts mit:

25. Der Nehelescol / das ist / Bach deß Traubens genannt worden / darum / daß die Kinder Israel einen Trauben von dannen getragen haben.

26. Und die Kundschaffter deß Lands kamen wider nach viertzig Tagen / als sie die gantze Landschafft umzogen hatten /

27. Und sie kamen zu Moyse und Aaron / und zu der gantzen Gemein der Kinder Israel in der Wüste Pharan / die zu Cades ist. Und sie redeten mit ihnen / und mit der gantzen Schaar / sie zeigeten ihnen auch die Früchten deß Lands.

28. Und erzehleten ihnen / und sprachen: Wir seynd in das Land kommen / zu welchem du uns gesand hast / das fürwahr von Milch und Honig fliesset / wie auß disen Früchten mag erkannt werden:

III. 29. Aber es hat gar starcke Einwohner / auch grosse und bemaurte Städt. Wir haben da gesehen die Kinder Enac.

30. Amalec wohnet gegen Mittag / die Hethiter / und Jebusiter / und Amorrhiter / wohnen auf dem Gebirg: aber die Chananiter wohnen am Meer / und an dem Strom deß Jordans herum.

18. Misit ergo eos Moyses ad considerandam Terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cúmque veneritis ad montes,

19. considerate terram, qualis sit, & populum qui habitator est ejus, utrùm fortis sit an infirmus: si pauci numero an plures:

20. ipsa terra, bona an mala: urbes quales, muratæ an absque muris:

21. humus, pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando jam præcoquæ *f* uvæ vesci possunt.

22. *g* Cúmque ascendissent, exploraverunt Terram à deserto Sin, usque Rohob intrantibus Emath.

23. Ascenderúntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, ubi erant *h* Achiman & Sisai & Tholmai filii Enac *i*: nam Hebron septem annis ante Tanim urbem Ægypti condita est.

II. 24. *k* Pergentésque usque ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum uva sua *l*, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt:

25. qui appellatus est Nehelescol, id est, Torrens botri, eò quòd botrum portassent inde filii Israel.

26. *m* Reversíque exploratores Terræ post quadraginta dies, *n* omni regione circuitâ,

27. venerunt ad Moysen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades *o*. Locutíque eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ:

28. & narraverunt, dicentes: Venimus in Terram, ad quam misisti nos, quæ reverà fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest:

III. 29. sed cultores fortissimos habet, & urbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi.

30. Amalec habitat in meridie, Hethæus & Jebusæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur juxta mare & circa fluenta Jordanis.

f i. præcoces.
g Mense 5. anni 2. ab exitu.
h Jos. 15. 14.
i i. Gigantum.
k Deut. 1. 24.
l Hebr. & 70. botro uno.
m Deut. 1. 24.
n Mense 6. anni 2. ab exitu circa finem.
o Jos. 14. dicitur Cades-Barne.

IV. 31. Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam.

32. Alii verò, qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est.

33. Detraxerúntque Terræ, quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes: Terra, quam lustravimus, devorat *p* habitatores suos: populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est.

p i. occidit, seu insalubris est.

34. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

IV. 31. Immittelst stillete Caleb das Gemurmel deß Volcks / das sich wider Moysen erhub / und sprach: Lasset uns hinauf ziehen / und das Land einnehmen / dan wir können seiner wohl mächtig werden.

32. Aber die andere / welche mit ihm gewesen waren / sprachen: Wir vermögen keines Weegs wider diß Volck hinauf zu ziehen / dan es ist stärcker / als wir.

33. Und sie machten dem Land / das sie besehen hatten / ein böß Geschrey bey den Kindern Israel / und sprachen: Das Land das wir besichtiget haben / frisset seine Einwohner: das Volck / das wir gesehen haben / ist von grosser Länge.

34. Wir haben auch allda etliche ungeheure grosse Leuth gesehen der Kinder Enac vom Geschlecht der Risen: und wir waren gegen sie anzusehen wie Heuschrecken.

CAPUT XIV.

I. Murmur populi, 1.
II. Frustra sedare conantur Josue & Caleb. 6.
III. Iratum Dominum placat Moyses: 12.
IV. Omnes morti in deserto addicuntur præter Caleb & Josue; 22.
V. Pugnantes Israelitæ contra Domini voluntatem caduntur ab hostibus. 45.

1. IGitur vociferans omnis turba flevit nocte illâ *a*,

a sc. sequenti.

2. & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filii Israel, dicentes:

3. Utinam mortui essemus in Ægypto: & in hac vasta solitudine utinam pereamus, & non inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio, & uxores ac liberi nostri ducantur captivi. Nonne melius est reverti in Ægyptum?

4. Dixerúntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum,

5. Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel.

II. 6. *b* At verò Josue filius Nun, & Caleb filius Jephone, qui & ipsi lustraverant terram, sciderunt vestimenta sua,

b Eccli. 46. 9. 1. Mach. 2. 55. 56.

7. & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circuivimus, valde bona est.

8. Si propitius fuerit Dominus, inducet

Das XIV. Capitel.

I. Deß Volcks Aufruhr / 1.
II. Caleb und Josue widersetzen sich / 6.
III. GOtt wil das Volck straffen; Moyses bittet die Straff ab / 12.
IV. Die Straff wird gelindert / 22.
V. Und Israel von den Amaleciter geschlagen / 45.

1. DA hub die gantze Gemein an zu schreyen / und weinete die Nacht über /

2. Und alle Kinder Israel murreten wider Moysen und Aaron / und sprachen:

3. Ach daß wir in Egypten gestorben wären / oder daß wir nochmahl umkämen in diser wüsten Einöde / und daß uns der HErr in das Land nit führe / damit wir nit durchs Schwerdt fallen / und unsere Weiber und Kinder gefangen hinweg geführet werden. Ists nit besser / wir ziehen widerum zuruck in Egypten?

4. Und einer sprach zum andern: Lasset uns einen Haubtmann über uns aufwerffen / und widerum kehren in Egypten.

5. Da das Moyses und Aaron hörete / fielen sie nider zur Erden auf ihr Angesicht / vor der gantzen Meng der Kinder Israel.

II. 6. Aber Josue / der Sohn Nun / und Caleb / der Sohn Jephone / welche das Land auch besichtiget hatten / zerrissen ihre Kleyder /

7. Und sprachen zu der gantzen Gemein der Kinder Israel: Das Land / das wir umzogen haben / ist sehr gut.

8. Wan uns der HErr gnädig seyn wird / so

wird er uns hinein führen / und wird uns das Land einraumen / das von Milch und Honig fliesset.

9. Seyd nit muthwillig wider den HErrn/und förchtet euch nit vor dem Volck dises Lands / dan wir können sie/wie Brod essen: es ist all ihr Schutz von ihnen gewichen: der HErr ist mit uns / förchtet euch nit.

10. Als aber die gantze Gemein ein Geschrey machete/ und wolte sie steinigen/ erschiene die Herrlichkeit deß HErrn über dem Dach deß Bunds / allen Kindern Israel.

11. Und der HErr sprach zu Moyse: Wie lang sol mich diß Volck lästern? Wie lang wollen sie mir nit glauben / bey allen Zeichen / die ich vor ihren Augen gethan habe?

III. 12. Darum wil ich sie mit Pestilentz schlagen / und vertilgen; aber dich wil ich zu einem Fürsten machen über ein groß Volck / das stärcker ist / als diß Volck.

13. Und Moyses sprach zum HErrn: Daß es die Egypter hören / von welchen du mitten herauß diß Volck geführet hast /

14. Auch die Inwohner dises Lands/ welche gehöret haben daß du/HErr/ unter disem Volck bist/ und von Angesicht zu Angesicht gesehen wirst / und daß sie deine Wolck bedecket / und daß du deß Tags in einer Wolckensaul / und deß Nachts in einer Feursaul vor ihnen hergehest:

15. Daß du eine so grosse Mäng erschlagen habest / wie einen Menschen/ und daß sie sagen:

16. Er kunte das Volck in das Land nit bringen/ daß er ihnen mit einem Eyd verheissen hat/ darumb hat er sie in der Wüste getödtet.

17. So laß nun die Stärcke deß HErrn groß werden / wie du geschworen hast / und gesprochen:

18. Der HErr ist gedultig / und von grosser Erbarmung / er nimmt die Sünd und Missethat hinweg / und lasset niemand ungestraffet bleiben / der du heimsuchest die Sünd der Vätter an den Kindern/ biß ins dritte und vierdte Geschlecht.

19. Ich bitte dich / verzeyhe die Missethat dises Volcks / nach der Grösse deiner Barmhertzigkeit / wie du ihnen gnädig gewesen bist von dem Außgang auß Egypten / biß zu disem Ort.

20. Und der HErr sprach: Ich habs vergeben nach deinem Wort.

21. So wahr ich lebe/sol die gantze Welt mit der Herrlichkeit deß HErrn erfüllet werden.

IV. 22. Aber alle Menschen / welche meine Majestät, und die Zeichen gesehen haben/die ich in Egypten/ und in der Wüste gethan habe / und mich nun

---

nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem.

9. Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum Terræ hujus, quia sicut panem ita eos possumus devorare: recessit ab eis omne præsidium *c*: Dominus nobiscum est, nolite metuere.

10. Cúmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis cunctis filiis Israel.

11. Et dixit Dominus ad Moysen: Usquequò detrahet *d* mihi populus iste? Quousque non credent mihi, in omnibus signis quæ feci coram eis?

III. 12. Feriam igitur eos pestilentiâ, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est.

13. Et ait Moyses ad Dominum: Ut audiant Ægyptii, de quorum medio eduxisti populum istum,

14. & habitatores terræ hujus, qui audierunt quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, *e* & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem:

15. quòd occideris tantam multitudinem quasi unum hominem, & dicant:

16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua juraverat: *f* idcircò occidit eos in solitudine.

17. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut jurasti, dicens:

18. *g* Dominus patiens & multæ misericordiæ, *h* auferens iniquitatem & scelera, nullúmque innoxium derelinquens, *i* qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

19. Dimitte, obsecro, peccatum populi hujus secundùm magnitudinē misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egrediētibus de Ægypto usque ad locum istum.

20. Dixitque Dominus: Dimisi *k* juxta verbum tuum.

21. Vivo ego: & implebitur gloriâ Domini universa terra.

IV. 22. Attamen omnes homines qui viderunt majestatem *l* meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentaverunt

c Hebr. umbra, sc. protegens eos.

d Hebr. irritabit me.

e Exod. 13. 21.

f Exod. 32. 28.

g Psalm. 102. 8.

h Exod. 34. 7.

i Exod. 20. 5.

k q. d. non puniam.

l Hebr. gloriam.

m plures.

verunt me jam per decem *m* vices, nec obedierunt voci meæ,

n Deut. 1. 35.

23. *n* non videbunt Terram pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.

o Joſ. 14. 6.
p ſc. meliore.

24. *o* Servum meum Caleb, qui plenus alio ſpiritu *p* ſecutus eſt me, inducam in Terram hanc, quam circuivit: & ſemen ejus poſſidebit eam.

q latentes in inſidiis.

25. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus *q*. Cras movete caſtra, & revertimini in ſolitudinem per viam Maris rubri.

26. Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens:

27. Usquequò multitudo hæc peſſima murmurat contra me? querelas filiorum Iſrael audivi.

28. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dominus: ſicut locuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis.

r Pſal. 105. 26. Num. 26. 65. & 32. 10.
s Deut. 1. 35.

29. *r* In ſolitudine hac jacebunt cadavera veſtra. Omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmuraſtis contra me,

30. *s* non intrabitis Terram, ſuper quam levavi manum meam ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone, & Joſue filium Nun.

31. Parvulos autem veſtros, de quibus dixiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam: ut videant Terram, quæ vobis diſplicuit.

t dabunt pœnas infidelitatis veſtræ ſeu defectionis à Deo.
u Ezech. 4. 6.
x Pſal. 94. 10.
y Ab Exodo ſcilicet numerandis. *Vide* Num. 32. 13.

32. Veſtra cadavera jacebunt in ſolitudine.

33. Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt *t* fornicationem veſtram, donec conſumantur cadavera patrum in deſerto,

34. juxta numerum quadraginta dierum, quibus conſideraſtis Terram: *u* annus pro die imputabitur. *x* Et quadraginta *y* annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis ultionem meam:

35. quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam omni multitudini huic peſſimæ, quæ conſurrexit adverſum me: in ſolitudine hac deficiet, & morietur.

z 1. Cor. 10. 10. Hebr. 3. 17. Judæ. 1. 5.

36. *z* Igitur omnes viri, quos miſerat Moyſes ad contemplandam Terram, & qui reverſi murmurare fecerant contra

zehenmahl verſucht haben/ und ſeynd meiner Stim̃ nit gehorſam geweſen/

23. Die ſollen das Land nit ſehen/ daß ich ihren Vättern mit einem Eydſchwur verheiſſen hab / keiner von denen ſol es anſchauen / die böſes von mir geredet haben.

24. Aber meinen Knecht Caleb / der mit einem andern Geiſt erfüllet / und mir gefolget iſt / wil ich in diß Land führen/ das er umgangen hat/ und ſein Saamen ſol es beſitzen.

25. Dan die Amaleciter/ und Chananiter wohnen in den Thäler. Morgen ſollet ihr mit dem Lager aufbrechen / und widerum in die Wüſte ziehen/ deß Weegs nach dem rothen Meer.

26. Und der HERR redet mit Moyſe / und Aaron/ und ſprach:

27. Wie lang ſol diſe ſehr boßhafftige Gemein wider mich murren? Jch habe die Klag der Kinder Jſrael gehöret.

28. Derwegen ſage ihnen : ſo wahr ich lebe/ ſpricht der HErr: wie ihr geſagt habt in meinem Anhören / alſo wil ich euch thun.

29. Eure Leichnam ſollen in diſer Wüſte ligen. Keiner von euch allen/ die ihr von zwantzig Jahren/ und darüber gezehlet ſeyd / und gemurret habt wider mich /

30. ſol in das Land kommen / darüber ich meine Hand hab aufgehoben / euch darin wohnen zu laſſen; außgenommen Caleb / der Sohn Jephone / und Joſue / der Sohn Nun.

31. Aber eure kleine Kinder / von welchen ihr geſagt habt / daß ſie den Feinden zum Raub werden ſolten / die wil ich hinein führen: damit ſie das Land ſehen / das euch nit gefallen hat.

32. Und eure Leichnam ſollen in der Wüſte ligen.

33. Aber eure Kinder ſollen viertzig Jahr lang hin und wider in der Wüſte ſchweben / und ſollen eure Hurerey tragen / biß die Leiber der Vätter in der Wüſte verzehret werden/

34. Nach der Zahl der viertzig Tag / in welchen ihr das Land beſichtiget habt: ſol ein Jahr für einen Tag gerechnet werden. Viertzig Jahr lang ſol euch eure Boßheit vergolten werden/ und ihr ſollet mein Rach erkennen:

35. Dan wie ich geredet hab / alſo wil ich diſer gantzen boßhafftigſten Schaar thun die ſich wider mich aufgelehnet hat : ſie ſol in diſer Wüſte dahin gehen/ und ſterben.

36. Demnach alle Männer/ die Moyſes außgeſandt hatte / das Land zu beſichtigen / und die nach ihrer Widerkunfft den gantzen Hauffen wider ihn

zu

zu murren bewegt hatten / weil sie übel davon geredet haben / daß es ein böses Land wäre/
37. Dise alle seynd gestorben / und geschlagen vor dem Angesicht deß HErrn.
38. Aber Josue der Sohn Nun/und Caleb/der Sohn Jephone / bliben im Leben von allen denen / die hingereiset waren / das Land zu verkundschafften.
39. Und Moyses redet alle dise Wort zu allen Kindern Israel / und das Volck ward über die Maß traurig.
40. Und sihe / sie machten sich auf am Morgen früh/zogen hinauf oben auf den Berg/und sprachen: Wir seynd bereit zu dem Ort hinauf zu ziehen / davon der HErr geredet hat: dan wir haben gesündiget.
41. Und Moyses sprach zu ihnen: Warum übertrettet ihr das Wort deß HErrn/ das euch nit wol bekommen wird?
42. Ziehet nit hinauf: dan der HErr ist nit mit euch / damit ihr nit zu boden fallet vor euren Feinden.
43. Die Amaleciter und Chananiter seynd vor euch / durch ihr Schwerdt werdet ihr fallen/ dieweil ihr deß HErrn Rath nit habt folgen wollen / so wird auch der HErr nit mit euch seyn:
44. Sie waren aber verblendt / und zogen auf die Höhe deß Bergs. Aber die Arch deß Bunds deß HErrn / und Moyses zogen nit auß dem Lager.
V. 45. Da kamen die Amaleciter und Chananiter hinab/ die auf dem Gebirg wohneten/ und sie schlugen/ und zerhieben sie / und verfolgeten sie biß gen Horma.

eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala,
37. mortui sunt *a* atque percussi in conspectu Domini.
38. Josue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam Terram.
39. Locutúsque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis.
40. Et ecce manè primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est: quia peccavimus.
41. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum?
42. *b* Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris.
43. Amalecites & Chananæus ante vos sunt quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquiescere *c* Domino, nec erit Dominus vobiscum.
44. At illi contenebrati *d* ascenderunt in verticem montis, Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris.
V. 45. Descendítque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos usque Horma.

a sc. vel tunc vel posteà.

b *Deut.* 1. 42.

c 70. obedire, Chald. colere Dominum.

d Chald. impiè egerunt, ut ascenderent.

Das XV. Capitel.

I. Wie die Opffer sollen zugericht werden/ 4.
II. Die Erstling der Früchten / 18.
III. Straff und Opffer für die Sünd aus Unwissenheit / 22.
IV. Der am Sabbath Holtz gesammlet/ wird versteiniget/ 32.
V. Gebott von den Säumen an den Kleydern/ 37.

1. Und der HERR redet zu Moyse / und sprach:
2. Rede mit den Kindern Israel und sprich zu ihnen: Wan ihr nun in das Land eurer Wohnung kommen seyd/ das ich euch geben wil /
3. Und ihr dem HErrn ein Opffer thut zum Brand-Opffer / oder Schlacht-Opffer / daß ihr Gelübd bezahlet / oder sonst freywillige Gaaben

Caput XV.

I. Quæ libamenta ingressis terram offerenda sint, 4.
II. Primitiæ separandæ, 18.
III. Pœna peccati per ignorantiam aut superbiam commissi, 22.
IV. Lapidatur qui Sabbato ligna collegit. 32.
V. Fimbriæ ac vittæ per quatuor angulos palliorum ponendæ. 37.

1. Locutus est Dominus ad Moysen dicens:
2. *a* Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cùm ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis,
3. & feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota solventes, vel sponte offerentes munera, aut

a Quæ hic habentur & 4. seq. cap. videntur referenda ad stationem Cadesbarne ubi multo tempore consedisse dicuntur. *Deut.* 1. 46 vel ad proximè sequentes stationes.

aut in ſolemnitatibus veſtris adolentes odorem ſuavitatis Domino, de bobus ſive de ovibus:

I. 4. offeret quicunque immolaverit victimam, ſacrificium ſimilæ, decimam partem ephi, conſperſæ oleo, quod menſuram habebit quartam partem hin:

5. & vinum ad liba fundenda ejuſdem menſuræ dabit in holocauſtum ſive in victimam. Per agnos ſingulos

b i. ſingulos. 6. & arietes *b* erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum, quæ conſperſa ſit oleo tertiæ partis hin:

7. & vinum ad libamentum tertiæ partis ejuſdem menſuræ offeret in odorem ſuavitatis Domino.

8. Quando verò de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiam, ut impleas votum vel pacificas victimas,

9. dabis per ſingulos boves ſimilæ tres decimas conſperſæ oleo, quod habeat medium menſuræ hin:

10. & vinum ad liba fundenda ejuſdem menſuræ in oblationem ſuaviſſimi odoris Domino.

11. Sic facies

12. per ſingulos boves & arietes & agnos & hœdos.

13. Tam indigenæ quàm peregrini

14. eodem ritu offerent ſacrificia.

15. Unum præceptum erit atque judicium tam vobis quàm advenis terræ.

16. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens:

17. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos:

II. 18. Cùm veneritis in terram, quam dabo vobis,

19. & comederitis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domino

c ſc. partem. 20. de cibis veſtris *c*. Sicut de areis primitias ſeparatis,

21. ita & de pulmentis dabitis primitiva Domino.

III. 22. Quòd ſi per ignorantiam præterieritis quidquam horum, quæ locutus eſt Dominus ad Moyſen,

23. & mandavit per eum ad vos, à die quâ cœpit jubere & ultra,

opffert / oder daß ihr auf euren Festtagen / von Rindern oder Schaafen dem HErrn einen süssen Geruch anzündet:

I. 4. Alsdan sol ein jeglicher der sein Opffer schlachtet / auch ein Opffer thun von Semmelmehl / den zehenden Theil vom Ephi / mit Oel besprengt / und deß Oels sol an der Maaß ein vierdter Theil vom Hin seyn:

5. Er sol auch Wein zum Tranckopffer in derselbigen Maaß geben / über das Brandopffer / oder Schlachtopffer zu giessen. Bey einem jeglichen Lam

6. Und Widder sol ein Opffer seyn von zweyen Zehenden Semmelmehls / welches mit Oel / einem drittentheil vom Hin gemengt seyn sol.

7. Auch sol er Wein ein drittentheil derselbigen Maaß / zum Tranck-Opffer / und zum süssen Geruch dem HErrn opffern.

8. Wan du aber von Rindern ein Brandopffer machest / oder sonst ein Schlachtopffer / zu Zahlung deiner Gelübd / oder Frid-Opffer /

9. so solst du bey einem jeglichen Rind drey Zehenden Semmelmehls opffern / das mit Oel einer halben Maaß vom Hin / gemengt sey:

10. Auch solst du Wein opffern zum Tranck-Opffer / in derselbigen Maaß / zum Opffer eines überauß süssen Geruchs dem HErrn.

11. Also solst du thun

12. Bey einem jeglichen Ochsen / und Widder / und Lamm / und Böcklein.

13. Es sollen so wohl die Inheimische / als die Frembdling

14. Auf einerley Weiß ihr Opffer thun.

15. Das sol ein Gebott / und Recht seyn / so wohl für euch / als für die Einkömmling deß Lands.

16. Und der HERR redet mit Moyse / und sprach:

17. Rede mit den Kindern Israel / und sprich zu ihnen.

II. 18. Wan ihr in das Land kommet / das ich euch geben wil /

19. Und vom Brod desselbigen Lands essen werdet / so sollet ihr die Erstlingen dem HErrn absöndern

20. Von eurer Speiß. Gleichwie ihr von dem Tenn die Erstlingen absöndert:

21. Also sollet ihr auch die Erstlingen der Speiß dem HErrn geben.

III. 22. Wan ihr aber auß Unwissenheit etwas unterlassen würdet von disen Dingen / die der HErr zu Moyse geredet /

23. Und euch durch ihn zu halten befohlen hat / von dem Tag an / da er angefangen hat etwas zu befehlen / und hernach /

24. Und

24. Und die Gemein solches zu thun vergessen wurde: alsdan sollen sie ein Kalb auß der Heerd opffern / zum Brand-Opffer / zum überauß süssen Geruch dem HErrn / mit seinem Speiß Opffer / und Tranckopffer / wie das die Ordnung erfordert / auch einen Bock für die Sünd.

25. Und der Priester sol für die gantze Schaar / der Kinder Israel bitten: und es sol ihnen vergeben werden / dan sie haben nit mit wissen und willen gesündiget / nichts desto weniger sollen sie für sich selbst / auch für ihre Sünd / und begangenen Irrthum / dem HErrn ein Rauchwerck opffern:

26. Und es wird dem gantzen gemeinen Volck der Kinder Israel / wie auch den Einkömmlingen / die Frembdling unter ihnen seynd / vergeben werdē: dan es ist die Schuld deß gantzē Volcks auß Unwissenheit

27. Wan aber eine Seel auß Unwissenheit sündiget / die sol eine jährige Geiß für ihre Sünd opffern.

28. Und der Priester sol für sie bitten / daß sie unwissend vor dem HErrn gesündiget habe: so wird ihr der Priester Gnad erhalten / und es wird ihr vergeben werden /

29. Diß sol ein Gesatz seyn für alle die unwissend sündigen / sie seyen Inländische / oder Einkömmling.

30. Aber eine Seel / die etwas auß Ubermuth verwircket / es sey gleich Burger oder Frembdling (weil sie sich wider den HErrn aufgelehnet hat) sol von ihrem Volck untergehen:

31. Dan sie hat deß HErrn Wort verachtet / und sein Gebott vernichtiget: derwegen sol sie vertilget werden / und ihre Missethat tragen.

IV. 32. Es begab sich aber / als die Kinder Israel in der Wüste waren / daß sie einen Menschen funden / der Holtz sammlete am Sabbathtag.

33. Und sie brachten ihn vor Moysen und Aaron / und vor die gantze Gemein.

34. Die schlossen ihn ins Gefängnuß / weil sie nit wusten / was sie mit ihm thun solten.

35. Und der HErr sprach zu Moyse: Der Mensch sol deß Tods sterben / die gantze Gemein sol ihn ausser dem Lager steinigen.

36. Und sie führeten ihn hinauß / und steinigten ihn / daß er starb / wie der HErr befohlen hatte.

V. 37. Und der HErr sprach zu Moyse:

38. Red mit den Kindern Israel und sage ihnen / daß sie sich Säum machen an den Enden ihrer Kleyder / und himmelblaue Schnürlein daran hefften:

24. oblitáque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suavissimum Domino, & sacrificium ejus ac liba *d*, ut cæremoniæ postulant, hircúmque pro peccato:

25. & rogabit *e* sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte *f* peccaverunt, nihilominus offerentes incensum *g* Domino pro se & pro peccato atque errore suo:

26. & dimittetur universæ plebi filiorum Israel, & advenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.

27. Quòd si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo:

28. & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccaverit coram Domino: impetrabítque ei veniam, & dimittetur illi.

29. Tam indigenis quàm advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes.

30. Anima verò, quæ per superbiam aliquid comiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus, (quoniam adversùs Dominum rebellis fuit) peribit *h* de populo suo:

31. verbum enim Domini contemsit, & præceptum illius fecit irritum: idcircò delebitur, & portabit iniquitatem suam.

IV. 32. Factum est autē, cùm essent filii Israel in solitudine, & invenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati,

33. obtulerunt eum Moysi & Aaron & universæ multitudini.

34. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.

35. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.

36. Cúmque eduxissent eum foras, obruerunt lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus.

V. 37. Dixit quoq; Dominus ad Moysen:

38. Loquere filiis Israel, & dices ad eos *i* ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas:

d i. libamina.

e Chald. & 70. propitiabit.

f Hebr. per errorem seu ignorantiam.

g seu sacrificiū quod incenditur.

h occidetur sc. judicis sententia.

i Deut. 22. 12. Matth. 23. 5.

39. quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes *k*,

k deficientes à Deo.

40. sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

41. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti, ut essem Deus vester.

39. Auf daß sie / wan sie die Säum anschauen / aller Gebott deß HErrn eingedenck seyn / und nit ihren Gedancken folgen / noch ihren Augen / nach vilerley Dingen zu huren /

40. Sondern daß sie vilmehr gedencken an die Gebott deß HErrn / halten auch dieselbige / und seyen heilig ihrem GOtt.

41. Jch bin der HErr euer GOtt / der ich euch aus Egyptenland geführet hab / auf daß ich euer GOtt wäre.

CAPUT XVI.

I. Core, Dathan & Abiron seditionem movent, 1.

II. Vivos terra absorbet, & ignis interficit 250. viros offerentes incensum, 31.

III. Alios 14700. murmurantes consumsit incendium. 41.

IV. Quod Aaron offerendo thymiama sistit. 47.

1. ECce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Levi, & Dathan atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben.

2. surrexerunt contra Moysen, aliíque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilii *a* per nomina vocabantur.

a 70. qui senatores consilii.

3. *b* Cúmque stetissent adversum Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis *c*, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur elevamini super populum Domini?

b Eccli. 45. 22. 1. Cor. 10. 10. Judæ 1. 11.
c i. sors vestra.

4. Quòd cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem:

5. locutúsque ad Core & ad omnem multitudinem: Manè, inquit, notum faciet *d* Dominus qui ad se pertineant, & sanctos *e* applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei.

d 70. habent ut est 2. Tim. 2. v. 19.
e sc. quos volet sacerdotes.

6. Hoc igitur facite: Tollat unusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum:

7. & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcunque elegerit, ipse erit sanctus *f*: multùm erigimini filii Levi.

f addictus sanctis ministeriis.

8. Dixítque rursum ad Core: Audite filii Levi:

9 Num parum vobis est, quòd separavit vos Deus Israel ab omni populo, &

Das XVI. Capitel.

I. Core mit andern macht ein Aufruhr / 1.

II. Wird lebendig / samt seinem Anhang / von der Erd verschluckt / 31.

III. Das Volck murret darüber / und wird mit Feuer gestrafft / 41.

IV. Aaron löschet das Feur / durch Opfferung deß Rauchwercks / 47.

1. ABer sihe Core der Sohn Jsaar / deß Sohns Caath / deß Sohns Levi / und Dathan / und Abiron / die Söhn Eliab / auch Hon der Sohn Pheleth von den Söhnen Ruben /

2. Erhuben sich wider Moysen / und noch andere zwey hundert und fünfftzig von den Kindern Jsrael / vornehme Männer in der Synagog / welche auch mit Namen gefordert wurden zu der Zeit / wan man Rath hielt.

3. Dise tratten zusammen wider Moysen und Aaron / und sprachen: Lasset euch genügen / dan die gantze Schaar ist ein Gemein der Heiligen / und der HERR ist unter ihnen: Warum erhebet ihr euch über das Volck deß HErrn?

4. Da das Moyses hörete / fiel er nider auf sein Angesicht:

5. Darnach sprach er zu Core / und zu dem gantzen Hauffen: Morgen früh wird der HErr kund machen / welche ihm zugehören / da wird er die Heilige ihm zueignen: und die er erwählet hat / werden sich zu ihm nahen.

6. Derwegen thut diß: Ein jeglicher nehme sein Rauchfaß / du Core / und dein gantze Versammlung:

7. Und wan ihr morgen Feur geschöpfft habt / so leget Rauchwerck darauf vor dem HErrn: welchen er alsdan erwählen wird / der sol heilig seyn Jhr Kinder Levi erhebt euch zu vil.

8. Und er sprach abermahl zu Core: Höret ihr Kinder Levi:

9. Jst euch das zu wenig / daß euch der GOtt Jsrael vom gantzen Volck abgesöndert / und ihm

selbst

selbst zugeeignet hat/ sein Ambt im Dienst deß Tabernackels zu verwalten/ auch vor der Versammlung deß Volcks zu stehen/ und ihm zu dienen?

10. Hat er darum dich/ und alle deine Brüder/ die Söhn Levi zu sich gezohen/ daß ihr euch auch deß Priesterthums unterwinden sollet/

11. Und daß deine gantze Rott wider den HErrn auffstehen soll? Dan was ist Aaron/ daß ihr wider ihn murret?

12. Da schickte Moyses hin/ Dathan und Abiron/ die Söhn Eliab zu beruffen. Und sie antworteten: Wir kommen nit.

13. Ist dir es zu wenig/ daß du uns auß dem Land geführet hast/ das von Milch und Hönig floß/ damit du uns in der Wüste um das Leben brächtest/ es wäre dan/ daß du auch über uns herrschest?

14. Warlich/ du hast uns in ein Land geführet/ das von Milch und Hönigbächen fliesset/ und hast uns Aecker und Weinberg zu besitzen eingeben. Wilst du uns auch unsere Augen auß dem Haubt reissen? wir kommen nit.

15. Da ward Moyses sehr zornig/ und sprach zum HERRN: Sihe ihre Opffer nit an: du weist/ daß ich auch nit einen Esel jemal von ihnen genommen/ noch jemand unter ihnen beleydiget habe.

16. Und er sprach zu Core: Morgen am Tag solst du und deine gantze Versamlung besonder stehen vor dem HErrn/ und Aaron auch besonder.

17. Nemmet alsdan eure Rauchfässer/ ein jeglicher das seine/ und leget Rauchwerck darauf/ dem HErrn zu opffern/ zwey hundert/ und fünfftzig Rauchfässer: Aaron sol auch sein Rauchfaß halten.

18. Nachdem sie das nun gethan/ und Moyses/ und Aaron allda stunden/

19. auch wider sie die gantze Schaar vor der Thür deß Tabernackels zusammen gebracht hatten/ erschine ihnen allen die Herrlichkeit deß HErrn.

20. Und der HErr redet mit Moyse/ und Aaron/ und sprach:

21. Söndert euch auß dem Mittel diser Versammlung/ daß Ich sie geschwind vertilge.

22. Und sie fielen nider auf ihr Angesicht/ und sprachen: O du allerstärckester GOtt/ der Geistern alles Fleischs/ soll dein Grimm wider sie alle wüten/ da nur einer gesündiget?

23. Und der HErr sprach zu Moyse:

24. Gebiet dem gantzen Volck/ daß sie sich absöndern von den Hütten Core/ und Dathan/ und Abiron.

25. Da stund Moyses auf/ und gieng zu Dathan/ und Abiron: und die Aelteste in Israel folgeten ihm nach/

junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei?

10. Idcircò ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vendicetis,

11. & omnis globus *g* tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum?

g cœtus.

12. Misit ergo Moyses ut vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: non venimus.

13. Numquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?

14. Reverà induxisti *h* nos in terram, quæ fluit rivis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum: an & oculos nostros vis eruere? non venimus.

h Moysi per Ironiam & sarcasmum ita exprobrant

15. Iratúsque Moyses valdè, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd ne asellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.

16. Dixítque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim.

17. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum.

18. Quod cùm fecissent, stantibus Moyse & Aaron,

19. & coacervassent adversùm eos omnem multitudinem *i* ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

i sc. suorum ut 70. interpretantur.

20. Locutúsque Dominus ad Moysen & Aaron, ait:

21. Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repentè disperdam.

22. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universæ carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua desæviet?

23. Et ait Dominus ad Moysen:

24. Præcipe universo populo ut separetur à tabernaculis Core, & Dathan & Abiron.

25. Surrexítque Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel,

26. dixit ad turbam: Recedite á tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini *k* in peccatis eorum.

k eorum suppliciis.

27. Cúmque recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum uxoribus & liberis, omníque frequentia *l*.

l Heb. & Chald. familia.

28. Et ait Moyses: In hoc scietis, quòd Dominus miserit me ut facerem universa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim:

29. Si consueta hominum morte interierint, & visitaverit eos plaga, qua & cæteri visitari solent, non misit me Dominus:

30. sin autem novam *m* rem fecerit Dominus, ut aperiens terra ós suum deglutiat eos &omnia quæ ad illos pertinent, descenderíntque viventes *n* in infernum *o*, scietis quòd blasphemaverint Dominum.

m i. inusitatam.

n nota, fuisse tamen mortuos, antequam pervenirent vide Apoc. 19.

o damnatorum. SS. Epiph. Hieron.

II. 31. *p* Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum:

p *Deut.* 11. 6. *Psal.* 105. 17. & 18.

32. & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis & universa substantia eorum.

33. Descenderúntque vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

34. At verò omnis Israel, qui stabat per gyrum: fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat.

35. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum.

36. Locutúsque est Dominus ad Moysen dicens:

37. Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, ut tollat thuribula quæ jacent in incendio, & ignem huc illúcque dispergat: quoniam sanctificata sunt

38. in mortibus peccatorum *q*: producátque ea in laminas, & affigat altari, eò quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo & monimento filii Israel.

q licèt eis usi sint peccatores.

39. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, & produxit *r* ea in laminas affigens altari *s*:

r i. curavit produci per artificem.

s holocausti.

26. Und er sprach zu der Schaar: Weichet von den Hütten der gottlosen Menschen / und rühret nichts an / das ihnen zugehöret / damit ihr nit auch in ihren Sünden eingewickelt werdet.

27. Da sie nun von ihren Gezelten rings herum abgewichen waren / kamen Dathan und Abiron herauß / und stunden in den Thüren ihrer Hütten / mit ihren Weibern und Kindern / und allem Gesind.

28. Und Moyses sprach: Dadurch sollet ihr erkennen daß mich der HErr gesandt hat / diß alles zu verrichten / was ihr sehet / und daß ich solches nit auß meinem eigenen Hertzen hervor gebracht hab.

29. Werden sie eines gewöhnlichen Tods sterben / wie andere Menschen / daß eine Plag über sie komt / die auch wol andere Menschen pflegt heimzusuchen / so hat mich der HErr nit gesandt:

30. Im Fall aber der HErr etwas neues schaffen wird / daß die Erd ihren Mund aufthut / und sie verschlinget / samt allem / was ihnen zugehöret / und sie lebendig hinunter fahren in die Höll / so sollet ihr wissen / daß sie den HErrn gelästeret haben.

II. 31. Nachdem er dise Wort außgeredt / zerspaltete sich alsbald die Erd unter ihren Füssen:

32. Und thäte ihren Mund auf / und verschlung sie mit ihren Gezelten / und allem / was sie hatten.

33. Und sie fuhren lebendig hinunter in die Höll / und die Erd bedeckte sie / und sie giengen zu Grund mitten auß dem Hauffen.

34. Aber das gantze Volck Israel / das rings herum stund / flohe hinweg vor dem Geschrey der jenigen / die zu Grund giengen / und sprachen: damit die Erd uns villeicht nit auch verschlinge.

35. So gieng auch ein Feur auß von dem HErrn / das die zweyhundert und fünfftzig Männer tödtete / die das Rauchwerck opfferten.

36. Und der HERR redet mit Moyse / und sprach:

37. Gebiet dem Eleazar / dem Sohn Aarons / dem Priester / daß er die Rauchfässer aufhebe / welche im Brand ligen / und daß er das Feur hin und her zerstreue / dan die Rauchfässer seynd geheiliget

3. reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis, in quos te antè dispersit.

4. Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus,

a 2. Mach. 1. 29.

5. *a* & assumet, atque introducet in Terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi, majoris numeri te esse faciet quàm fuerunt patres tui.

b purificabit.

6. Circumcidet *b* Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis vivere.

7. Omnes autem maledictiones has convertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te & persequuntur.

c i. revertere.

8. Tu autem revertèris *c*, & audies vocem Domini Dei tui: faciesque universa mandata quæ ego præcipio tibi hodie:

9. & abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu jumentorum tuorum, in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Revertetur *d* enim Dominus, ut gaudeat super te

d sc. ab ira convertetur.

29. Die verborgene Ding bey dem HErrn unserm GOtt/ seynd uns/ und unsern Kindern offenbar biß in Ewigkeit/ damit wir alle Wort dises Gesatzes halten.

Das XXX. Capitel.

I. Moyses verheist/ GOtt werde sie von ihren Feinden erlösen/ so offt sie sich zu GOtt wider bekehren werden/ 1.

II. Lehret/ daß GOttes Gebott an der Hand sey/ 11.

III. Hält ihm vor/ das Leben und den Todt: 15.

IV. Rufft zu Zeugen an Himmel und Erden/ 19.

1. WAn nun alle dise Wort über dich kommen werden/ es sey Seegen oder Fluch/ den ich vor deine Augen gestellet hab: und du wirst unter allen Völckern/ dahin dich GOtt dein HErr zerstreuet hat/ mit Reu deines Hertzen berühret/

2. Und kehrest widerum zu ihm/ und gehorchest seinem Befehl/ wie ich dir heutiges Tags gebiete/ samt deinen Kindern/ von deinem gantzen Hertzen/ und von deiner gantzen Seel:

3. So wird der HErr dein GOtt deine Gefängnuß widerum wenden/ und wird sich deiner erbarmen/ und dich widerum sammlen auß allen Völckern/ darunter er dich zuvor zerstreuet hat.

4. Wan du schon biß zum äussersten End deß Himels hinauß geworffen wärest/ so wird dich doch der HErr dein GOtt von dannen widerum holen/

5. Und wird dich annehmen/ und dich führen in das Land hinein/ das deine Vätter in Besitz gehabt haben/ und du wirst es einnehmen/ und er wird dich seegnen/ wird deiner mehr machen/ an der Zahl/ dan deiner Vätter gewesen seynd.

6. Der HErr dein GOtt wird dein Hertz beschneiden/ und das Hertz deines Saamens: damit du den HErrn deinen GOtt liebest/ von deinem gantzen Hertzen/ und von deiner gantzen Seel/ auf daß du leben mögest.

7. Aber alle dise Flüch wird er auf deine Feind verwenden/ und auf die/ so dich hassen und verfolgen.

8. Du aber solst widerkehren/ und hören die Stimm deß HErrn deines GOttes: und auch alle Gebott halten/ die ich dir heut befehle:

9. So wird dir der HErr dein GOtt Uberfluß geben in allen Wercken deiner Händen/ in der Frucht deines Leibs/ und in der Frucht deines Viehs/ in der reichen Frucht deines Lands/ und in Uberfluß aller Dingen. Dan der HErr wird widerkehren/ daß er sich in allem Guten über dich er-

erfreue / wie er sich über deine Vätter erfreuet hat:

10. Wan du nur die Stimm hörest deß HErrn deines GOttes / und bewahrest seine Gebott / und Ceremonien / welche in disem Gesatz beschriben seynd: und zu dem HErrn deinem GOtt widerkehrest auß deinem gantzen Hertzen / und auß deiner gantzen Seel.

II. 11. Diß Gebott aber / das ich dir heut befehle / ist nit über dich / noch weit hingesetzt.

12. Es ist auch nit im Himmel gelegen / daß du sagen mögest: Wer ist unter uns / der hinauffahren kan gen Himmel / damit er dasselbig zu uns bring, daß wir es hören u. mit dem Werck erfüllen?

13. Es ist auch nit über Meer gelegen / daß du fürwenden möchtest und sagen: Wer ist unter uns der über Meer fahren könne / und dasselbig biß zu uns bringen / daß wir es hören mögen / und thun / was gebotten ist?

14. Sondern das Wort ist gar nah bey dir / in deinem Mund / und in deinem Hertzen / daß du es thust.

III. 15. Bedenck / daß ich dir heut vor deine Augen gelegt hab das Leben / und das Gut / und dagegen / den Tod / und das Böß /

16. Auf daß du den HErrn deinen GOtt liebest / und wandlest in seinen Weegen / und haltest seine Gebott / und seine Ceremonien / und Recht: und daß du lebest / und er dich vermehre / und seegne dich in dem Land zu welchem du hinein ziehen wirst dasselbig zu besitzen.

17. Wan aber dein Hertz abgewendet ist / und du wilst nit hören / sondern lassest dich durch Irrthum betriegen / daß du frembde Götter anbettest / und ihnen dienest:

18. So sag ich dir heutiges Tags zuvor / daß du umkommen wirst / und eine geringe Zeit in dem Land wohnen / zu welchem du über den Jordan hinein ziehen wirst dasselbig zu besitzen.

IV. 19. Ich ruffe disen Tag Himmel und Erden zu Zeugen an / daß ich euch hab Leben und Tod / Seegen und Fluch vorgelegt: darum so erwähle das Leben / auf daß du / samt deinem Saamen leben mögest.

20. Daß du auch den HErrn deinen GOtt liebest / und gehorchest seiner Stimm / und hangest ihm an (dan er ist dein Leben / und die Läng deiner Tagen) auf daß du wohnest in dem Land / das der HErr deinen Vättern / dem Abraham / Isaac / und Jacob ihnen zu geben geschworen hat.

in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis:

10. si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta ejus & ceremonias, quæ in hac lege conscripta sunt: & revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.

II. 11. Mandatum hoc *e*, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum,

e Contentum in Deuteronomio ad manum tibi est, & facile factu cum divina gratia.

12. nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostrûm valet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus?

Rom. 10. 6.

13. Neque trans mare positum, ut causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos usque deferre: ut possimus audire & facere quod præceptum est?

14. Sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.

III. 15. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum:

16. ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & custodias mandata illius ac ceremonias atque judicia: & vivas, atque multiplicet te, benedicátque tibi in Terra, ad quam ingredieris possidendam.

17. Si autem aversum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos, & servieris eis:

18. prædico tibi hodie quòd pereas, & parvo tempore moreris in Terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredieris possidendam.

IV. 19. Testes invoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas & semen tuum:

20. & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) ut habites in terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis.

Caput XXXI.

I. Moyses Josue sibi sufficit in ducem, 1.

II. Deuteronomium scribi jubet, & prælegi. 9.

III. Deus Josue ducem populi confirmat. 14.

IV. Jubet scribi Canticum Deuteronomii. 19.

V. & in arca servari. 26.

Eodem mense 11. anni 40. ab exitu, orbe condito 2553.

1. ABiit itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad universúIsrael
2. & dixit ad eos. Centum viginti annorum sum hodie, non possum ultra egredi & ingredi, præsertim cùm & Dominus dixerit mihi: *a* Non transibis Jordanem istum.

a Sup. 3. 27 *Num.* 27. 13.

3. Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas *b*: & Josue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus.

b i. earum terram

4. Faciétque Dominus eis *c* sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebítque eos.

c Num. 21. 24.

5. Cùm ergo & hos tradiderit vobis *d*, similiter facietis eis sicut præcepi vobis.

d Sup. 7. 2.

6. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.

7. Vocavítque Moyses Josue, & dixit ei coram omni Israel: *e* Confortare, & esto robustus *f*: tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se patribus eorum juravit Dominus, & tu eam sorte divides.

e Jos. 1. 6 3. *Reg.* 2. 2. *f* i. fortis animo.

8. Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paveas.

II. 9. Scripsit itaque Moyses legem hanc *g*, & tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, qui portabant *h* arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel.

g sc. Deuteronomium *h* sc. humeris, cùm castra movebantur

10. Præcepítque eis dicens: Post septem annos *i*, anno remissionis, in solemnitate tabernaculorum,

i seu septimo anno.

11. convenientibus cunctis ex Israel, ut appareant in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israel, audientibus eis,

Das XXXI. Capitel.

I. Moyses ermahnt Josue und das Volck ins gelobte Land zu gehen/ 1.

II. Schreibt das Deuteronomium/ welches man alle siben Jahr sol vorlesen/ 9.

III. GOtt stellet Josue an die statt Moysis/ 14.

IV. Befihlt/ daß man das Lied/ so im folgenden Capitel begriffen/ schreibe/ 19.

V. Das Deuteronomium in der Arch bewahre/ 26.

1. ALso gieng Moyses hin / und redete alle dise Wort zu dem gantzen Israel /
2. Und er sprach zu ihnen: Ich bin heut hundert und zwantzig Jahr alt/ kan nit mehr auß und eingehen/ insonderheit/ dieweil auch der HErr zu mir gesagt hat: Du solst über disen Jordan nit ziehen.

3. So wird nun der HErr dein GOtt vor dir her hinüber ziehen: Er selbst wird vor deinem Angesicht alle dise Völcker vertilgen/ und du wirst sie besitzen: und diser Josue wird vor dir hinüber ziehen/ wie der HErr geredt hat.

4. Und der HErr wird ihnen thun / wie er dem Sehon und Og/ den Königen der Amorrhiter / und ihrem Land gethan hat / u. wird sie vertilgen.

5. Wan er nun auch dise euch übergeben hat/ so sollet ihr ihnen gleich also thun/ wie ich euch befohlen hab.

6. Handlet männlich/ und stärcket euch: förchtet euch nit/ und werdet nit zaghafft / wan ihr sie anschauet/ dan der HErr dein GOtt selbst / ist dein Führer/ und wird dich nit von sich lassen/ noch verlassen.

7. Und Moyses rieff dem Josue/ und sprach zu ihm vor dem gantzen Israel: Sey mannhafft und stärcke dich: dan du wirst diß Volck in das Land führen/ das der HErr ihren Vättern zu geben geschworen hat/ und du wirst dasselbig mit dem Loß außtheilen.

8. Und der HErr/ der euer Führer ist/ wird mit dir seyn: Er wird dich nit von sich lassen/ noch verlassen: förchte dir nit/ und sey nit zaghafft:

II. 9. Und Moyses schrib diß Gesatz und gab es den Priestern/ den Söhnen Levi/ welche die Arch deß Bunds deß HErrn trugen/ und allen Aeltesten in Israel.

10. Und er befahl ihnen und sprach: Uber siben Jahr/ im Jahr der Erlassung / auf das Fest der Lauberhütten/

11. Wan sie alle zusammen kommen auß Israel/ daß sie vor dem Angesicht deß HErrn deines Gottes an dem Ort erscheinen/ das der HErr erwöhlen wird/ solst du die Wort dises Gesatzes vor dem gantzen Israel lesen/ daß sie es anhören:

12. Nemlich / wan das gantze Volck versammlet ist / so wol Männer / als Weiber / und Kinder / und die Einkömmling / welche innerhalb deiner Thoren seynd: daß sie es hören und lernen / auch den HErrn euren GOtt förchten / und alle Wort dises Gesatzes halten und erfüllen.

13. Daß es auch ihre Kinder / welche jetzt unwissend seynd / hören können / und den HErrn ihren GOtt förchten alle die Tag / die sie leben werden in dem Land / zu welchem ihr jetzt über den Jordan hinein ziehet / dasselbig zu besitzen.

III. 14. Und der HErr sprach zu Moyse: Sihe / die Tag deines Absterbens seynd nah herbey kommen: Ruffe dem Josue / und stehet in dem Tabernackel deß Zeugnuß / daß ich ihm Befehl gebe. Also giengen Moyses und Josue hin / und stunden in dem Tabernackel deß Zeugnuß:

15. Aber der HErr erschine allda in einer Wolckensaul / welche im Eingang deß Tabernackels stund.

16. Und der HErr sprach zu Moyse: Sihe / du wirst schlaffen mit deinen Vättern / und diß Volck wird auffstehen / und frembden Göttern nachhuren in dem Land / da es hinein ziehet / dasselbig zu bewohnen: allda wirds mich verlassen / und wird den Bund auflösen / den ich mit ihm gemacht hab.

17. So wird mein Zorn an demselben Tag wider sie ergrimmen: und ich wil das Volck verlassen / und mein Angesicht vor ihm verbergen / und es sol gefressen werden: alle Ubel und Trübsaal sollen es treffen / also daß es sagen wird an dem Tag: Fürwahr / dieweil GOtt nit mit mir ist / so haben mich dise Ubel getroffen.

18. Ich aber wil mein Angesicht verbergen / und bedecken an demselbigen Tag / um all deß Bösen willen / das diß Volck gethan hat / dieweil es frembden Göttern ist nachgegangen.

IV. 19. Darum so schreibet euch nun diß Lied / und lehret dasselbig die Kinder Israel / daß sie es außwendig wissen / und mit dem Mund singen / und soll mir diß Lied zum Zeugnuß seyn unter den Kindern Israel.

20. Dan ich wil sie in das Land führen / davon ich ihren Vättern geschworen hab / das von Milch und Honig fliesset. Und wan sie nun gessen haben auch satt und fett worden seynd / so werden sie sich zu frembden Göttern wenden / und denselbigen dienen / und sie werden mich lästern / und meinen Bund vernichtigen.

21. Wan alsdan vil Unglücks und Trübsaal sie getroffen hat / so soll ihnen zum Zeugnuß diß Lied antworten / daß keine Vergessenheit auß dem

12. & in unum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, parvulis & advenis, qui sunt intra portas tuas: ut audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrum, & custodiant, impleántque omnes sermones legis hujus:

13. filii quoque eorum qui nunc ignorant; ut audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quam vos, Jordane transmisso, pergitis obtinendam.

III. 14. Et ait Dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ, voca Josue, & state in tabernaculo *k* testimonii, *k* i. in atrio tabernaculi
ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Josue, & steterunt in tabernaculo testimonii:

15. apparuítque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi.

16. Dixítque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra, ad quam ingreditur ut habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo.

17. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in devorationem: invenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum, invenerunt me hæc mala.

18. Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos.

IV. 19. Nunc itaque scribite vobis canticum istud *l*, & docete filios Israel: ut *l* de quo infra.
memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel.

20. Introducam enim eum in Terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte & melle manantem. Cúmque comederint, & saturati, crassíque fuerint, avertentur ad deos alienos, & servient eis: detrahéntque *m* mihi, & irritum facient pactum *m* i. spernent. Hebr. irritabunt me
meum.

21. Postquam invenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla dele-

n i sacerdotibus filiis Levi, patet ex Josue 3. & 6. *Tirin.*

o Extra arcam, ubi etiam reposita erat Urna aurea continens Manna, & virgam Aaron *Heb.* 9. Nam intus in arca solùm erant duæ tabulæ Moysis. 3. *Reg.* 8. v. 9. imo 4. *Reg.* 12. dicitur hic ipse Liber Deuteronomii, non amplius in Sancto Sanctorum neque in Sanctuario, sed in Gazophylacio repertus.

p Hebr. rebellionem

q i. impatientem jugi.

delebit oblivio ex ore seminis sui. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus sum.

22. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel.

23. Præcepitque Dominus Josue filio Nun, & ait: confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in terram, quam pollicitus sum, & ego ero tecum:

24. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit:

25. Præcepit Levitis *n*, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens:

V. 26. Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ *o* fœderis Domini Dei vestri: ut sit ibi contra te in testimonium.

27. Ego enim scio contentionem *p* tuam, & cervicem tuam durissimam *q*. Adhuc vivente me & ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra Dominum: quantò magis cùm mortuus fuero?

28. Congregate ad me omnes majores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & invocabo contra eos cælum & terram.

29. Novi enim quod post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum vestrarum.

30. Locutus est ergo Moyses, audiente universo cœtu Israel, verba carminis hujus, & ad finem usque complevit.

Caput XXXII.

I. Canticum Moysi, quo Dei refert beneficia, populique ingratitudinem sæpius castigatam: 1.

II. Jubetur Moyses montem Abarim ascendere, ut promissam terram contempletur. 49.

Eodem An. M. 2553. Ant. Chr. 1451. mense 11. anni 40. ab exitu.

a ut more pluviæ corda auditorum irriget

b i. magnificam laudem

c in promissis.

1. AUdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.

2. Concrescat ut pluvia *a* doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.

3. Quia nomen Domini invocabo: date magnificentiam *b* Deo nostro.

4. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ ejus judicia: Deus fidelis *c*, & absque

Mund ihres Saamens vertilgen sol. Dan ich weiß deß Volcks Gedancken / was es heut thun wird/ ehe dan ich es in das Land führe/ das ich ihm verheissen hab.

22. Also schribe Moyses das Lied/ und lehrete es die Kinder Israel.

23. Und der HErr befahl Josue dem Sohn Nun/ und sprach: Sey gehertzt und wolgemuth: dan du solst die Kinder Israel in das Land führen/ das ich verheissen hab/ und ich wil mit dir seyn.

24. Nachdem nun Moyses die Wort dises Gesatzes in ein Buch geschriben / und dasselbig vollendet hatte:

25. Befahl er den Leviten / welche die Arch deß Bunds deß HErrn trugen/ und sprach:

V. 26. Nehmet diß Buch/ und leget es zur Seiten in die Arch deß Bunds deß HErrn euers GOttes: daß es daselbst zum Zeugnuß wider dich sey.

27. Dan ich kenne deine Widerspenstigkeit/ und daß du überauß hartnäckig bist. Dieweil ich noch leb/ und mit euch umgehe/ habt ihr allezeit zänckisch gehandlet wider den HErrn: wie vilmehr/ wan ich nun gestorben bin?

28. Versammlet zu mir alle Aelteste in euren Geschlechten/ samt den Lehrern / so wil ich dise Wort reden in ihrem anhören / und wil Himmel und Erden wider sie anruffen.

29. Dan ich weiß / daß ihr nach meinem Tod boßhafftig handlen werdet / und bald abweichen von dem Weeg/ den ich euch befohlen hab: und es wird euch Unglück begegnen in den letzten Zeiten/ wan ihr Böses gethan habt vor dem Angesicht deß HErrn/ daß ihr ihn reitzet/ durch die Werck eurer Händen.

30. Also redete Moyses die Wort dises Gesangs/ daß es die gantze Gemein Israel anhörte/ und führte sie auß biß zum End.

Das XXXII. Capitel.

I. Das letzte Gesang Moysi/ so er auß Geheiß GOttes den Kindern Israel hinterlassen/ 1.

II. GOtt befihlt Moysi auf den Berg Abarim zu steigen/ und von dannen das gelobte Land zu beschauen. 49.

1. HÖret ihr Himmel / was ich rede/ die Erd höre die Wort meines Munds.

2. Meine Lehr trieffe zusammen / wie der Regen/ meine Red fliesse/ wie der Thau/ wie der Regen auf das Kraut / und wie Tropffen auf das Graß fallen.

3. Dan ich wil den Namen deß HErrn anruffen: gebet die HErrlichkeit unserm GOtt.

4. Vollkommen seynd die Werck GOttes / und alle seine Weeg seynd gerechte Urtheil: GOtt ist getreu/

treu/ und ohn alle Boßheit/ gerecht u. aufrichtig.

5. Sie haben ihm gesündiget/ und seynd nit seine Kinder wegen der Unflätigkeit: das böse und verkehrte Geschlecht.

6. Vergiltest du diß dem HErrn/ du thorrecht/ und unwitziges Volck? ist er nit dein Vatter/ der dich zum Besitz eingenommen/ und gemacht/ und erschaffen hat?

7. Erinnere dich der alten Tagen/ bedencke ein Geschlecht nach dem andern: frage deinen Vatter/ der wird dirs verkündigen / und deine Vorfahren/ die werden dirs sagen.

8. Da der Allerhöchst die Völcker außtheilete: da er die Kinder Adams voneinander sönderte/ setzte er die Gräntzen der Völcker/ nach der Zahl der Kinder Israel.

9. Aber deß HErrn Theil ist sein Volck: Jacob ist die Schnur seiner Erbschafft.

10. Er fand ihn in einem wüsten Land / am Ort/ da Schröcken war / und eine grosse wilde Einöd: Er führete ihn herum/ und lehrete ihn/ und bewahrete ihn/ wie seinen Augapffel.

11. Wie ein Adler seine Junge anreitzet zu fliegen/ und flieget hin und her über sie / also streckete er seine Flügel auß/ nahm ihn auf/ und trug ihn auf seinen Achslen.

12. Der HErr allein war sein Führer: und war kein frembder GOtt bey ihm.

13. Er setzte ihn auf ein hohes Land/ daß er die Frücht der Aecker essen solte / daß er Honig saugen solt/ auß dem Felsen/ und Oel auß einem sehr harten Stein.

14. Butter von den Kühen/ und Milch von den Schaafen /samt dem Fett von den Lämmern / und von den Widdern der Kinder Basan: auch die Böck mit dem Kern deß Waitzen: und daß er das allerlauterste Traubenblut trincken solte.

15. Der Geliebte ist fett worden/ und hat zuruck geschlagen/ er ist dick und fett worden/ und hat sich aufgethan/ GOtt seinen Schöpffer hat er verlassen/ und ist von GOtt seinem Heyland abgewichen.

16. Sie haben ihn gereitzet mit frembden Göttern/ und haben ihn zum Zorn beweget mit ihren Greulen.

17. Sie haben den Teufflen geopffert / und nit GOtt: den Göttern/ die sie nit kandten / die neu und frisch ankommen seynd/ denen ihre Vätter nit gedienet haben.

18. Du hast GOtt verlassen/ der dich gezeuget hat/ u. hast den HErrn deinen Schöpffer vergessen.

19. Der HErr hats gesehen/ und ist zum Zorn

ulla iniquitate, justus & rectus.

5. Peccaverunt ei, & non filii ejus *d* in sordibus: generatio prava atque perversa.

6. Hæccine reddis Domino, popule stultè & insipiens? numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit *e*, & creavit *f* te?

7. *g* Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: majores tuos, & dicent *h* tibi.

8. Quando dividebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel.

9. Pars autem Domini, populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus.

10. Invenit eum in terra deserta: in loco horroris, & vastæ solitudinis: circumduxit eum, & docuit: & custodivit quasi pupillam oculi sui.

11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portavit in humeris suis.

12. Dominus solus dux ejus fuit: & non erat cum eo Deus alienus.

13. Constituit eum super excelsam terram: ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra *i*, oleúmque de saxo durissimo.

14. Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan *k*: & hircos cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberet meracissimum.

15. Incrassatus est dilectus, & recalcitravit; incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari *l* suo.

16. Provocaverunt *m* eum in diis alienis, & in abominationibus *n* ad iracundiam concitaverunt.

17. Immolaverunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant: novi recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

18. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.

19. Vidit Dominus, & ad iracundiam

con-

d quia degeneres.
e sc. corpus
f sc. animam.
g Iob. 8. 8.
h sc. Dei opera.
i sc. montes Palæstinæ tam fertiles sunt, ut apes in petris sponte mellificent, & olivæ inter saxa mirè fructificent *Tirin.*
k i. pinguium
l Chald. redemptore i. 70 salvatore.
m i. ad iram.
n sc. idolis

concitatus est: quia provocaverunt eum filii sui & filiæ.

20. Et ait: Abscondam faciem *o* meam ab eis, & considerabo novissima eorũ: generatio enim perversa est, & infideles filii.

21. Ipsi me provocaverunt in eo, qui non erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus suis: & *p* ego provocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

22. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima: devorabítque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.

23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.

24. Consumentur fame, & devorabunt eos aves morsu amarissimo *q*: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

25. Foris vastabit eos gladius, & intus pavor, juvenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

26. Dixi: Ubinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

27. Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.

28. Gens absque consilio est, & sine prudentia.

29. *r* Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent.

30. Quomodo persequatur unus mille *s*, & duo fugent decem millia *t*? nonne ideò, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos?

31. Non enim est Deus noster ut dii eorum: & inimici nostri sunt judices *u*.

32. De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis *x* Gomorrhæ: uva eorum uva fellis *y*, & botri amarissimi.

33. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

34. Nonne hæc *z* condita *a* sunt apud me, & signata in thesauris *b* meis?

35. *c* Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum: juxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.

o Chald. majestatem

p *Jerem.* 15. 14. sc. rejectis Judæis gentilem populum assumam, & communicabo ei meam sapientiam & legem *Rom.* 10. 19.

q 70. immedicabili.

r *Jer.* 9. 12.

s i. multos.

t multo plures.

u de potentia Dei nostri testes.

x agris.

y Heb. veneni: q. d. quoad studia & actiones sunt similes Sodomitis &c

z mala

a non oblivisçar.

b seu occultis dispositionibus.

c *Eccl.* 28. 1 Rom 12. 19 *Heb.* 10. 30.

beweget worden: weil ihn seine Söhn und Töchter gereitzet haben.

20. Und er sprach: Ich will mein Angesicht vor ihnen verbergen / und ihr End anschauen: dan es ist ein verkehrtes Geschlecht und seynd untreue Kinder.

21. Sie haben mich gereitzet mit dem / der nit GOtt war / und haben mich erzürnet mit ihren Eytelkeiten: so wil ich sie auch reitzen in dem / das kein Volck ist / und mit einem thorrechten Volck wil ich sie erzürnen.

22. Es ist ein Feur angangen in meinem Grim / und wird brennen biß zu der untersten Höll: Es wird die Erd mit ihrem Gewächs verzehren / und die Gründ der Berg verbrennen.

23. Ich wil Unglück über sie häuffen / und meine Pfeil wil ich auf sie verschiessen.

24. Sie sollen von Hunger vergehen / und die Vögel sollen sie fressen mit sehr bitterem Beissen: Ich wil die Zähn der Thieren unter sie schicken / mit dem Wüten der kriechenden Thieren auf Erden / und der Schlangen.

25. Außwendig sol sie das Schwerd verwüsten / u. inwendig der Schröcken / die Jüngling zugleich mit den Jungfrauen / die Säugling mit den alten Leuthen.

26. Ich hab gesagt: Wo seynd sie? ich wil machen / daß ihr Gedächtnuß unter den Menschẽ aufhörẽ sol.

27. Aber um deß Zorns willen der Feinden hab ichs verzohen: damit villeicht ihre Widerwärtige nit hoffärtig würden / und sagten: Unsere hohe Hand / und nit der HErr hat diß alles gethan.

28. Es ist ein Volck ohn Rath / und ohn Vorsichtigkeit.

29. Wolte GOtt daß sie weiß wären / u. verstundens / u. vorhin seheten / was zum letzten seyn wird.

30. Wie geschehe / daß einer tausend verfolget / und zween zehen tausend verjagen? geschichts nit darum / weil sie ihr GOtt verkaufft hat / und der HErr hat sie beschlossen?

31. Dan unser GOtt ist nit / wie ihre Götter: und darüber seynd unsere Feind selbst Richter.

32. Ihr Weinberg ist vom Weinberg zu Sodoma / und von den Vorstädten zu Gomorrha: ihre Weinbeer seynd Gallen Beer / ihre Trauben seynd über die Maaß bitter.

33. Ihr Wein ist Drachengall / und Natterngifft / das nit zu heylen ist.

34. Seynd dise Ding bey mir nit verborgen / und versiglet in meinen Schätzen?

35. Mein ist die Rach / ich wils auch vergelten zu seiner Zeit / daß ihr Fuß sol wancken: der Tag deß Verderbens ist nahe herbey / und die Zeit eylet herzu.

36. Der HErr wird sein Volck richten / und wird sich über seine Knecht erbarmen: Er wird sehen / daß die Hand krafftloß worden ist / daß auch die Verschlossene abgenommen haben / und daß die übrige verzehret seynd.

37. Und er wird sagen: Wo seynd ihre Götter / darauf sie ihr Vertrauen gesetzt hatten?

38. Sie assen das Fett von ihren Opffern / und truncken den Wein ihres Tranckopffers: lasset sie auffstehen / und euch helffen / und euch beschirmen in der Noth.

39. So sehet nun / daß ich allein bin / und daß ohn mich kein anderer GOtt ist: Ich wil tödten / und lebendig machen: Ich wil schlagen / und widerum heylen; und ist keiner / der auß meiner Hand erretten könne.

40. Ich wil meine Hand gen Himmel aufheben / und sagen: Ich lebe in Ewigkeit.

41. Wan ich mein Schwerd wetzen werde / wie den Blitz / und wan meine Hand das Gericht ergreiffen wird: so wil ich an meinen Feinden Rach üben / u. wil denē widerum vergelten / die mich hassē.

42. Ich wil meine Pfeil mit Blut truncken machen und mein Schwerd sol Fleisch fressen / von dem Blut der Erschlagenen / und von der Gefängnuß deß entblösten Haupts der Feinden.

43. Ihr Heyden / lobet sein Volck / dan er wird das Blut seiner Knechten rächen: und ihren Feinden Rach widergelten / und wird dem Land seines Volcks gnädig seyn.

44. Und Moyses kam / und redete alle Wort dises Gesangs in den Ohren deß Volcks / er / und Josue / der Sohn Nun.

45. Da er nun alle dise Red vollendet / und zum gantzen Israel außgeredet hatte /

46. Sprach er zu ihnen: Nehmet zu Hertzen / alle die Wort / die ich euch heut bezeuge / damit ihr sie euren Kindern befehlet / daß sie dieselbige bewahren und thun / und alles erfüllen / was von disem Gesatz geschriben ist.

47. Dan sie seynd euch nit vergeblich gebotten; sondern daß ihr samt und sonders darin solt leben: und wan ihr solches thut / daß ihr alsdan lange Zeit bleibet in dem Land / zu welchem ihr / nachdem ihr über den Jordan gezogen / hinein kommet / dasselbig zubesitzen.

48. An demselbigen Tag redete der HErr mit Moyse / und sprach:

II. 49. Gehe hinauf auf disen Berg Abarim / das ist / der Ubergäng / auf den Berg Nebo / der im Land Moab ist / gegen Jericho über: und beschaue das Land Chanaan / das ich den Kindern Israel

36. Judicabit Dominus populum suum, & *d* in servis suis miserebitur *e*: videbit quòd infirmata sit manus *f*, & clausi quoque defecerunt, residuíque consumpti sunt.

37. Et dicet: *g* Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam?

38. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.

39. Videte quòd ego sim solus *h*, & non sit alius Deus præter me: *i* ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, *k* & non est qui de manu mea possit eruere.

40. Levabo ad cælum manum meam *l*, & dicam: vivo ego in æternum.

41. Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea: reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

42. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes, de cruore occisorum, & de captivitate *m*, nudati inimicorum capitis.

43. *n* Laudate gentes populum ejus, quia sanguinem servorum suorum ulciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.

44. Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici hujus in auribus populi, ipse & Josue filius Nun.

54. Complevítque omnes sermones istos, loquens ad universum Israel:

46. & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie: ut mandetis ea filiis vestris custodire & facere, & implere universa quæ scripta sunt legis hujus:

47. quia non incassum præcepta sunt vobis, sed ut singuli in eis viverent: quæ facientes longo perseveretis tempore in Terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredimini possidendam.

48. Locutúsque est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens:

II. 49. Ascende in montem istum Abarim id est, transituum, in montem Nebo *o*, qui est in terra Moab contra Jericho: & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis

d 2. Mac. 7. 6.
e ulciscens eorum hostes
f potentia hostium.
g Ier. 2. 28.
h verus Deus.
i 1. Reg. 2. 6. Tob. 13. 2. Sap. 16. 13
k Iob. 10. 7. Sap. 16. 15.
l jurans.
m i. captivis qui nudo capite solent abduci
n 2 Mac. 7. 6.
o partem montis Abarim.

filiis Israel obtinendam, & morere in monte.

50. Quem conscendens jungêris populis tuis, *p* sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis:

p Num. 20. 26. & 27. 13.

51. *q* quia prævaricati estis contra me, in medio filiorum Israel, ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel.

q. Num. 20. 12. & 27. 14.

52. Econtra videbis terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Israel.

CAPUT XXXIII.

Moyses moriturus duodecim tribubus benedicit vaticinando.

1. HÆc est benedictio, quâ benedixit Moyses, homo Dei, filiis Israel ante mortem suam.

2. Et ait: Dominus de Sinai *a* venit, & de Seir *b* ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex *c*.

a Ex illius montis vertice suam legem promulgans. *b* Monte Idumææ ab ignitis serpentibus per serpentem æneum nos curando. *c* instar ignis illuminans & mentem inflamans.

3. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt *d*: & qui appropinquant pedibus ejus *e*, accipient de doctrina illius.

d in fida Dei protectione *Sap.* 3. 1. *e* Ei obsequentes.

4. Legem præcepit nobis Moyses, hereditatem multitudinis Jacob.

5. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.

6. Vivat Ruben, & non moriatur, & sit parvus in numero.

7. Hæc est Judæ benedictio: Audi Domine vocem Judæ, & ad populum suum introduc eum: manus ejus pugnabunt pro eo, & adjutor illius contra adversarios ejus erit.

8. Levi quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo *f*, quem probâsti in tentatione, & judicâsti ad Aquas contradictionis *g*.

f Aaroni

g Num. 20.

9. *h* Qui dixit patri suo, & matri suæ: Nescio vos: & fratribus suis: Ignoro vos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum servaverunt,

h Exod. 32. 27. *Lev.* 10. 5.

10. judicia tua ô Jacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in fu-

geben wil einzunehmen / und stirb auf dem Berg.

50. Wan du denselben hinauf gangen bist / solst du zu deinem Volck versammlet werden / wie dein Bruder Aaron auf dem Berg Hor gestorben ist / und zu seinen Völckern gelegt worden:

51. Darum / daß ihr mitten unter den Kindern Israel / bey dem Wasser deß Widerspruchs / zu Cades in der Wüste Sin wider mich gesündiget habt / und habt mich nit geheiligt unter den Kindern Israel.

52. Du wirst gegen über das Land sehen / und nit hinein kommen / das ich den Kindern Israel geben werde.

Das XXXIII. Capitel.

Moyses seegnet das Volck vor seinem End / und weissaget / was künfftig solle widerfahren.

1. DJß ist der Seegen / damit Moyses / der Mann GOttes / die Kinder Israel vor seinem Tod geseegnet hat.

2. Und er sprach: Der HErr ist von Sinai kommen / und ist uns aufgangen von Seir: er ist erschinen vom Berg Pharan / und mit ihm vil tausend Heilige. In seiner rechten Hand war ein feuriges Gesatz.

3. Er hat die Völcker geliebet / alle Heilige seynd in seiner Hand: und die sich nahen zu seinen Füssen / die werden von seiner Lehr empfangen.

4. Moyses hat uns das Gesatz befohlen / ein Erbschafft der Gemein Jacobs.

5. Bey dem Aufrichtigsten wird er König seyn / wan die Fürsten deß Volcks mit den Geschlechten Israel versammlet seynd.

6. Ruben solle leben / und nit sterben / und solle gering an der Zahl seyn.

7. Diß ist der Seegen Juda: HErr / erhör die Stimm Juda / und führ ihn zu seinem Volck hinein: seine Händ werden für ihn streiten / und er wird sein Helffer seyn wider seine Feind.

8. Er sagte auch zu Levi: Deine Vollkommenheit und deine Lehr ist bey deinem heiligen Mann / den du in der Versuchung bewähret hast / und geurtheilet am Wasser deß Widerspruchs.

9. Der zu seinem Vatter / und zu seiner Mutter gesagt hat: Ich kenne euch nit / und zu seinen Brüdern: Ich weiß nichts von euch: sie haben auch ihre Kinder nit gekannt. Dise haben dein Wort bewahret / und deinen Bund gehalten.

10. Deine Recht / O Jacob / und deine Gesatz / O Israel: sie werden Rauchwerck aufle-

gen

gen in deinem Grimm/ und Brandopffer auf deinen Altar.

11. Seegne deine Stärck/ O HERR/ und nimm an die Werck seiner Händen. Schlag seine Feind auf den Rucken/ und die ihn hassen/ die sollen nit aufstehen.

12. Und zu Benjamin/sprach er: Der allerliebst deß HErrn wird getröst in ihm wohnen: allda wird er den gantzen Tag bleiben / wie in einer Schlaffkammer, und wird zwischen seinen Schultern ruhē.

13. Und zu Joseph sprach er: Sein Land ist von dem Seegen deß HErrn / von dem Obs deß Himmels von dem Thau/ und von dem Abgrund / der hie unten ligt.

14. Von den Baumfrüchten der Sonnen und deß Monds.

15. Von der Spitzen der alten Bergen / und von den Baumfrüchten der ewigen Bühel:

16. Auch von den Früchten der Erden / und ihrer Füll *a*. Der Seegen deß jenigen/ der im Busch erschin/ komm auf das Haupt Joseph/und auf den Scheitel deß Nazareers unter seinen Brüdern.

17. Seine Schönheit ist wie eines erstgebohrnen Ochsen/ und seine Hörner seynd wie die Hörner eines Einhorns: mit denselben wird er die Völcker stossen biß an das End der Erden. Diß ist die Meng Ephraim/ u. diß seynd die tausendē Manasse.

18. Und zu Zabulon sprach er: Erfreue dich Zabulon in deinem Außzug / und Issachar in deinen Hütten.

19. Sie werden die Völcker zu dem Berg beruffen: daselbst werden sie Opffer der Gerechtigkeit opffern. Sie werden den Uberlauff deß Meers/ und die verborgne Schätz deß Sands wie Milch saugen.

20. Und zu Gad sprach er: Geseegnet sey Gad in der Breite: er hat geruhet wie ein Löw / und hat den Arm und den Hauptscheitel genommen.

21. Und er hat sein Fürstenthum gesehen/ daß in seinem Theil der Lehrer ist hingelegt / der mit den Fürsten deß Volcks war / und thät die Gerechtigkeit deß HErrn/und sein Gericht mit Israel.

22. Und zu Dan sprach er: Dan ist ein junger Löw/ er wird reichlich von Basan fliessen.

23. Und zu Nephthali sprach er: Nephthali wird Uberfluß haben/ und wird voll seyn deß Seegens deß HErrn. Er wird das Meer/ und den Mittag besitzen.

24. Und zu Aser sprach er: Geseegnet sey Aser mit Kindern / er solle seinen Brüdern wolgefallen/ und seinen Fuß in Oel tuncken.

25. Eisen und Ertz müssen seine Schuh seyn. Dein Alterthum solle seyn/ wie die Tag deiner Jugend.

a Mänge

rore tuo, & holocaustum super altare tuum.

11. Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum ejus: & qui oderunt eum, non consurgant.

12. Et Benjamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

13. Joseph quoque ait: De benedictione Domini terra ejus, de pomis cæli, & rore, atque abysso subjacente.

14. De pomis fructuum solis ac lunæ. *i*

15. de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum:

16. & de frugibus terræ, & de plenitudine ejus. Benedictio illius *k* qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos.

17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua *l* illius: in ipsis ventilabit Gentes usque ad terminos terræ. Hæ sunt multitudines Ephraim; & hæc millia Manasse.

18. Et Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo *m*, & Issachar in tabernaculis tuis.

19. Populos vocabunt ad montem *n*: ibi immolabunt victimas justitiæ. Qui inundationem *o* maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

20. Et Gad ait: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requievit, cepitque brachium & verticem *p*.

21. Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit justitias Domini, & judicium suum cum Israel.

22. Dan quoque ait: Dan *q* catulus leonis, fluet largiter *r* de Basan *s*.

23. Et Nephthali dixit: Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit.

24. Aser quoque ait: Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum.

25. Ferrum & æs calceamentum ejus *t*. Sicut dies juventutis tuæ, ita & senectus tua.

i Optimus propter influentiam solis & lunæ.

k Exod. 3. 2

l sc. vires.

m sc. ad bellum.

n sc. ubi templum.

o Hebr. affluentiam.

p sc. hostium

q ob fortitudinem præsertim Samsonis ex hac tribu.

r procedet fortiter

s ut solent leones de Basan.

t abundabit oleo, ferro &c.

u Chald. directi.

26. Non est Deus alius ut Deus rectissimi *u*: ascensor cæli auxiliator tuus: Magnificentiâ ejus discurrunt nubes,

27. habitaculum ejus sursum, & subter brachia sempiterna: ejiciet à facie tua inimicum, dicétque: conterere.

28. Habitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Jacob in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore.

x sc. est Dominus

29. Beatus es tu Israel: quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino? scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ *x*: negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAPUT XXXIV.

I. Contemplatâ terrâ moritur Moyses, & occultè à Deo sepultus fletur à populo, 1
II. Illique Josue substituitur: 9.
III. Commendatur Propheta Moyses à Dei familiaritate, & factis per ipsum signis. 10.

Eodem anno M. 2553. mense 12. anni 40. ab exitu, primâ die mensis. *a Supr. 3. 27. & 32. 49. 2. Mac. 2. 4.* *b Gen. 12. 7. & 15.*

1. Ascendit *a* ergo Moyses de campestribus Moab super Montem Nebo, in verticem Phasga contra Jericho: ostendítque ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan,

2. & universum Nephthali, terrámque Ephraim & Manasse, & omnem terram Juda usque ad mare novissimum,

3. & australem partem, & latitudinem campi Jericho civitatis palmarum usque Segor.

4. Dixítque Dominus ad eum: *b* Hæc est terra, pro qua juravi Abraham, Isaac, & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam.

c antiqua, ex qua ab Amorrhæis ejecti fuerant.

5. Mortuúsque est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab *c* jubente Domino:

6. & sepelivit eum in valle Terræ Moab contra Phogor: & non cognovit homo sepulchrum ejus usq; in præsentem diem.

7. Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt.

d non lachrymis sed pompa funeris Sa. e Toto videlicet mense illo 12.

8. Fleverúntque *d* eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus *e*: & completi sunt dies planctûs lugentium Moysen.

II. 9. Josue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit

26. Es ist kein anderer GOtt/ als der GOtt deß Aufrichtigsten: der zum Himmel hinauf fahret der sey dein Helffer. Durch seine Großmächtigkeit lauffen die Wolcken hin und her/

27. Seine Wohnung ist droben / und hierunten seynd die ewige Armben: Er wird den Feind von deinem Angesicht außtreibē/ u. sagen: sey vertilget.

28. Israel wird getröst / und allein wohnen. Das Aug Jacobs wird in dem Land seyn / da Korn und Wein ist/ und da die Himmel von Thau tunckel seyn werden.

29. Seelig bist du Israel: wer ist dir gleich / O du Volck / dem vom HErrn Heyl widerfahret: Er ist der Schild deiner Hülff/ und das Schwerd deiner Herrlichkeit: deine Feind werden dich verlaugnen/ und du wirst auf ihre Hälß tretten.

Das XXXIV. Capitel.

I. Moyses steigt auf den Berg Nebo/ und beschauet von weitem das gelobte Land/ stirbt bald darauf. 1.
II. Josue kommt an seine Statt. 9.
III. Moyses wird gelobt wegen der Gemeinschafft mit GOtt. 10.

1. Also gieng Moyses auß dem flachen Feld Moab auf den Berg Nebo / auf die Spitz Phasga / gegen Jericho über: und der HERR zeigete ihm das gantze Land Galaad biß gen Dan/

2. Und gantz Nephthali/auch das Land Ephraim/ und Manasse/ und das gantze Land Juda/ biß zum äussersten Meer:

3. Und das Theil gegen Mittag / und das weite Feld Jericho der Palmenstadt biß gen Segor.

4. Und der HErr sprach zu ihm: Diß ist das Land/darüber ich dem Abraham/Isaac und Jacob geschworen hab/ und gesagt: Deinem Saamen wil ichs geben. Du hast es mit deinen Augen gesehen / und solst zu demselbigen nit hinüber ziehen.

5. Und Moyses der Knecht deß HErrn starb allda im Land Moab auf deß HErrn Befehl:

6. Und er begrub ihn im Thal deß Lands Moab gegen Phogor: und kein Mensch hat sein Grab gewust/ biß auf den heutigen Tag.

7. Und Moyses war hundert und zwantzig Jahr alt/ da er starb: seine Augen seynd nit verduncke lt/ und seine Zähn nit beweget worden.

8. Und die Kinder Israel beweineten ihn im flachen Feld Moab dreyßig Tag lang: und die Tag / daß sie Moysen beweineten / wurden vollendet.

II. 9. Aber Josue/ der Sohn Nun ward mit dem Geist der Weißheit erfüllet/ dan Moyses hatte seine

ne Händ auf ihn gelegt. Und die Kinder Jſrael waren ihm gehorſam / und thäten / wie der HErr Moyſi befohlen hatte.

III. 10. Und es iſt hinführo ein ſolcher Prophet in Jſrael nit aufgeſtanden / wie Moyſes / den der HErr von Angeſicht zu Angeſicht kennete /

11. In allen Zeichen / und Wunderthaten / die er durch ihn geſandt hat / daß er ſie in Egyptenland an dem Pharao / auch an allen ſeinen Knechten / und an ſeinem gantzen Land thun ſolte /

12. Wie auch in der gantzen ſtarcken Hand / ſamt den groſſen Wunderwercken / die Moyſes vor dem gantzen Jſrael gethan hat.

Das Buch Joſue / oder JESUS.

Das I. Capitel.

I. Joſue von GOtt geſtärckt / ermahnt das Volck / daß es ſich gefaſt mache / auf den dritten Tag über den Jordan zugehen / 1.

II. Befihlt dem Geſchlecht Ruben / Gad und dem halben Stamm Manaſſe / daß ſie gewaffnet vor ihren Brüdern hergehen / 12.

UNd es begab ſich / nachdem Moyſes der Knecht deß HErrn geſtorben war / daß der HErr mit Joſue / dem Sohn Nun / dem Diener Moyſis redet / und ſprach zu ihm:

2. Moyſes mein Knecht iſt geſtorben: mache dich auf / und ziehe über diſen Jordan / du und das gantze Volck mit dir / in das Land / das ich den Kindern Jſrael geben werde.

3. Ich wil euch alle Oerter übergeben / die eure Fußſohlen betretten werden / wie ich zu Moyſe geſagt hab.

4. Von der Wüſte / und von dem Libano an / biß an den groſſen Fluß Euphraten / das gantze Land der Hethiter / biß an das groſſe Meer / gegen Nidergang der Sonnen / ſol eure Landmarck ſeyn.

5. Niemand ſol euch Widerſtand thun können / alle die Tag deines Lebens: wie ich mit Moyſe geweſen bin / alſo wil ich auch mit dir ſeyn: Ich wil dich nit von mir laſſen / noch verlaſſen.

6. Sey gehertzt und ſtarckmütig: dan du wirſt

ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filii Iſrael, fecerúntque ſicut præcepit Dominus Moyſi.

III. 10. Et non ſurrexit ultrà propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem *f*, — *f* i. familiariſſimè.

11. in omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum, ut faceret in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, univerſæque terræ illius,

12. & cunctam manum robuſtam, magnáque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram univerſo Iſrael.

LIBER JOSUE, HEBRAICE JEHOSUA.

CAPUT I.

I. Joſue confortatus à Domino monet populum, ut ſe ad Jordanis tranſitum præparent; 1.

II. Tribus autem Ruben, Gad, & dimidiam Manaſſe, ut fratres ad promiſſam Terram deducant. 12.

ET factum eſt poſt mortem Moyſi ſervi Domini, ut loqueretur Dominus ad Joſue filium Nun, miniſtrum Moyſi, & diceret ei: — Anno M. 2553. dimidiato, ante Chriſtum 1451. menſe 1. anni 41. ab exitu.

2. Moyſes ſervus meus mortuus eſt: ſurge, & tranſi Jordanem iſtum tu, & omnis populus tecum, in Terram, quam ego dabo filiis Iſrael.

3. *a* Omnem locum, quem calcaverit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam, ſicut locutus ſum Moyſi. — *a Deut.* 11. 24.

4. A deſerto & Libano uſque ad fluvium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum uſque ad mare magnum contra ſolis occaſum erit terminus veſter.

5. Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: *b* ſicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. — *b Infr.* 3. 7. *Hebr.* 13. 5.

6. *c* Confortare, & eſto robuſtus: tu — *c Deut.* 31. 7. & 23. 3. *Reg.* 2. 2.

tu enim sorte divides populo huic Terram, pro qua juravi patribus suis, ut traderem eam illis.

7. Confortare igitur, & esto robustus valdè: ut custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis.

8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges *d* viam tuam, & intelliges eam.

d prosperabis.

9. Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumq; perrexeris.

10. Præcepítque Josue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite:

11. Præparate vobis cibaria *e*: quoniam post diem tertium *f* transibitis Jordanem, & intrabitis ad possidendam Terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

e sc. Manna, quod non dum cessaverat.
f q. d. post paucos dies.

II. 12. Rubenitis quoque & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait:

13. Mementote sermonis, quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram.

20. Und ist das seine Landmarck gegen Aufgang. Diß ist das Erbtheil der Kinder Benjamin nach ihren Landmarcken rings herum / und nach ihren Geschlechten.

21. Und ihre Stadt waren / Jericho / und Bethhagla und das Thal Casis:

22. Beth Araba / und Samaraim / und Bethel /

23. Und Avim / und Aphara / und Ophera /

24. Das Dorff Emona / und Ophni / und Gabee: zwölff Städt mit ihren Dörffern.

25. Auch Gabaon / und Rama / und Beroth /

26. Und Mesphe / und Caphara / und Amosa /

27. Und Recem / Jarephel / und Tharela

28. Und Sela / Eleph / und Jebus / welche ist Jerusalem / Gabaath / und Cariath: vierzehen Städt mit ihren Dörffern. Diß ist das Erbtheil der Kinder Benjamin / nach ihren Geschlechten.

Das XIX. Capitel.

I. Das Loß der andern sechs Geschlechter / als Simeon / Zabulon / Issachar / Aser / Nephthalim / und Dan / 1.
II. Dem Josue wird auch sein Theil zugeeignet / 49.

1. Darnach gieng das ander Loß auß der Kinder Simeon nach ihren Geschlechten:

2. Und war ihre Erbschafft mitten in dem Erbtheil der Kinder Juda: Bersabee / und Sabee / und Molada /

3. Und Hasersual / Bala / und Asem /

4. Und Eltholad / Bethul / und Harma /

5. Und Siceleg / und Bethmarchaboth / und Hasersusa /

6. Und Bethlebaoth / und Sarohen / dreyzehen Städt mit ihren Dörffern.

7. Ain und Remmon / und Athar / und Asan: vier Städt mit ihren Dörffern:

8. Auch alle Flecken / welche rings um dise Städt herligen / biß gen Baalath Beer Ramath gegen Mittag. Diß ist die Erbschafft der Kinder Simeon nach ihren Geschlechten /

9. Im Erbtheil und Loß der Kinder Juda: dan dasselbig war grösser / darum haben die Kinder Simeon ihr Erbtheil mitten unter ihrer Erbschafft bekommen.

10. Und das dritte Loß fiel auf die Kinder Zabulon / nach ihren Geschlechten / und streckete sich die Landmarck ihres Erbtheils biß gen Sarid.

---

nem Bethhagla: súntque exitus ejus contra linguam *h* maris salsissimi ab Aquilone in fine Jordanis ad australem plagam:

h i. sinum.

20. qui est terminus illius ab Oriente. Hæc est possessio filiorum Benjamin per terminos suos in circuitu, & familias suas,

21. Fuerúntque civitates ejus, Jericho & Bethhagla & Vallis Casis,

22. Beth Araba & Samaraim & Bethel *i*,

23. & Avim & Aphara & Ophera,

24. Villa Emona & Ophni & Gabee: civitates duodecim, & villæ earum.

i i. altera quæ & Luza in tribu Benjamin.

25. Gabaon & Rama & Beroth,

26. & Mesphe & Caphara, & Amosa,

27. & Recem, Jarephel & Tharela,

28. & Sela, Eleph, & Jebus, quæ est Jerusalem *k*, Gabaath & Cariath: civitates quatuordecim, & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Benjamin juxta familias suas.

k pars ejus altera erat in tribu Juda.

CAPUT XIX.

I. Aßignantur sortes sex tribubus: Simeon, Zabulon, Issachar, Aser, Nephthalim, Dan. 1.
II. Josue portio in medio Israel aßignatur. 49.

1. ET egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas: fuítque hereditas

Eodem an. 2561.

2. eorum in medio possessionis filiorum Juda: Bersabee & Sabee & Molada

3. & Hasersual, Bala & Asem

4. & Eltholad, Bethul & Harma

5. & Siceleg & Bethmarchaboth & Hasersusa

6. & Bethlebaoth & Sarohen: civitates tredecim, & villæ earum:

7. Ain & Remmon & Athar & Asan: civitates quatuor, & villæ earum:

8. omnes viculi per circuitum urbium istarum usq; ad Baalath Beer Ramath contra australē plagam. Hæc est hereditas filiorum Simeon juxta cognationes suas,

9. in possessione & funiculo filiorum Juda: quia major *a* erat: & idcirco filii Simeon possederunt in medio hereditatis eorum.

a sc. quàm ut eum solus Judas possidere posset.

10. Ceciditque sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessionis eorum usque Sarid.

11. Ascendítque de Mari & Merala, & pervenit in Debbaseth, usque ad torrentem qui est contra Jeconam.

12. Et revertitur de Sared contra Orientem in fines *b* Ceseleththabor: & egreditur ad Dabereth, ascendítque contra Japhie.

b i. limites.

13. Et inde pertransit usque ad orientalem plagam Gethhepher *c* & Thacasin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa.

c civitas Jonæ prophetæ.

14. Et circuit ad Aquilonem Hanathon: súntque egressus ejus Vallis Jephtahel:

15. & Cateth & Naalol & Semeron & Jedala & Bethlehem *d*: civitates duodecim, & villæ earum.

d sc. altera in tribu Juda.

16. Hæc est hereditas tribûs filiorum Zabulon per cognationes suas, urbes & viculi earum.

17. Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas:

18. fuítque ejus hereditas, Jezrael *e* & Casaloth & Sunem,

e urbs valde nobilis.

19. & Hapharaim & Seon, & Anaharath.

20. & Rabboth & Cesion, Abes,

21. & Rameth, & Engannim, & Enhadda, & Bethpheses.

22. Et pervenit terminus ejus usque Thabor *f* & Sehesima & Bethsames: erúntque exitus ejus Jordanis: civitates sedecim, & villæ earum.

f i. civitas.

23. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, urbes & viculi earum.

24. Cecidítque sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas:

25. fuítque terminus eorum *g* Halcath & Chali & Beten, & Axaph,

g tribus Aser.

26. & Elmelech & Amaad & Messal: & pervenit usque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath,

27. ac revertitur contra orientem Bethdagon: & pertransit usque Zabulon & Vallem Jephthael contra Aquilonem in Bethemec & Nehiel. Egreditúrque ad lævam Cabul,

28. & Abran & Rohob & Hamon, & Cana, usque ad Sidonem magnam.

29. Revertitúrque in Horma usque ad civitatem munitissimam Tyrum, & usque Hosa: erúntq; exitus ejus in mare de funiculo Achziba:

11. Und gibt sich herauf vom Meer / und von Merala / und kommt hindurch auf Debbaseth / biß an den Bach / der gegen Jeconam über ist.

12. Und kehret wider von Sared gegen Aufgang / zu den Gräntzen Ceseleththabor / und gehet von dannen herauß auf Dabereth / und strecket sich hinauf gegen Japhie.

13. Und von dannen gehet sie hindurch zu der Gegend Geth Hepher / und Thacasin gegen Aufgang: und kommt herauß zu Remmon / Amthar / und Noa.

14. Und gibt sich gegen Mitternacht um Hanathon / und ist ihr Außgang / das Thal Jephtahel /

15. Und Cateth / und Naalol / und Semeron / und Jedala / und Bethlehem: zwölff Städt / und ihre Dörffer.

16. Diß ist die Erbschafft deß Stams der Kinder Zabulon / nach ihren Geschlechten / ihre Städt und Dörffer.

17. Das vierdte Loß gieng auß für Issachar nach seinen Geschlechten.

18. Und seine Erbschafft war / Jezrael / und Casaloth / und Sunem /

19. Und Hapharaim / u. Seon / u. Anaharath /

20. Und Rabboth / und Cesion / Abes /

21. Und Rameth und Engannim / und Enhadda / und Bethpheses.

22. Und gehet ihre Landmarck hindurch biß gen Thabor / und Sehesima / und Bethsames: und kommt auf den Jordan hinauß: seynd sechzehen Städt / und ihre Dörffer.

23. Diß ist das Erbtheil der Kinder Issachar / nach ihren Geschlechten / ihre Städt und Dörffer.

24. Und das fünffte Loß fiel dem Stamm der Kinder Aser / nach ihren Geschlechten.

25. Und ihre Landmarck war / Halcath / und Chali / und Beten und Axaph:

26. Und Elmelech / und Amaad / und Messal: und kommt biß zum Carmel am Meer / und Sihor / und Labanath.

27. Und kehret wider gegen Aufgang zu Bethdagon: und strecket sich hindurch biß an Zabulon / und zum Thal Jephthael / gegen Mitternacht gen Bethemec / und Nehiel. Und gehet hinauß bey Cabul zur lincken Seiten /

28. Und Abran und Rohob / und Hamon / und Cana / biß an groß Sidon.

29. Und wendet sich widerum gen Horma / biß auf die sehr veste Stadt Tyrum / und biß gen Hosa: und sein Außgang ist aufs Meer / vom Theil Achziba:

20. Und

30. Und Amma / und Aphec / und Rohob: zwey und zwantzig Stådt mit ihren Dörffern.
31. Diß ist das Erbtheil der Kinder Aser nach ihren Geschlechten / ihre Stådt / und ihre Flecken.
32. Das sechste Loß fiel den Kindern Nephthali / nach ihren Geschlechten:
33. Und ihre Landmarck gehet an von Heleph und Elon gen Saananim und Adami / welche ist Neceb / und Jebnael biß gen Lecum: und gehet biß auf den Jordan hinauß:
34. Da wendet sich die Landmarck gegen Nidergang / gen Azanotthabor / von dannen gibt sie sich hinauß gen Hucuca / und gehet hindurch auf Zabulon gegen Mittag / und auf Aser und gegen Nidergang / und auf Juda am Jordan gegen Aufgang der Sonnen.
35. Und hat sehr veste Stådt / Assedim / Ser / und Emath / und Reccath / und Cenereth /
36. Und Edema / und Arama / Asor /
37. Und Cedes / und Edrai / Enhasor /
38. Und Jeron / und Magdalel / Horem / und Bethanath / und Bethsames: neunzehen Stådt / und ihre Dörffer.
39. Diß ist das Erbtheil deß Stamms der Kinder Nephthali nach ihren Geschlechten / ihre Stådt / und ihre Dörffer.
40. Das sibende Loß kam auß für den Stamm der Kinder Dan nach ihren Geschlechten:
41. Und die Landmarck ihres Erbtheils war / Saraa / und Esthaol / und Hirsemes / das ist der Sonnen Stadt.
42. Selebin / und Aialon / und Jethela /
43. Elon / und Themna / und Acron /
44. Elthece / Gebbethon / und Balaath /
45. Und Jud / und Bane / und Barach / und Gethremmon /
46. Und Mejarcon und Arecon / mit der Landmarck / die sich gegen Joppen hinauß strecket:
47. Und das ist das End / damit die Marck geschlossen wird. Und die Kinder Dan zogen hinauf / und stritten wider Lesem / und eroberten sie / und schlugen sie mit der Schårpff deß Schwerdts / und nahmen sie zum Besitz ein / und wohneten darinnen / und nannten sie Lesem Dan / nach dem Namen Dan ihres Vatters.
48. Diß ist das Erbtheil deß Stamms der Kinder Dan / nach ihren Geschlechten / ihre Stådt und ihre Dörffer.
II. 49. Nachdem ers nun vollendet / und das Land unter ihnen nach ihren Stämmen mit dem Loß außgetheilet hatte gabē die Kinder Israel auch dem Josue / dem Sohn Nun / mittē unter ihnen ein Erbtheil

30. & Amma & Aphec & Rohob: civitates viginti duæ, & villæ earum.
31. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas, urbésque & viculi earum.
32. Filiorum Nephthali sexta sors cecidit per familias suas:
33. & cœpit terminus de Heleph & Elon in Saananim, & Adami, quæ est Neceb, & Jebnael usque Lecum: & egressus eorum usque ad Jordanem:
34. revertitúrque terminus contra Occidentem in Azanotthabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertransit in Zabulon contra meridiem, & in Aser contra Occidentem, & in Juda ad Jordanem contra ortum solis:
35. civitates munitissimæ, Assedim, Ser, & Emath, & Reccath & Cenereth *h*,
36. & Edema & Arama, Asor,
37. & Cedes & Edrai, Enhasor,
38. & Jeron & Magdalel, Horem & Bethanath & Bethsames: civitates decem & novem, & villæ earum.
39. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas, urbes & viculi earum.
40. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima:
41. & fuit terminus possessionis ejus Saraa & Esthaol, & Hirsemes, id est, civitas solis.
42. Selebin & Aialon & Jethela,
43. Elon & Themna & Acron,
44. Elthece, Gebbethon & Balaath,
45. & Jud & Bane & Barach & Gethremmon:
46. & Mejarcon & Arecon, cum termino qui respicit Joppen,
47. & ipso fine concluditur. Ascenderúntq; filii Dan, & pugnaverunt contra Lesem *i*, ceperúntque eam: & percusserunt eam in ore gladii, & possederunt, & habitaverunt in ea, vocantes nomen ejus Lesem Dan, ex nomine Dan patris sui.
48. Hæc est possessio tribûs filiorum Dan, per cognationes suas, urbes & viculi earum.
II. 49. Cúmque complesset sorte dividere Terram singulis per tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Josue filio Nun in medio sui, 50. jux-

h ab hac dictum est mare Genesareth.

i quæ postea Cæsarea Philippi.

k Atque ita distributio ni terræ finis est impositus, annis post electionem patrum circiter 450. (Act. 13. 20.) à nato enim Isaaco, sunt anni 453. à rejecto Ismaele 448. utrobiq; circiter 450.

50. juxta præceptum Domini, urbem quam postulavit, Thamnath Saraa in monte Ephraim: & ædificavit civitatem, habitavitque in ea.

51. Hæ sunt possessiones, quas sorte diviserunt Eleazar sacerdos & Josue filius Nun, & principes familiarum ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram Domino ad ostium tabernaculi testimonii, partitique sunt Terram k.

Caput XX.

Sex refugii civitates & qui ad eas possint confugere & quamdiu ibi remanere debeant.

a Anno M. 2562.

b Num. 35. 10. Deut. 19. 2. Moraliter urbes refugii significant sacramentum & opera pœnitentiæ, per quæ ad Deum confugimus, & remissioné obtinemus.

1. ET locutus est Dominus a ad Josue, dicens: Loquere filiis Israel, & dic eis:

2. Separate urbes fugitivorum, b de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi;

3. ut confugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius: & possit evadere iram proximi, qui ultor est sanguinis:

4. cùm ad unam harum confugerit civitatum, stabit ante portam civitatis, & loquetur senioribus urbis illius ea quæ se comprobent innocentem: sicque suscipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum.

5. Cúmque ultor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus ejus: quia ignorans percussit proximum ejus, nec ante biduum, triduúmve ejus probatur inimicus.

6. Et habitabit in civitate illa, donec stet ante judicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc revertetur homicida, & ingredietur civitatem & domum suam de qua fugerat.

c Chald. constituerunt Hebr. sanctificaverunt.

7. Decreverúntque c Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron, in monte Juda.

d Deut. 4. 43.

8. Et trans Jordanem contra Orientalem plagam Jericho, d statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine, de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse.

50. Nach dem Befehl deß HErrn / die Stadt / die er forderte nemlich Thamnath Saraa auf dem Berg Ephraim: da bauete er die Stadt / und wohnete darinn.

51. Diß seynd die Erbtheil / welche Eleazar der Priester / u. Josue / der Sohn Nun / u. die Fürsten der Häuser u. Stämmen der Kinder Israel zu Silo vor dem HErrn / an der Thür deß Tabernackels deß Zeugnuß mit dem Loß außgetheilet / und also die Theilung deß Lands geendiget haben.

Das XX. Capitel.

Sechs Freystädt werden benannt / dahin die / so unversehens einen Todtschlag begangen / ihre Zuflucht könnten nehmen.

1. UNd der HErr redet mit Josue / und sprach: Rede mit den Kindern Israel / und sprich zu ihnen:

2. söndert ab die Städt für die Flüchtige / von welchen ich euch / durch die Hand Moysis gesagt hab:

3. Auf daß ein jeglicher / der ein Seel ohn wissen und willen erschlagen hat / seine Zuflucht dahin nehmen / und also dem Zorn seines Nächsten entgehen möge / der die Rach deß Bluts zu fordern hat:

4. Wan er aber zu einer von disen Städten seine Zuflucht nimmt / so sol er vor dem Thor der Stadt stehen / und den Aeltesten derselbigen Stadt seine Red vortragen / damit er seine Unschuld beweisen möchte: und also sollen sie ihn aufnehmen / und ihm Raum geben zu wohnen.

5. U. wan ihn verfolgen wird / der deß Bluts halben die Rach fordert / alsdan sollen sie ihn nit in seine Händ übergeben: dan er hat seinen Nächsten unwissend erschlagen / u. wird bewisen / daß er vor zweyen oder dreyen Tagen sein Feind nit gewesen ist

6. Und er sol in derselbigen Stadt wohnen / biß er vor Gericht stehe / und seiner That halben Red / u. Antwort gegeben hat: und biß der Hohepriester mit Tod abgehet / der in den Zeiten seyn wird: alsdan sol der Todschläger wider kommen / und zu seiner Stadt / auch zu seinem Hauß widerum einkehren / darauß er flüchtig worden ist.

7. Da bestimmten sie dazu Cedes in Galilea / auf dem Berg Nephthali / und Sichem auf dem Berg Ephraim / und Cariath Arbe / dise ist Hebron / auf dem Berg Juda.

8. Und über dem Jordan gegen Aufgang von Jericho / verordneten sie Bosor / welche in der ebenen Wüst ligt / vom Geschlecht Ruben / und Ramoth in Galaad / vom Geschlecht Gad / und Gaulon in Basan / vom Geschlecht Manasse.

9. Dise

9. Dise Stādt seynd allen Kindern Jsrael bestimmt / auch den Frembdlingen / die unter ihnen wohnen / daß dahin fliehen sol / wer unwissend eine Seel erschlagen hätte / damit er nit ums Leben komme in der Hand deß Nächsten / der das vergossen Blut zu rächen begehrt / biß daß er vor dem Volck gestanden ist / und seine Sach vorgetragen hat.

Das XXI. Capitel.

I. Den Leviten werden acht und viertzig Stādt samt ihren Vorstädten zugeeignet / 3.
II. GOtt erfüllt allerdings / was er vor Zeiten den Altvättern versprochen / und schaffet Ruh und Frid Jsrael. 41.

1. UNd die Oberste von den Geschlechten Levi / tratten zu Eleazar dem Priester und zu Josue / dem Sohn Nun / und zu den Fürsten der Geschlechten auß allen Stämmen der Kinder Jsrael /
2. Und redeten mit ihnen zu Silo im Land Chanaan / und sprachen: Der HErr hat befohlen durch die Hand Moysis / daß man uns Stādt zu bewohnen geben sol / samt ihren Vorstädten / das Vieh zu unterhalten.
I. 3. Da gaben ihnen die Kinder Jsrael auß ihren Erbschafften Stādt / mit ihren Vorstädten / nach dem Befehl deß HErrn.
4. Und das Loß gieng auß auf das Geschlecht Caath der Kinder Aaron / deß Priesters / und seynd ihnen von den Stämmen Juda / und Simeon / und Benjamin dreyzehen Stādt gefallen.
5. Und den andern Kindern Caath / das ist / den Leviten / welche noch übrig waren / seynd auß den Stämmen Ephraim / und Dan / und auß dem halben Stamm Manasse zehen Stādt gefallen.
6. Aber für die Kinder Gerson kam das Loß auß / daß sie von den Stämmen Jssachar / und Aser / und Nephthali / und von dem halben Stamm Manasse in Basan / an der Zahl dreyzehen Stādt haben solten.
7. Wie auch den Kindern Merari nach ihren Geschlechten / von den Stämmen Ruben / und Gad und Zabulon zwölff Stādt gefallen seynd.
8. Also gaben die Kinder Jsrael den Leviten dise Stādt / samt ihren Vorstädten ein / wie der HErr durch die Hand Moysis befohlen hatte / und ward einem jeglichen sein Theil durchs Loß zugeeignet.
9. Von den Stämmen der Kinder Juda und Simeon / gab Josue /
10. Den Kindern Aaron / nach den Geschlechten Caath / auß dem Stam̃ Levi (dan das erste Loß war für sie außgangen) dise Stādt / deren Namen seynd:

9. Hæ civitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & advenis *e* qui habitabant inter eos: ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

e proselytis seu ad Judaismum conversis.

CAPUT XXI.

I. Levitis assignantur civitates quadraginta octo cum suburbanis: 3.
II. Deus complet promissa Patribus, concedens plenam pacem & quietem. 41.

1. ACcesseruntq; principes familiarum Levi ad Eleazarum sacerdotem, & Josue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel: Eodem an. 2562.
2. locutique sunt ad eos in Silo Terræ Chanaan, atq; dixerunt: *a* Dominus præcepit per manum Moysi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda jumenta. *a Num. 35. 2.*
I. 3. Dederuntq; filii Israel de possessionibus suis juxta imperium Domini civitates & suburbana earum.
4. Egressaque est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis, de tribubus Juda, & Simeon, & Benjamin, civitates tredecim:
5. & reliquis filiorum Caath *b*, id est, Levitis qui superfuerant, de tribubus Epharaim, & Dan, & dimidia tribu Manasse, civitates decem. *b sc. qui non erant de familia Aaron.*
6. Porrò filiis Gerson egressa est sors, ut acciperent de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiaque tribu Manasse in Basan, civitates numero tredecim.
7. Et filiis Merari per cognationes suas, de tribubus Ruben & Gad & Zabulon, urbes duodecim.
8. Dederuntque filii Israel Levitis civitates & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes.
9. De tribubus filiorũ Juda & Simeõ dedit Josue civitates: *c* quarũ ista sunt nomina, *c 1. Par. 6. 2.*
10. filiis Aaron per familias Caath Levitici generis (prima enim sors illis egressa est)

11. Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Juda, & suburbana ejus per circuitum.

d Sup. 14. 14. 1. Par. 6. 56

12. d Agros verò & villas ejus dederat Caleb filio Jephone ad possidendum.

13. Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii civitatem, ac suburbana ejus: & Lobnam cum suburbanis suis:

14. & Jether, & Estemo,

15. & Holon, & Dabir,

16. & Ain, & Jeta, & Bethsames, cum suburbanis suis: civitates novem, de tribubus, ut dictum est, duabus.

17. De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, & Gabae,

e Patria Jeremiæ, tribus milliaribus ab Jerusalem. Sa.

18. & Anathoth e & Almon, cum suburbanis suis: civitates quatuor.

19. Omnes simul civitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim, cum suburbanis suis.

20. Reliquis verò per familias filiorum Caath Levitici generis, hæc est data possessio.

21. De tribu Ephraim urbes confugii, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer

22. & Cibsaim & Beth-horon, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

23. De tribu quoque Dan, Eltheco & Gabathon,

f hoc nomine duplex erat.

24. & Aialon & Gethremmon f, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

25. Porrò de dimidia tribu Manasse, Thanach & Gethremmon, cum suburbanis suis, civitates duæ.

26. Omnes civitates decem, & suburbana earum, datæ sunt filiis Caath inferioris gradûs g.

g sc. qui non erant sacerdotes.

27. Filiis quoque Gerson Levitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugii civitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, civitates duas.

28. Porrò de tribu Issachar, Cesion, & Dabereth,

29. & Jaramoth, & Engannim, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

30. De tribu autem Aser, Masal & Abdon,

31. & Helcath & Rohob, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

11. Cariath Arbe deß Vatters Enac / welche Hebron genannt wird / auf dem Gebirg Juda / und ihre Vorstädt rings herum.

12. Aber ihre Aecker und Dörffer hatte er zuvor dem Caleb / dem Sohn Jephone zubesitzen eingeben.

13. Also gab er den Kindern Aaron deß Priesters Hebron die Freystadt / mit ihren Vorstädten und Lobna mit ihren Vorstädten /

14. Und Jether / und Estemo /

15. Und Holon und Dabir /

16. Und Ain und Jeta / und Bethsames / mit ihren Vorstädten: Neun Städt von vorgemeldten beyden Stämmen.

17. Aber vom Stamm der Kinder Benjamin gab er Gabaon / und Gabae /

18. Und Anathoth / und Almon / mit ihren Vorstädten / zusammen vier Städt.

19. Alle Städt der Kinder Aaron deß Priesters waren zusammen dreyzehen / mit ihren Vorstädten.

20. Aber den andern vom Geschlecht der Kinder Caath / vom Stammen Levi / ist diß Erbtheil gegeben.

21. Vom Stamm Ephraim / die Freystädt / Sichem / mit ihren Vorstädten / auf dem Gebirg Ephraim und Gazer:

22. Und Cibsaim und Bethhoron mit ihren Vorstädten / vier Städt /

23. Auch vom Stamm Dan / Eltheco / und Gabathon /

24. Und Ajalon / und Gethremmon / mit ihren Vorstädten / vier Städt.

25. Aber vom halben Stamm Manasse / Thanach / und Gethremmon / mit ihren Vorstädten / zwo Städt.

26. Also seynd den andern Kindern Caath / die geringern Stands waren / zusammen zehen Städt mit ihren Vorstädten eingeben.

27. Und den Kindern Gerson vom Geschlecht Levi / gab er auß dem halben Stamm Manasse die Freystädt / Gaulon in Basan / und Bosram / mit ihren Vor-Städten / zwo Städt.

28. Aber auß dem Stamm Issachar gab er ihnen Cesion / und Dabereth /

29. Und Jaramoth / und Engannim mit ihren Vorstädten / vier Städt.

30. Und vom Stamm Aser gab er ihnen Masal und Abdon /

31. Und Helcath / und Rohob / mit ihren Vorstädten / vier Städt.

32. Und

32. Und auß dem Stamm Nephthali die Freystädt / Cedes in Galilea / und Hammoth Dor / und Carthan / mit ihren Vorstädten / drey Städt.

33. Alle Städt deß Geschlechts Gerson waren dreyzehen / mit ihren Vorstädten.

34. Aber den Kindern Merari den Leviten im geringern Stand nach ihren Geschlechten / ward vom Stam̃ Zabulon gegeben / Jecnam / und Cartha /

35. Und Damna / und Naalol / vier Städt mit ihren Vorstädten.

36. Auß dem Stam̃ Ruben jenseit deß Jordans / gegen Jericho über / wurden ihnen gegeben die Freystädt / Bosor in der Wüst / Misor / und Jaser / und Jethson / und Mephaath / vier Städt mit ihren Vorstädten.

37. Auß dem Stamm Gad die Freystädt: Ramoth in Galaad und Manaim / und Hesebon / und Jazer: vier Städt mit ihren Vorstädten.

38. Alle Städt der Kinder Merari nach ihren Geschlechten und Verwandtschafften / waren zwölff.

39. Seynd demnach der Leviten Städt / die sie mitten im Erbtheil der Kinder Israel hatten / zusammen acht und viertzig gewesen:

40. Mit ihren Vorstädten welche alle nach den Geschlechten seynd außgetheilet worden.

II. 41. Also hat GOtt der HErr dem Israel das gantze Land eingeben / das er ihren Vättern zu geben geschworen hatte: und sie habens eingenommen / und darinn gewohnet.

42. U. ist ihnen vom HErrn vor allẽ Völckern rings herum Frid gegeben worden u keiner v' den Feindẽ hat sich ihnen widersetzen därffen sondern seynd alle zusamen unter ihren Gewalt gebracht worden.

43. Es ist nit ein eintzig Wort / das er ihnen zu thun verheissen hatte / vergeblich gewesen: sondern alles ist mit der That erfüllet.

Das XXII. Capitel.

I. Da die Geschlecht Ruben / Gad und der halbe Stamm Manasse über den Jordan zu ihrem Eigenthum kehren / und ein Altar aufrichten / kommen sie in Verdacht einer Missethat / 9.

II. Als sie aber die Ursach zu erkennen geben / werden sie für unschuldig erklärt / 21.

1. ZU derselbigen Zeit forderte Josue die Rubeniter / und Gaditer / und den halben Stamm Manasse /

2. Und sprach zu ihnen: Ihr habt alles gethan / was euch Moyses der Knecht deß HErrn befohlen

32. De tribu quoque Nephthali civitates confugii, Cedes in Galilæa, & Hammoth Dor, & Carthan, cum suburbanis suis, civitates tres.

33. Omnes urbes familiarum Gerson tredecim cum suburbanis suis.

34. Filiis autem Merari Levitis inferioris gradûs per familias suas data est de tribu Zabulon, Jecnam & Cartha.

35. & Damna & Naalol, civitates quatuor cum suburbanis suis.

36. De tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor & *h* Jaser & Jethson & Mephaath, civitates quatuor cum suburbanis suis.

h Misor videtur conjungendum cum Jaser, ut unam eandémque urbem constituat. Tirin.

37. De tribu Gad civitates confugii, Ramoth in Galaad, & Manaim & Hesebon & Jazer, civitates quatuor cum suburbanis suis.

38. Omnes urbes filiorum Merari per familias & cognationes suas, duodecim.

39. Itaque civitates universæ Levitarum in medio possessionis filiorum Israeli fuerunt quadraginta octo

40. cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ.

II. 41. Dedítque Dominus Deus Israeli omnem Terram *i*, quam traditurum se patribus eorum juraverat: & possederunt illam, atque habitaverunt in ea.

i *Augustin. q. 21. in Josue* ait, datam omnẽ partim in possessionem partim in exercitationem sc. belli.

42. Datáque est ab eo pax, *k* in omnes per circuitum nationes: nullúsque eis hostium resistere *l* ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt.

k Eadem de quo supra cap. 11. 23. & 14. 15. anno M. 2560. facta sub duce Josue.

43. Ne unum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritũ fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAPUT XXII.

I. Remissæ ad suam possessionem trans Jordanem tribus Ruben & Gad & dimidia Manasse, suspicionem movent cæteris tribubus propter extructum altare; 9.

II. Sed missi legati suscipiunt justam eorum excusationem. 21.

1. EOdem tempore vocavit Josue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse,

Eodem an. 2562. Ant. Chr. 1442.

2. dixítque ad eos: Fecistis omnia, quæ præcepit vobis Moyses famulus Do-

Domini: mihi quoque in omnibus obedistis,

3. nec reliquistis fratres vestros longo tempore, usque in præsentem diem, custodientes imperiũ Domini Dei vestri.

4. Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: revertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, *a* quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Jordanem:

5. Ita dumtaxat, ut custodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, & observetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac serviatis in omni corde, & in omni anima vestra.

6. Benedixitque *b* eis Josue, & dimisit eos. Qui reversi sunt in tabernacula sua.

7. Dimidiæ autem tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Josue sortem inter cæteros fratres suos trans Jordanem ad Occidentalem plagam. Cúmque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis,

8. dixit ad eos: In multa substantia atque divitiis *c* revertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: dividite prædam hostium cum fratribus vestris *d*.

I. 9. Reversique sunt, & abierunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse, à filiis Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad Terram possessionis suæ, quam obtinuerant juxta imperium Domini in manu Moysi.

10. Cúmque venissent ad tumulos *e* Jordanis in terram Chanaan, ædificaverunt juxta Jordanẽ altare infinitæ *f* magnitudinis.

11. Quòd cùm audissent filii Israel, & ad eos certi nuntii detulissent, ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, altare in Terra Chanaan, super Jordanis tumulos, contra filios Israel:

a Num. 32. 33. Sup. 1. 13. & 13. 8.

b i. bene precando.

c i. cum multis opibus & jumentis.

d Sicut Deus præceperat. Num. 31. 27.

e fines seu oras.

f i. maximæ.

hat: auch seyd ihr mir in allem gehorsam gewesen /

3. Ihr habt auch eure Brüder die lange Zeit / biß auf den heutigen Tag nit verlassen / und habt das Gebott deß HErrn eures GOttes gehalten.

4. Dieweil dan der HErr euer GOtt euren Brüdern Ruh und Frid gegeben hat / wie er verheissen / so kehret nun wider um / und ziehet hin in eure Hütten / und in das Land eures Erbtheils / das euch Moyses / der Knecht deß HERRN / jenseit deß Jordans eingeben hat:

5. Gleichwol dergestalt / das ihr mit Fleiß bewahret / und mit dem Werck erfüllet das Gebott und Gesatz so euch Moyses / der Knecht deß HErrn befohlen hat / daß ihr den HErrn euren GOtt liebet / und wandlet in allen seinen Weegen / und seine Gebott haltet / und ihm anhanget / und dienet / von eurem gantzen Hertzen / und von gantzer eurer Seel.

6. Und Josue seegnete sie / und ließ sie ziehen: und sie kehreten wider um in ihre Hütten.

7. Es hatte aber Moyses dem halben Stamm Manasse sein Erbtheil in Basan gegeben: und derwegen gab Josue dem übrigen halben Stamm ein Loß unter seinen andern Brüdern über dem Jordan in der Gegend zum Nidergang. Und da er sie von sich ziehen ließ in ihre Hütten / und sie nun geseegnet hatte /

8. Sprach er zu ihnen: Ihr kommet nun widerum zu dem Ort / da ihr euren Sitz habt / mit grossem Gut und Reichthum / mit Silber und Gold / mit Ertz und Eisen / und mit vilerhand Kleydern: theilet den Raub der Feinden mit euren Brüdern.

I. 9. Also wandten sich die Kinder Ruben / und die Kinder Gad / und der halbe Stamm Manasse / und scheideten von den Kindern Israel auß Silo / die im Land Chanaan ligt / in das Land Galaad zu ziehen / in ihr Erbtheil / das sie nach dem Befehl deß HErrn durch die Hand Moysis bekommen hatten.

10. Da sie nun zu den Erdhauffen kamen am Jordan in das Land Chanaan / baueten sie neben dem Jordan einen überschwenglich grossen Altar.

11. Als aber die Kinder Israel solches höreten / und ihnen durch gewisse Bottschafft kund gethan ward / daß die Kinder Ruben / und Gad / und der halbe Stamm Manasse / im Land Chanaan / auf die Erdhauffen am Jordan / einen Altar disseits der Kinder Israel gebauet hätten:

12. Kamen sie alle gen Silo zusamen / daß sie hinauf zogen wider sie zu streiten.

13. Und immittelst schickten sie zu ihnen in das Land Galaad Phinees / den Sohn Eleazar deß Priesters /

14. Und zehen Fürsten mit ihm / auß einem jeglichem Geschlecht einen.

15. Die kamen zu den Kindern Ruben / und Gad / und zu dem halben Stam̃ Manasse / und das Land Galaad / und sprachen zu ihnen:

16. Diß entbiet euch das gantze Volck deß HERRN: Was ist diß für eine Übertrettung? warum habt ihr den HERRN / den GOTT Israel verlassen / und habt einen lästerlichen Altar gebauet / u. seyd von seinem Dienst abgewichen?

17. Ists euch zu wenig daß ihr mit Beelphegor gesündiget habt u. ist dises Lasters Schandflecken / an uns noch nit außgetilget / biß auf den heutigen Tag? so seynd auch vil vom Volck umbkommen.

18. Und ihr habt heut den HErrn verlassen / darum wird morgen sein Zorn wider gantz Israel wüten.

19. Lasset ihr euch beduncken / daß eures Erbtheils Land unrein sey / so ziehet herüber in das Land / darinn der Tabernackel deß HErrn ist / und wohnet unter uns: allein daß ihr vom HErrn / und von unser Gemeinschafft nit abweichet / daß ihr einen Altar ausser dem Altar deß HERRN unsers GOttes aufrichtet.

20. Hat nit Achan der Sohn Zare deß HErrn Gebott übertretten / und sein Zorn ist über das gantze Volck Israel kommen? nun war diser ein eintziger Mensch / und wolte GOtt / daß er allein in seinem Laster umkommen wäre.

II. 21. Da antworteten die Kinder Ruben / und Gad / und der halbe Stamm Manasse / und sprachen zu den Fürsten der Bottschafft Israel:

22. Der allerstärckeste GOTT und HERR / ja der allerstärckeste GOTT und HERR / der weist / so sol es Israel auch zugleich verstehen: wofern wir disen Altar in Meynung zu sündigen gebauet haben / so behüte uns der HErr nit / sondern straffe uns jetzt gegenwärtig:

23. Wan wirs auch in der Meynung gethan haben / daß wir Brand-Opffer / auch Speiß-Opffer / und Frid-Opffer darauf legen wolten / so suche es der HErr / und richte es:

24. U. wan wirs nit vilmehr in den Gedancken / u. auß dem Rathschlag gethan habẽ / daß wir sprachen: morgen werden eure Kinder zu unsern Kindern sagẽ was habt ihr mit dẽ HErrn / dẽ Gott Israel zuthun?

12 convenerunt omnes in Silo, ut ascenderent & dimicarent contra eos.

13. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis.

14. & decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus.

15. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, in Terram Galaad, dixeruntque ad eos:

16. Hæc mandat omnis populus Domini: Quæ est ista transgressio: Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes?

17. An parum vobis est *g* quòd peccastis in Beelphegor *h* & usque in præsentem diem macula hujus sceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt.

18. Et vos hodie *i* reliquistis Dominum, & cras *k* in universum Israel ira ejus desæviet.

19. Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad Terram, in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantùm ut à Domino, & à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri.

20. *l* Nonne Achan filius Zare præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira ejus incubuit? Et ille erat unus homo *m*, atque utinam solus periisset in scelere suo.

II. 21. Responderuntque filii Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, principibus legationis Israel:

22. Fortissimus Deus Dominus, Fortissimus Deus Dominus, ipse novit, & Israel simul intelliget: si prævaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti:

23. & si eâ mente fecimus, ut holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat & judicet:

24. & non eâ magis cogitatione atque tractatu, ut diceremus: Cras *n* dicent filii vestri filiis nostris: Quid vobis & Domino Deo Israel?

g Num. 25. 3. Deut. 4. 3.
h idolo Moabitarum, illud colendo.
i i. nunc.
k sc. paulò post.
l Supr. 7. 1.
m qui solus peccaverat.
n futuro seu brevi tempo-

25. Ter-

25. Terminum posuit Dominus inter nos & vos, ô filii Ruben, & filii Gad, Jordanem fluvium: & idcircò partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros à timore Domini Putavimus itaque melius,

26. & diximus: Extruamus nobis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas,

27. sed in testimonium inter nos & vos, & sobolem nostram vestrámque progeniem, ut serviamus Domino, & juris nostri sit offerre & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino.

28. Quòd si voluerint dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum o.

o possunt ergò etiam altaria, & imagines erigi, in memoriam Christi & Sanctorum, ad recolenda Dei beneficia, Sanctorum acta, & accendendam fidem, suadendam imitationem &c. *Serarius.*

29. Absit à nobis hoc scelus, ut recedamus à Domino, & ejus vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum ejus.

30. Quibus auditis, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, libentissimè susceperunt.

31. Dixítque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos: nunc scimus quòd nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis à prævaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini.

32. Reversusque est cum principibus à filiis Ruben & Gad, de Terra Galaad, finium Chanaan, ad filios Israel, & retulit eis.

33. Placuítque sermo cunctis audientibus. Et laudaverunt Deum filii Israel, & nequaquam ultrà dixerunt, ut ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent Terram possessionis eorum.

34. Vocaveruntque filii Ruben, & filii Gad, altare quod extruxerant, testimonium nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus,

25. Der HErr hat den Fluß den Jordan zur Landmarck gesetzt zwischen uns und euch / O ihr Kinder Ruben / und ihr Kinder Gad: derwegen habt ihr kein Theil an dem HErrn. Und möchten eure Kinder durch dise Gelegenheit unsere Kinder von der Forcht deß HErrn abwenden. Darumb sahen wir für gut an /

26. und sprachen: Lasset uns für uns einen Altar bauen / nit Brand-Opffer / oder Schlachtopffer zu opffern /

27. sondern zum Zeugnuß zwischen uns / und euch / und zwischen unsern Kindern / und euren Nachkommen / damit wir auch dem HErrn dienen / und berechtiget seyn Brand-Opffer und Schlacht-Opffer / und Frid-Opffer zu opffern: und eure Kinder morgen zu unsern Kindern nit sagen: Ihr habt kein Theil am HErrn.

28. Und wan sie das sagen wolten / sollen sie ihnen antworten: sehet an den Altar deß HErrn / den unsere Vätter nit zum Brand-Opffer / noch zum Speiß Opffer gemacht haben / sondern zum Zeugnuß zwischen uns und euch.

29. Weit sey das Laster von uns / daß wir vom HErrn abweichen / und seine Fußstapffen verlassen sollen / und einen Altar bauen / Brand Opffer / Speiß-Opffer / und Schlacht-Opffer darauf zu opffern / ausser dem Altar deß HERRN unsers GOttes / der vor seinem Tabernackel aufgerichtet ist.

30. Da solches Phinees der Priester / und die Fürsten der Bottschafft Israel höreten / welche mit ihm waren / haben sie sich befridigen lassen: und haben die Wort der Kinder Ruben / und Gad / und deß halben Stamms Manasse sehr gern angenommen:

31. Und Phinees / der Sohn Eleazar / der Priester / sprach zu ihnen: Nun erkennen wir / daß der HErr mit uns ist / dieweil ihr an diser Ubertretung unschuldig seyd / und habt die Kinder Israel auß der Hand deß HErrn erlöset.

32. Und er kam mit den Fürsten widerum von den Kindern Ruben und Gad / auß dem Land Galaad / der Gräntzen Chanaan zu den Kindern Israel / und zeigete ihnen das an.

33. Und die Red gefiel allen wohl / die sie höreten. Und die Kinder Israel lobeten GOtt / und sagten hinführo nit mehr / daß sie hinauß ziehen wolten / wider sie zu streiten / und das Land ihres Erbtheils zu vertilgen.

34. Und die Kinder Ruben / und die Kinder Gad nenneten den Altar / den sie gebauet hatten / unser Zeugnuß / daß der HErr selbst GOtt ist.

Das

Das XXIII. Capitel.

I. Der eralte und zum Tod nahende Josue ermahnet die Kinder Israel / die göttliche Gebott fleißig zu halten / 1.
II. Sonderlich die Gemeinschafft mit den Heyden zu meiden/ 12.

1. ALs nun eine raume Zeit verlauffen war/ nachdem der HERR dem Israel Frid gegeben/ und ihm alle Völcker rings herum unterworffen hatte / auch Josue nun fast betaget / und eines sehr hohen Alters war:

2. Berieff Josue gantz Israel / auch die Elteste und Fürsten / und Oberste und Lehrer / und sprach zu ihnen: Ich bin nun zu meinen Tagen kommen/ und zu einem sehr hohen Alter gerathen /

3 so habt ihr alles gesehen / was der HERR euer GOTT allen Völckern rings herum gethan / und wie er selbst für euch gestritten hat:

4. Dieweil er euch nun das gantze Land / gegen Aufgang vom Jordan biß an das grosse Meer/ mit dem Loß außgetheilet hat / und dannoch vil Völcker übrig seynd:

5. so wird der HErr euer GOtt dieselbige vertilgen/ u. vor eurem Angesicht hinweg nehmen / u. ihr werdet das Land besitzen/ wie er euch verheissen hat.

6. Seyd allein gehertzt / und sorgfältig alles zu halten/ was im Buch deß Gesatzes Moysis geschriben ist / und weichet davon nicht / weder zur Rechten noch zur Lincken:

7. Auf daß / wan ihr nun hinein gezogen seyd zu den Heyden / die unter euch seyn werden / ihr nit schwöret bey dem Namen ihrer Götter / auch denselbigen nit dienet noch sie anbettet;

8. Sondern daß ihr dem HErrn eurem GOtt anhanget / wie ihr biß auf disen Tag gethan habt.

9. So wird GOtt der HErr grosse und überauß mächtige Völcker vor euch hinweg raumen / und niemand wird euch widerstehen können.

10. Einer von euch wird tausend Mann vom Feind verfolgen: dan der HErr euer GOtt wird selbst für euch streiten / wie er verheissen hat:

11. Sehet euch allein vor zum allerfleißigsten / daß ihr den HErrn euren GOtt liebet.

II. 12. Im fall ihr aber den Irrthumen der Völcker anhangen wollet / die unter euch wohnen / und euch mit denselbigen durch Heurathen vermischen / und Freundschafft mit ihnen machen:

13. So sollet ihr jetzt wissen / daß sie der HErr euer GOtt vor eurem Angesicht nit wird vertilgen; sondern sie sollen euch zu einer Gruben / und zu ei-

CAPUT XXIII.

I. Josue senex jámque moribundus, exhortatur filios Israel ad servanda Dei præcepta. 1.
II. Præsertim ad cavendam societatem cum Gentibus. 12.

1. EVoluto autem multo tempore, *a* postquam pacem dederat Dominus Israeli, subjectis in gyro nationibus universis, & Josue jam longævo, & persenilis ætatis:

2. Vocavit Josue omnem Israelē, majorésque natu, & principes ac duces *b*, & magistros *c*, dixítque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum:

3. Vósque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quo modo pro vobis ipse pugnaverit:

4. & nunc quia vobis sorte divisit omnem Terram, ab Orientali parte Jordanis usque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes:

5. Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis Terram, sicut vobis pollicitus est.

6. Tantū confortamini, & estote soliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis neq; ad dexteram neq; ad sinistram:

7. ne postquam intraveritis ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, juretis in nomine deorum earum, & serviatis eis, & adoretis illos:

8. sed adhæreatis Domino Deo vestro: quod fecistis usque in diem hanc.

9. Et nunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit.

10. Unus è vobis persequetur hostiū mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.

11. Hoc tantùm diligentissimè præcavete, ut diligatis Dominū Deum vestrum.

II. 12. Quòd si volueritis gentium harū, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare:

13. Jam nunc scitote quòd Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam *d* ac laqueum,

a puta annis circiter octo post prædicta. (*Confer cap.* 11. 12) Anno M. 2570. Ant. Chr. 1434. ætatis Josue 110. & ultimo.

b Hebr. Chald. & Græcus legunt Judices.

c Septuaginta scribas, i. doctores.

d in scandalum.

queum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima, quam tradidit vobis.

e 3. Reg. 2. 2. f Omnium hominum, quibus statutum est semel mori. Sa. g certissime.

14. *e* En ego hodie ingredior viam universæ terræ *f*, & toto animo *g* cognoscetis, quòd de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum.

15. Sicut ergo implevit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima, quam tradidit vobis,

16. eò quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & servieritis diis alienis, & adoraveritis eos: citò atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima, quam tradidit vobis.

CAPUT XXIV.

I. Commemorantur beneficia Israelitis à Deo exhibita, fœdus populi cum Domino, 1.
II. Mors Josue, 29.
III. Sepultura ossium Joseph, 32.
IV. Mors Eleazari sacerdotis. 33.

a Eodem an. 2570. b In Silo quia Silo erat in agro Sichemico: colligitur ex seqq. & v. 25. c in urbe Ure trans Euphratem in Mesoporamia sita. Confer. Act. 7. 2. & Gen. 11. 31. d Gen. 11. 26. e Gen. 11. 31. f Gen. 21. 2. g Gen. 25. 26. h Gen. 36. 8 i Gen. 46. 6. k Exod. 3. 10. l Exod. 12. 37. m Exod. 14 9.

1. CONgregavítq; Josue *a* omnes tribus Israel in Sichem *b*, & vocavit majores natu, ac principes, & judices, & magistros: steteruntque in conspectu Domini:

2. & ad populum sic locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Trans fluviũ *c* habitaverunt patres vestri ab initio, *d* Thare pater Abraham, & Nachor: servieruntque diis alienis.

3. *e* Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum in Terram Chanaan: multiplicavique semen ejus,

4. *f* & dedi ei Isaac: *g* Illíq; rursum dedi Jacob & Esau. *h* E quibus, Esau dedi montẽ Seir ad possidendũ: *i* Jacob verò, & filii ejus descenderunt in Ægyptum.

5. *k* Misique Moysen & Aaron, & percussi Ægyptũ multis signis atq; portentis.

6. *l* Eduxique vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare: persecutiq; sunt *m* Ægyptii patres vestros cum curribus & equitatu, usque ad Mare rubrum.

7. Clamaverunt autem ad Dominum

nem Strick / und zum Anstoß auf eurer Seiten werden / und zum Stachel in euren Augen / biß er euch hinweg raume / und aufreibe auß disem sehr guten Land / daß er euch eingeraumet hat.

14. Sihe / ich gehe heut den Weeg aller Welt dahin: und ihr sollet erkennen mit gantzem Hertzen / daß nit ein eintziges Wort vergeblich hingangen ist von allem dem / das der HErr euch zu thun versprochen hat:

15. Gleichwie er nun mit der That erfüllet hat / was er verheissen / und alle Ding glücklich hergangen seynd: also wird er auch alles Unglück über euch führen / daß er euch gedrohet hat / biß er euch hinweg nehme / und vertilge auß disem sehr güten Land / das er euch eingeben hat:

16. Darum / daß ihr den Bund deß HErrn eures GOttes übertretten habt / den er mit euch gemacht hat / und habt frembden Göttern gedienet / und dieselbige angebettet: so wird der grimmige Zorn deß HErrn wider euch eilends und geschwind auffstehen / u. ihr werdet hinweg genom̃en werdẽ auß disem sehr guten Land / das er euch eingeraumet hat.

Das XXIV. Capitel.

I. Josue führet den Israeliten GOttes Wolthaten / und den mit ihm aufgerichten Bund zu Gemüth / 1.
II. Und stirbt / 29.
III. Die Gebein Josephs werden in Sichem begraben / 32.
IV. Eleazar / der Hohepriester stirbt / 33.

1. UNd Josue versammlete alle Stämm Israel gen Sichem / und berieff die Aelteste und Fürsten / und Richter / und Lehrer: und da sie vor dem Angesicht deß HErrn stunden /

2. Sprach er zum Volck also: Diß sagt der HErr / der GOtt Israel: Eure Vätter wohneten von Anfang über dem Fluß / Thare / der Vatter Abrahams / und Nachors: und dieneten frembden Göttern.

3. Da nahm ich euren Vatter Abraham auß den Gräntzen Mesopotamiä / und führete ihn in das Land Chanaan / und vermehrete seinen Saamen:

4. Und ich gab ihm den Isaac: dem Isaac gab ich ferner Jacob und Esau. Unter den beyden gab ich dem Esau den Berg Seir zu besitzen: Jacob aber / u. seine Söhn zogen hinab in Egypten.

5. Da sandte ich Moysen und Aaron / und schlug Egypten mit vilen Zeichen und Wundern.

6. Und ich führete euch und eure Vätter auß Egypten / und ihr kamet zum Meer: und die Egypter verfolgeten eure Vätter mit Wagen und mit dem reisigen Zeug biß zum rothen Meer.

7. Aber die Kinder Israel rieffen zum HErrn / der

der setzte eine Finsternuß zwischen euch und die Egypter / und führete das Meer über sie / und bedeckte sie. Eure Augen haben alles gesehen / was ich in Egypten gethan hab / und ihr habt lange Zeit in der Wüst gewohnet.

8. Und ich führete euch in das Land der Amorrhiter / die jenseits deß Jordans wohneten. Und da sie wider euch stritten / übergab ich sie in eure Händ/und ihr habt ihr Land zum Besitz eingenommen / und sie erschlagen.

9. Es erhub sich aber Balac der Sohn Sephor / der König Moab / und stritte wider Israel. Er schickete auch/ u. berieff Balaam den Sohn Beor / daß er euch verfluchen solte:

10. Aber ich hab ihn nit hören wollen / sondern hab euch dagegen durch ihn geseegnet / und auß seiner Hand erlöset.

11. Da seyd ihr über den Jordan gezogen/ und gen Jericho kommen: und die Männer in der Stadt stritten wider euch / wie auch die Amorrhiter / und Pherezither / und Chananiter / und Hethiter / und Gergesiter / und Heviter / und Jebusiter: und ich hab sie in eure Händ übergeben.

12. Ich hab Hornussen vor euch her gesandt / und hab sie hinweg geraumet auß ihrem Ort / die zween König der Amorrhiter / nit mit deinem Schwerdt / noch mit deinem Bogen.

13. Und hab euch ein Land eingeben / darin ihr nit gearbeitet habt / und Städt zu bewohnen / die ihr nit gebauet habt/ auch Weinberg und Oelgarten / die ihr nit gepflanzet habt.

14. Darum so förchtet nun den HErrn / und dienet ihm mit vollkommenem und warhafftigstem Hertzen: und thut die Götter hinweg / denen eure Vätter in Mesopotamia und Egypten gedienet haben / und dienet dem HErrn.

15. Im fall euch aber beduncket/daß es böß sey/ dem HErrn zu dienen / so wird euch die Wahl gegeben: Erwählet heutiges Tags / was euch gefällt/ wem ihr am meisten zu dienen schuldig seyd / den Göttern/ denen eure Vätter in Mesopotamia gedienet haben / oder den Göttern der Amorrhiter/ dern Landschafft ihr bewohnet: ich aber / und mein Hauß / wollen dem HErrn dienen.

16. Und das Volck antwortete / und sprach: es sey weit von uns / daß wir den HErrn verlassen/ und frembden Göttern dienen solten.

17. Der HErr unser GOtt/ der hat uns / und unsere Vätter auß Egyptenland / auß dem Hauß der Dienstbarkeit geführet: Er hat auch in unserm Ansehen sehr grosse Zeichen gethan / und uns bewahret auf allen Weegen/ die wir gewandlet und

filii Israel: qui posuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore:

8. & introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trans Jordanem. *n* Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atque interfecistis eos.

n Num. 21. 24.

9. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, & pugnavit contra Israelem. *o* Misitq; & vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis:

o Num. 22. 5.

10. & ego nolui audire eum, sed econtrario per illum benedixi vobis, & liberavi vos de manu ejus.

11. *p* Transistisque Jordanem, & venistis ad Jericho. Pugnaveruntque contra vos viri civitatis ejus, Amorrhæus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Hevæus, & Jebusæus: & tradidi illos in manus vestras.

p Sup. 3. 14. & 6. 1. & 11. 3.

12. *q* Misique ante vos crabrones *r*: & ejeci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo.

q Exod. 23. 28. *Deut.* 7. 20. *Sup.* 11. 20. *r* i. muscas venenatas.

13. Dedique vobis Terram, in qua non laborastis, & urbes quas non ædificastis, ut habitaretis in eis: vineas & oliveta, quæ non plantastis.

14. Nunc ergo *s* timete Dominum, & servite ei perfecto corde atque verissimo *t* & auferte deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac servite Domino.

s 1. *Reg.* 7. 3. *Tob.* 14. 10. *t* Chald. in simplicitate & veritate sà.

15. Sin autem malum vobis videtur ut Domino serviatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrùm diis, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia *u*, an diis Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea serviemus Domino.

u Nempe in Ure urbe Chaldæorum. *Vide supr. vers.* 2.

16. Respondítque populus, & ait: Absit à nobis ut relinquamus Dominum, & serviamus diis alienis.

17. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros, de Terra Ægypti, de domo servitutis: fecítque videntibus nobis signa ingentia, & custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus,

& in cunctis populis, per quos transivimus.

18. Et ejecit universas gentes, Amorrhæum habitatorem Terræ, quam nos intravimus. Serviemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster.

19. Dixitque Josue ad populum: Non poteritis servire Domino *x*: Deus enim sanctus, & fortis æmulator est *y*, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

20. Si dimiseritis Dominum, & servieritis diis alienis, convertet se, & affliget vos, atq; subvertet postquam vobis præstiterit bona.

21. Dixitque populus ad Josue: Nequaquam ita ut loqueris, erit, sed Domino serviemus.

22. Et Josue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum ut serviatis ei. Responderuntque: Testes.

23. Nunc ergo, ait, auferte deos *z* alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel.

24. Dixitque populus ad Josue: Domino Deo nostro serviemus, & obedientes erimus præceptis ejus.

25. Percussit ergo Josue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque judicia in Sichem.

26. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in Sanctuario Domini:

27. Et dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd *a* audierit omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne fortè posteà negare *b* velitis, & mentiri Domino Deo vestro.

28. Dimisitque populum, singulos in possessionem suam.

II. 29. Et post hæc mortuus est Josue filius Nun servus Domini, centum & decem annorum:

30. sepelieruntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare, quæ est sita in monte Ephraim, à Septentrionali parte montis Gaas.

31. Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue, & seniorum qui longo vi-

x Simul cum idolis.
y Zelotes, qui non patitur sociū in amore & cultu sui.
z Idola capta in bello. S a.
a Non lapis audit sed Christus, qui significatur. Aug. q. 30
b pactum initum

unter allen Völckern / dadurch wir gezogen seynd.

18. Und er hat alle Heyden außgetriben / auch die Amorrhiter / die Innwohner deß Lands / da wir hinein kommen seynd. Darum wollen wir auch dem HErrn dienen / dan er ist unser GOtt.

19. Und Josue sprach zum Volck: Ihr werdet dem HErrn nit dienen können: dan er ist ein heiliger GOtt / und ein starcker Eyferer / und wird euch eure Laster und Sünd nit verzeyhen.

20. Wan ihr den HErrn verlasset / und frembden Göttern dienet / so wird er sich wenden / und wird euch plagen und verderben / nachdem er euch guts gethan hat.

21. Und das Volck sprach zu Josue: Es sol mit nichten also seyn / wie du redest / sondern wir wollen dem HErrn dienen.

22. Und Josue sprach zum Volck: Ihr seyd Zeugen / daß ihr euch selbst den HErrn erwählet habt / ihm zu dienen. Und sie antworteten: Wir seynd Zeugen.

23. So thut nun / sprach er / die frembde Götter hinweg auß eurem Mittel / und neiget eure Hertzen zu dem HErrn / dem GOtt Israel.

24. Und das Volck sprach zu Josue: Wir wollen dem HErrn unserm GOtt dienen / und seinen Gebotten gehorsam seyn.

25. Also machte Josue an demselbigen Tag einen Bund / und hielt dem Volck die Gebott und Recht vor zu Sichem.

26. Er schribe auch alle dise Wort in das Gesatz-Buch deß HErrn: und nahm einen sehr grossen Stein / und richtete ihn auf unter einem Eichbaum / der im Heiligthumb deß HERRN stund:

27. Und er sprach zum gantzen Volck: Sihe / diser Stein sol euch zum Zeugnuß seyn / daß er alle dise Wort deß HErrn / die er zu euch geredet hat / angehört hab: damit ihr solches villeicht hernach nit läugnen woltet / und dem HErrn eurem GOtt vorlügen.

28. Und er ließ das Volck heimziehen / einen jeglichen in sein Erbtheil.

II. 29. Nach disem ist Josue / der Sohn Nun / der Knecht deß HErrn mit Tod abgangen / da er hundert und zehen Jahr alt war:

30. Und sie begruben ihn in den Gräntzen seines Erbtheils / zu Thamnathsare / so auf dem Berg Ephraim gelegen ist / an der Seiten deß Bergs Gaas gegen Mitternacht.

31. Und Israel dienete dem HErrn alle die Tag / so lang Josue im Leben war / und die Aelteste / welche

che lange Zeit nach Josue gelebt haben/ und wusten alle Werck deß HErrn/ die er in Israel gethan hatte.
III. 32. Auch begruben sie Josephs Gebein/ so die Kinder Israel auß Egypten mitgebracht hatten/ zu Sichem in dem Theil deß Ackers/ den Jacob von den Kindern Hemor/ deß Vatters Sichem/ um hundert junge Schaaf erkaufft hatte/ und war ein Erbtheil der Kinder Josephs.
IV. 33. Auch starb Eleazar der Sohn Aaron: und sie begruben ihn zu Gabaath: die dem Phinees seinem Sohn zukam/ und war ihm auf dem Berg Ephraim eingeben.

Das Buch der Richter.
Hebræisch Sophetim.
Das I. Capitel.

I. Das Geschlecht Juda und Simeon übergwältiget vil Städt der Heyden/ 4.
II. Othoniel erobert Cariath-Sepher/ und bekommt zur Belohnung Aram/ 12.
III. Die Chananeer werden wider GOttes Gebott an vilen Orten nit außgetriben/ sondern beym Leben erhalten/ 21.

NAch dem Todt Josue fragten die Kinder Israel den HErrn/ und sprachen: Wer sol vor uns hinauf ziehen wider die Chananiter/ und den Krieg führen?
2. Und der HErr sprach: Judas sol hinauf ziehen: sihe/ ich hab das Land in seine Händ übergeben.
3. Und Judas sprach zu Simeon seinem Bruder: Ziehe mit mir in mein Loß/ und streite wider die Chananiter/ damit ich auch mit dir in dein Loß ziehe. Und Simeon zohe mit ihm.
I. 4. Also zoge Judas hinauf/ und der HErr gab die Chananiter und Pherezeter in ihre Händ: und sie erschlugen zu Bezec zehen tausend Mann.
5. Und sie funden den Adonibezec zu Bezec/ und stritten wider ihn/ und schlugen die Chananiter/ und Pherezeter.
6. Aber Adonibezec begab sich auf die Flucht: da jagten sie ihm nach u. ergriffen ihn u. hiebē ihm die äusserste Glidmassen ab an seinen Händen und Füssen.
7. Da sprach Adonibezec: Sibenzig König mit

xerunt tempore post Josue, & qui noverunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel.
III. 32. *c* Ossa quoque Joseph, quæ tulerant filii Israel de Ægypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri, *d* quem emerat Jacob à filiis Hemor patris Sichem, centum novellis ovibus *e*, & fuit in possessionem filiorum Joseph.
IV. 33. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim.

c Gen. 50. 24. Exod. 13. 19. *d Gen. 33. 19.* *e* Nummis habentibus imaginem ovis seu agni.

LIBER JUDICUM,
HEBRAICE SOPHETIM.
CAPUT I.

I. Tribus Juda cum tribu Simeon plurimas Gentium civitates expugnat. 4.
II. Othoniel obtinet Cariath sepher, & in præmium accipit Axam filiam Caleb. 12.
III. Chananæi plurimis in locis tributarii servantur. 21.

POst mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli?
2. Dixitque Dominus: Judas *a* ascendet: ecce tradidi Terram in manus ejus.
3. Et ait judas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæū, ut & ego pergam tecū in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon.
I. 4. Ascendítque Judas, & tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem millia virorum.
5. Inveneruntque Adonibezec *b* in Bezec, & pugnaverunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum.
6. Fugit autem Adonibezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum ejus ac pedum.
7. Dixítque Adonibezec: Septuaginta re-

Ann. M. 2570. Ant. Chr. 1434.

a i. tribus Juda. Sic intra tribus Simeon. Dux verò tribûs Juda erat Caleb.

b interpretatur dominus Bezec.

reges *c*, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Jerusalem, & ibi mortuus est.

8. *d* Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladii, tradentes cunctam incendio civitatem.

9. Et postea descendentes pugnaverunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, & ad meridiem, & in campestribus.

10. *e* Pergénsq; Judas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron (cujus nomen fuit antiquitùs Cariath Arbe) percussit Sesai, & Ahiman, & Tholmai:

11. atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cujus nomen vetus erat *f* Cariath Sepher, id est civitas litterarum.

II. 12. Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariath Sepher, & vastaverit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem.

13. Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater *g* Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam conjugem.

14. Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb: Quid habes?

15. At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius.

16. Filii autem Cinæi *h* cognati Moysi, ascenderunt de civitate palmarum *i*, cum filiis Juda, in desertum sortis ejus *k*, quod est ad meridiem Arad, & habitaverunt cum eo.

17. Abiit autem Judas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephaath, & interfecerunt eum. Vocatúmque est nomen urbis, Horma, id est, anathema.

18. Cepitque Judas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis.

19. Fuitque Dominus cum Juda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.

gestümmelten Händen und Füssen / sammleten unter meinem Tisch / was von der Speiß abfiel: wie ich gethan hab / also hat mir GOtt widerum vergolten. Und sie führeten ihn gen Jerusalem / daselbst starb er.

8. Und die Kinder Juda stritten wider Jerusalem / und gewunnen sie / und schlugen sie mit der Schärpf deß Schwerdts und verbrandten die gantze Stadt.

9. Darnach zohen sie herab / und stritten wider die Chananiter / die auf dem Gebirg wohneten / auch gegen Mittag / und im flachen Feld.

10. Und Judas ruckete fort wider die Chananiter / die zu Hebron wohneten / welche vor Zeiten Cariath Arbe genannt war / und schlug Sesai und Ahiman / und Tholmai.

11. Von dannen brach er auf / und zoge auf die Innwohner Dabir / welche vor alters Cariath-Sepher genannt war / das ist / die Stadt der Schrifften.

II. 12. Und Caleb sprach: Wer Cariath-Sepher schlagen wird / und sie verwüsten / dem will ich meine Tochter Axa / zum Weib geben.

13. Als nun Othoniel / der Sohn Cenez der jüngste Bruder Calebs die Stadt gewan / gab er ihm seine Tochter Axa zum Weib.

14. Da sie aber fortzohe / ermahnete sie ihr Mañ auf der Reiß / daß sie einen Acker von ihrem Vatter begehren solte. Und sie seufftzte / da sie auf dem Esel saß: und Caleb sprach zu ihr: Was ist dir?

15. Sie aber antwortet: Gib mir einen Seegen / dan du hast mir ein dürres Land gegeben: gib mir auch eins / das mit Wasser befeuchtet werde. Also gab ihr Caleb das oben Wasserreich war / und war auch unten Wasserreich.

16. Aber die Kinder deß Ciniters / der Moysis Schwager war / kamen herauf von der Palmenstadt / mit den Kindern Juda in die Wüst / welche zu ihrem Loß gehörig / und gegen Mittag der Stadt Arad gelegen war / und wohneten unter ihm.

17. Judas aber und sein Bruder Simeon zohen zusammen hin / und schlugen die Chananiter / welche zu Sephaath wohneten / und erwürgeten sie: und ward der Stadt Nam Horma genannt / das ist / Fluch.

18. Auch gewan Judas Gaza mit ihren Gräntzen / und Ascalon / und Accaron mit ihren Gräntzen.

19. Und der HErr war mit Juda / und er nam das Gebirg ein: aber die im Thal wohneten / die kunte er nit vertilgen / dieweil sie sehr vil beschlagene Wagen hatten.

c i. Regulos.

d pro *oppugnaverant*. & ceperant Hæc per ætiologiam huc adducuntur, ut appareat qua occasione Deus tribum Judæ reliquis prætulerit.

e *Jos.* 15. 14.

f Academia celebris, ubi literæ tradebantur & monumenta vetera asservabantur.

g Id est nepos, ut nunc loquuntur, sive fratris filius.

h Jethro dictus est Cinæus à gente. *Vide inf.* 24. 21.

i Hoc est Jericho *Deut.* 34. 3.

k Quamvis ipse Jethro noluisset cum Israelitis ascendere (*Num.* 10. 30.) tamen filii ejus se iis conjunxerunt ut patet hic, & infrà 4. 11. item 1. *Reg.* 15. 6. ac 1. *Par.* 2. 55. *vid. inf.* 4. 11.

20. Und sie gaben dem Caleb Hebron/wie Moyses gesagt hatte/ und er vertilgete darauß die drey Söhn Enac.

III. 21. Aber die Kinder Benjamin vertilgeten die Jebusiter nit / die zu Jerusalem wohneten: sondern die Jebusiter wohneten unter den Kindern Benjamin zu Jerusalem/ biß auf den heutigen Tag.

22. Auch zogen die vom Hauß Joseph hinauf gen Bethel / und der HErr war mit ihnen.

23. Dan als sie die Stadt belagerten / welche zuvor Luza genannt war /

24. Sahen sie einen Menschen auß derselben Stadt kommen / und sprachen zu ihm: Zeige uns/ wo wir zu der Stadt hinein kommen mögen / so wollen wir Barmhertzigkeit mit dir thun.

25. Und da ers ihnen zeigete / schlugen sie die Stadt mit der Schärpf deß Schwerdts: aber den Menschen / und seine gantze Verwandtschafft liessen sie frey gehen.

26. Da er nun also frey gelassen war zohe er ins Lands Hetthim/ und bauete daselbst ein Stadt/ und nannte sie Luza: welche also genennet wird biß auf den heutigen Tag.

27. Auch vertilgete Manasse Bethsan und Thanac nit mit ihren Dörffern / noch die zu Dor wohneten: noch Jeblaam / und Mageddo mit ihren Dörffern/ und fiengen die Chananiter an bey ihnen zu wohnen.

28. Nachdem aber Israel starck worden war / machte er sie ihm zinßbar / und wolte sie nit vertilgen.

29. So tödtete auch Ephraim die Chananiter nit / die zu Gazer wohneten: sondern sie wohneten unter ihm.

30. Zabulon vertilgete auch die Innwohner Cetron und Naalol nit: sondern die Chananiter wohneten mitten unter ihm/und wurden ihm Zinßbar.

31. Imgleichen vertilgete Aser die Innwohner Accho nit / noch die zu Sidon / Ahalab / und Achazib / und Helba / und Aphec / und Rohob wohneten:

32. Und Aser wohnete mitten unter den Chananitern / den Innwohnern deß Lands / und tödtete sie nit.

33. Auch vertilgete Nephthali die Innwohner Bethsames und Bethanath nit: sondern wohnete unter den Chananitern / deß Lands Innwohnern / und seynd ihm die Bethsamiter und Bethaniter zinßbar gewesen.

34. Und die Amorrhiter betrangten die Kinder

20. Dederuntque Caleb Hebron, *l* sicut dixerat Moyses, qui delevit ex ea tres filios Enac *m*.

III. 21. Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non deleverunt filii Benjamin: habitavitque Jebusæus cum filiis Benjamin in Jerusalem, usque in præsentem diem.

22. Domus quoque Joseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis.

23. Nam cùm obsiderent urbem, quæ priùs Luza vocabatur,

24. viderunt hominem egredientem de civitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum civitatis, & faciemus tecum misericordiam.

25. Qui cùm ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladii: hominem autem illum, & omnem cognationem ejus, dimiserunt.

26. Qui dimissus, abiit in Terram Hetthim, & ædificavit ibi civitatem, vocavitque eam Luzam: quæ ita appellatur usque in præsentem diem.

27. Manasses quoque non delevit Bethsan, & Thanac cum viculis suis, & habitatores Dor, & Jeblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitque Chananæus habitare cum eis.

28. Postquam autem confortatus est *n* Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit.

29. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo.

30. Zabulon non delevit habitatores Cetron, & Naalol: sed habitavit Chananæus in medio ejus, factusque est ei tributarius.

31. Aser quoque non delevit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob:

32. habitavitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum.

33. Nephthali quoq; non delevit habitatores Bethsames, & Bethanath: & habitavit inter Chananæum habitatorem Terræ, fueruntque ei Bethsamitæ & Bethanitæ tributarii.

34. Arctavitque Amorrhæus filios Dan

l Num. 14. 24.

m Gigantes v. Jos. 15. 14.

n i. prævaluit.

in monte, nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent:
35. habitavitque in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Aialon & Salebim. Et aggravata est manus domûs Joseph *o* factusque est ei tributarius.
36. Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu Scorpionis, Petra *p*, & superiora loca.

o supra Amorrhæū, quia Ephraim & Manasse venerunt auxilio Danitis.
p urbs est Arabiæ.

CAPUT II.

I. Angelus Dei beneficia refert; 1.
II. Audiens populus suam deflet ingratitudinem. 4.
III. Post mortem Josue & coævorum, Israel frequenter liberatus, semper in pejora recidit. 11.

1. ASceditque Angelus *a* Domini de Galgalis ad Locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in Terram, pro qua juravi patribus vestris: & pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum:
2. ita dumtaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ hujus, sed aras eorum subverteretis: & noluistis audire vocem meam: cur hoc fecistis?
3. Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: ut habeatis hostes, & dii eorum sint vobis in ruinam *b*.
II. 4. Cumque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel elevaverunt ipsi vocem suam, & fleverunt.
5. Et vocatum est nomen loci illius: Locus flentium, sive lacrymarum: immolaveruntque ibi hostias Domino.
6. *c* Dimisit ergo Josue populum, & abierunt filii Israel unusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam:
7. servieruntque Domino cunctis diebus ejus, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore *d*, & noverant omnia opera Domini, quæ fecerat cum Israel.
8. Mortuus est autem Josue filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum.
9. & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare in monte Ephraim, à Septentrionali plaga montis Gaas.

a propheta aut spiritus angelicus.
b 70. scandalum.
c Jos. 24.28.
d puta per annos 15. usque ad ann. 2585.

Dan auf dem Gebirg/ und gaben ihnen nit Raum/ auf die Ebne herunter zu kommen:
35. Und die Amorrhiter wohneten auf Hares/ das heisset/ aufm Scherbenberg/ zu Aialon/ und Salebim. Aber die Hand deß Hauß Joseph ward ihnen zu schwer/ und seynd ihm zinßbar worden.
36. Und die Landmarck der Amorrhiter war/ vom Aufgang deß Scorpions/ die Stadt Petra *a*/ und die Gegend oben hinüber.

Das II. Capitel.

I. Der Engel deß HErrn führt den Israeliten GOttes Wolthaten zu Gemüth/ 1.
II. Das Volck weinet und bereuet seine Undanckbarkeit/ 4.
III. Nach Josue und der Richter Tod versündiget es sich immer gröber/ 11.

1. UNd es kam ein Engel deß HERRN herauf von Galgala/ zu dem Ort der Weinenden/ und sprach: Ich hab euch auß Egypten geführet/ und in das Land hinein gebracht/ darüber ich euren Vättern geschworen habe: auch verheissen/ meinen Bund mit euch in Ewigkeit nit zubrechen:
2. Gleichwol dergestalt/ daß ihr mit den Innwohnern dises Lands keine Bündnuß machen/ sondern ihre Altär auß dem Grund umwerffen sollet u. ihr habt meine Stimm nit hören wollen: warum habt ihr das gethan?
3. Darum hab ich sie von eurem Angesicht nit vertilgen wollen: damit ihr Feind habt/ und ihre Götter euch zum Fall seyen.
II. 4. Da nun der Engel deß HErrn dise Wort zu allen Kindern Israel redete/ huben sie ihre Stimm auf/ und weineten.
5. Und der Nam desselbigen Orts ward genañt: die Statt der Weinenden/ oder der Thränen statt. und sie opfferten daselbst Opffer dem HErrn.
6. Und Josue ließ das Volck von sich/ und die Kinder Israel zogen hin ein jeglicher zu seinem Erbtheil/ dasselbig zu besitzen.
7. Und sie dieneten dem HErrn alle die Tag so lang er im Leben war/ samt den Aeltesten/ welche lang nach ihm gelebt haben/ und wusten alle Werck deß HERRN/ die er bey Israel gethan hatte.
8. Aber Josue/ der Sohn Nun/ der Knecht deß HErrn starb/ da er hundert und zehen Jahr alt war.
9. Und sie begruben ihn in den Gräntzen seines Erbtheils zu Thamnathsare/ so auf dem Berg Ephraim gelegen ist/ an der Seiten deß Bergs Gaas gegen Mitternacht.

a der Felß

10. Und all diß Geschlecht ward zu seinen Vättern gesammlet: und andere stunden auf / welche vom HErrn nichts wusten / noch von seinen Wercken / die er bey Israel gethan hatte.

III. 11. Und die Kinder Israel thäten Böses vor dem Angesicht deß HErrn / und dieneten Baalim.

12. Und sie verliessen den HERRN den GOTT ihrer Vätter / der sie auß Egypten-Land geführet hatte: und giengen frembden Göttern nach / den Göttern der Völcker / welche rings um sie her wohneten / und betteten sie an: und sie bewegten den HERRN zum Zorn:

13. Dieweil sie ihn verliessen / und dem Baal und Astaroth dieneten.

14. Und der HErr ergrimmete wider Israel / und übergab sie in die Händ der Rauber: die fiengen sie / und verkaufften sie ihren Feinden / die rings herum wohneten: und sie kunten ihren Feinden nit widerstehen:

15. Sondern wo sie hinauß ziehen wolten / so war die Hand deß HErrn über sie / wie er geredet / und ihnen geschworen hat: also wurden sie schwärlich geplaget:

16. Und der HErr erweckete Richter / die sie auß der Rauber Händen erlöseten: aber denselben wolten sie auch nit gehorchen:

17. Sondern hureten mit frembden Göttern / und betteten dieselbige an. Sie verliessen den Weg bald / darauf ihre Vätter gewandlet hatten: und wan sie die Gebott deß HErrn schon höreten / so thäten sie doch in allem das Widerspiel.

18. Wan auch der HErr Richter erweckete / so ließ er sich in ihren Zeiten wohl zur Barmhertzigkeit bewegen / u. hörete das Seufftzen der Betrangten / u. erlösete sie von dem Schlagen der Verwüstern.

19. Wan aber der Richter todt war / so kehreten sie wider um / und machtens vil ärger / dan ihre Vätter / und giengen frembden Göttern nach / und dieneten denselben / und betteten sie an. Sie verliessen ihre Anschläg nit / und den sehr harten Weeg / darauf sie zu wandlen gewohnet waren.

20. Und deß HErrn Zorn ergrimmete wider Israel / und er sprach: Dieweil diß Volck meinen Bund übertretten hat / den ich mit ihren Vättern aufgericht hab / und verachtet hat meine Stim zu hören:

21. So wil ich auch die Völcker nit vertilgen / die Josue übergelassen hat / da er gestorben ist:

22. Damit ich Israel durch sie versuche / ob sie

10. Omnísque illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alii *e*, qui non noverant *f* Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel.

III. 11. Feceruntque filii Israel malum in conspectu Domini, & servierunt Baalim. *g*

12. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de Terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deósq; populorum, qui habitabant in circuitu eorum, & adoraverunt eos: & ad iracundiam concitaverunt Dominum,

13. dimittentes eum, & servientes Baal & Astaroth.

14. Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere adversariis suis:

15. sed quocunque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & juravit eis: & vehementer afflicti sunt.

16. Suscitavítque Dominus judices *h*, qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt,

17. fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecêre contraria.

18. Cumque Dominus judices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.

19. Postquam autem mortuus esset judex, revertebantur, & multò faciebant pejora quàm fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, servientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinventiones suas, & viam durissimam, per quam ambulare consueverunt.

20. Iratusque est furor Domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit:

21. & ego non delebo gentes, quas dimisit Josue, & mortuus est:

22. ut in ipsis experiar *i* Israel, utrùm custo-

e puta per annos 6. ab an. 2585. ad an. 2591. quo tempore ea contigerunt quæ referuntur in ultimis quinque cap. libri hujus.

f i. ut colerent & obedirent ei.

g sc. idolis.

h Vindices ac populi defensores: singuli ut gloriosi & sancti laudantur. *Eccli.* 46. 13. *Hebr.* 11. 32.

i 70. tentem.

custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non.

23. Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & citò subvertere noluit, nec tradidit in manus Josue.

Caput III.

I. Israel sociatur gentibus à Domino derelictis, ad ipsius exercitationem: 5.
II. Ideò sæpiùs per extraneos reges affligitur, 8.
III. Sed resipiscens, per Othoniel, Aod, & Samgar liberatur. 9.

1. HÆ sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret *a* in eis Israelem, & omnes qui non noverant bella *b* Chananæorum:

a Hebr. tentaret.
b sc. superiora.

2. ut postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:

3. quinque satrapas *c* Philisthinorum, omnemque Chananæum, & Sidonium, atque Hevæum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baal Hermon usque ad introitum Emath.

c i. principes.

4. Dimisitque eos, ut in ipsis experiretur Israelem, utrùm audiret mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.

I. 5. Itaque filii Israel habitaverunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi:

6. & duxerunt uxores filias eorum, ipsique filias suas filiis eorum tradiderunt, & servierunt diis eorum.

7. Feceruntque malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, servientes Baalim & Astaroth.

II. 8. Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ, servierúntque ei octo annis *d*.

d Ab anno mundi 2591 ad 2599.

III. 9. Et clamaverunt ad Dominum: qui suscitavit eis salvatorem, & liberavit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem *e* Caleb minorem:

e Id est nepotem. V. sup. 1. 12.

10. fuitque in eo Spiritus Domini, & judicavit Israel. Egressusq; est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus ejus Chusan Rasathaim regem Syriæ, & oppressit eum.

den Weeg deß HErrn bewahren / und auf denselben wandlen / wie ihn ihre Vätter bewahret haben / oder nit.

23. Also hat der HErr alle dise Völcker überbleiben lassen / und hat sie nit so bald vertilgen / noch dem Josue in die Händ geben wollen.

Das III. Capitel.

I. Die Jsraeliten / da sie sich zu den Heyden gesellen / werden mit derselben Lastern angesteckt / 5.
II. Und zur Straff / von denselben Heyden geplagt / 8.
III. Da sie Buß thun / werden sie durch Othoniel / Aod / und Samgar erlößt. 9.

1. DJß seynd die Völcker / die der HErr hat bleiben lassen / durch sie zu unterweisen Jsrael / und alle / die nichts wusten um die Krieg der Chananiter:

2. Damit hernach ihre Kinder streiten lerneten mit dem Feind / und Gewonheit hätten zu kriegen:

3. Nemlich / die fünff Fürsten der Philisther / auch alle Chananiter / und Sidonier / und Heviter / die auf dem Berg Libano wohneten / von dem Berg Baal Hermon an / biß man hinein kommt gen Emath.

4. Die ließ er bleiben / daß er Jsrael durch sie versuchete / ob sie auch höreten die Gebott deß HERRN / die er ihren Vättern durch die Hand Moysis befohlen hatte; oder nit.

I. 5. Also wohneten die Kinder Jsrael mitten unter den Chananitern / und Hethitern / und Amorrhitern / und Pherezitern / und Hevitern / und Jebusitern:

6. Und namen ihre Töchter zu Weiber / gaben auch ihren Söhnen widerum ihre Töchter / und dieneten ihren Göttern.

7. Und thäten Böses vor dem Angesicht deß HErrn / und vergassen ihres Gottes und dieneten Baalim und Astaroth.

II. 8. Und der HErr erzürnte wider Jsrael / und gab sie über in die Händ Chusan Rasathaim / deß Königs in Mesopotamia / und sie dieneten ihm acht Jahr lang.

III. 9. Da rieffen sie zum HErrn: der erweckete ihnen einen Heyland / und erlösete sie / nemlich Othoniel / den Sohn Cenez / den jüngsten Bruder Calebs:

10. Und der Geist deß HErrn war in ihm / und er richtete Jsrael. Und er zoge auß zum Streit / und der HErr gab Chusan Rasathaim / den König in Syrien / in seine Händ / und er unterdruckte ihn.

11. Und

11. Und das Land war viertzig Jahr lang in Ruh / und Othoniel der Sohn Cenez starb.

12. Aber die Kinder Israel thäten abermahl Böses vor dem Angesicht deß HErrn: der den Eglon / den König Moab / wider sie stärckete / weil sie Böses gethan hatten vor seinen Augen.

13. Und er versammlete zu ihm die Kinder Ammon / und Amalec: und er zoge hin / und schlug Israel / u. nam die Palmenstadt zum Besitz ein.

14. Und die Kinder Israel dieneten Eglon dem König Moab achtzehen Jahr lang.

15. Darnach rieffen sie zum HErrn: der erweckte ihnen einen Heyland / Aod genannt / den Sohn Gera / deß Sohns Jemini / der sich beyder Händen wie der rechten Hand brauchete. Und die Kinder Israel schickten durch ihn dem König Moab Eglon ihre Gaaben.

16. Und er machete ihm ein zweyschneidig Schwerdt / das in der Mitt ein Hefft hatte einer Spannen lang / und gürtete dasselbig unter sein Reißkleyd auf die rechte Hüfft.

17. Und er überantwortet dem Eglon / dem König Moab das Geschenck. Eglon aber war überschwenglich dick.

18. Nachdem er ihm nun das Geschenck überantwortet hatte / zoge er fort mit seinen Gesellen / die mit ihm kommen waren.

19. Und er kehrete wider um von Galgalis / da die Abgötter waren / und sprach zum König: Ich hab dir / O König / ein heimlich Wort zu sagen. Und er gebott / daß man schweigen solte: da sie nun alle hinauß gangen waren / die um ihn stunden /

20. Gieng Aod zu ihm hinein: er saß aber allein im Sommerhauß / und sprach zu ihm: Ich hab ein Wort GOttes an dich. Da stund er alsbald auf vom Thron.

21. Und Aod streckte die lincke Hand auß / und nam das Messer von seiner rechten Hüfft / und stach es ihm in seinen Bauch

22. Also starck / daß auch das Hefft dem Eisen in die Wunden hinein folgete u. vom übermässigen Fett beschlossen ward. Er zohe auch das Schwerdt nit auß; sondern wie ers hinein gestochen hatte / also ließ ers im Leib: und alsbald gieng die Unflättigkeit deß Bauchs durch das heimliche Ort der Natur mit Gewalt herauß.

23. Aod aber / nachdem er die Thür am Gemach zum fleissigsten versperret / und mit dem Schloß wohl verwahret hatte /

24. gieng er durch die hinderste Thür hinauß. Da kamē die Knecht deß Königs herein u. sahen, daß die Thür am Gemach geschlossen war / u. sprachen: Vil-

11. Quievitq; terra quadraginta annis, *f* & mortuus est Othoniel filius Cenez.

12. Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortavit adversum eos Eglon regē Moab: quia fecerunt malum in conspectu ejus.

13. Et copulavit ei filios Ammon, & Amalec, abiitque & percussit Israel, atque possedit Urbem palmarum *g*.

14. Servieruntque filii Israel Eglon regi Moab decem & octo annis *h*:

15. & posteà clamaverunt ad Dominum: qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod, filium Gera, filii Jemini *i*, qui utrâque manu pro dextera utebatur. Miseruntque filii Israel per illum munera Eglon regi Moab.

16. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manûs, & accinctus est eo subter sagum in dextro femore.

17. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis.

18. Cúmque obtulisset ei munera, prosecutus est socios, qui cum eo venerant.

19. Et reversus de Galgalis *k*, ubi erant idola, dixit ad Regem: Verbum secretum habeo ad te ô Rex. Et ille imperavit silentium *l*: egressisque omnibus qui circa eum erant,

20. ingressus est Aod ad eum: sedebat autem in æstivo cœnaculo *m* solus, dixitque: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno.

21. Extenditq; Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextro femore suo, infixitque eam in ventre ejus.

22. tam validè, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita ut percusserat, reliquit in corpore: statimque per secreta naturæ alvi stercora proruperunt.

23. Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi, & obfirmatis sera,

24. per posticum egressus est. Servíque regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt: Forsitan

f ad *quadragesimū annum*, post quietem scilicet à Josue in ea primùm constitutā. *Jos.* 14. 10. Hæc secunda pax fuerit sancita anno M. 2599. Ant. Chr. 1405.

g i. Jericho.

h Ab anno mundi 2661. ad ann. 2679.

i sc. de tribu Benjamin.

k sc. ubi socios dimiserat.

l jussit ipsum tacere, donec recederent, qui aderant

m sc. causa refrigerationis.

litan purgat alvum in æstivo cubiculo.

25. Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clavem: & aperientes invenerunt dominum suum in terra jacentem mortuum.

26. Aod autem, dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit Locum idolorum, unde reversus fuerat. Venitque in Seirath:

27. & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente.

28. Qui dixit ad eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderũtque post eum, & occupaverunt vada Jordanis quæ transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quemquam:

29. sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros: nullus eorum evadere potuit.

30. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel: & quievit Terra octoginta *n* annis.

31. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel. *o*.

n Id est, *octogesimo anno*: sc. post priorẽ *quietem* ab Othoniele datam. Ergo anno 2679. Ant. Chr. 1325.

o incertum quanto tempore.

Caput IV.

I. Debbora prophetissa & Barac adversus Sisaram principem regis Jabin feliciter dimicant. 4.

II. Jahel uxor Haber eum profugum occidit. 17.

1. ADdideruntque filii Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod.

2. *a* & tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Chanaan, qui *b* regnavit in Asor: habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth gentium.

3. Clamaveruntque filii Israel ad Dominum: nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos *c* vehementer oppresserat eos.

I. 4 Erat autem Debbora prophetis uxor Lapidoth, quæ judicabat populum in illo tempore.

5. Et sedebat sub palma *d*, quæ nomine

a 1. *Reg.* 12. 9.

b sc. recuperato regno majorũ, quod amiserant sub Josue.

c Ergo ab ann. 2699. ad annum 2719. quo iterum quievit terra infrà 5. 32.

d habitans sub ea, vel sedens pro tribunali sub aliqua palma famosa.

leicht ist er im Sommer-Hauß zu Stul gangen.

25. Und sie warteten fast lang/ biß sie sichs schämeten/ da sie aber sahen/ daß niemand die Thür aufthäte/ namen sie den Schlüssel/ und als sie die Thür eröffneten/ funden sie ihren Herrn todt ligen auf der Erden.

26. Aber weil sie darüber verwirret *a* waren/ kam Aod davon/ und zoge am Ort der Abgötter vorüber/ daher er widerum zuruck kommen war/ und kam gen Seirath.

27. U. alsbald bließ er die Posaun auf dem Berg Ephraim: und die Kinder Israel zohen mit ihm hinab/ er aber tratt daher forn an der Spitzen.

28. Und sprach zu ihnen: Folget mir/ dan der HErr hat unsere Feind/ die Moabiter in unsere Händ übergeben. Und sie folgeten ihm hinab/ und nahmen ein die Furt am Jordan/ welche auf Moab hinüber gehet/ und liessen niemand überziehen:

29. Sondern erschlugen zu derselben Zeit der Moabiter in die zehen tausend/ welche alle starcke/ und streitbare Männer waren/ und möchte ihrer keiner entrinnen.

30. An dem Tag ward Moab unter der Hand Israel gedemüthiget: und das Land war achtzig Jahr lang in Ruh.

31. Nach disem war Samgar der Sohn Anath/ der mit einem Pflugeisen von den Philisthern sechshundert Mann erschlug/ und derselbig beschirmete auch Israel.

Das IV. Capitel.

I. Debbora die Prophetin/ und Barac streiten glücklich wider Sisaram/ einen Kriegsfürsten/ deß Chananeischen Königs Jabin/ 4.

II. Jahel erwürgt den flüchtigen Sisaram/ 17.

1. NAchdem Aod gestorben war/ thäten die Kinder Israel abermahl Böses vor dem Angesicht deß HErrn/

2. Und der HErr übergab sie in die Händ Jabin/ deß Königs Chanaan/ der zu Asor regierete: und er hatte einen Obersten über sein Kriegsheer/ mit namen Sisara/ aber derselbig wohnete zu Haroseth der Heyden.

3. Und die Kinder Israel rieffen zum HErrn: dan er hatte neun hundert beschlagene Streitwagen/ und hatte sie zwantzig Jahr lang sehr hart unterdruckt.

I. 4. Es war aber eine Prophetin Debbora/ deß Lapidoths Eheweib/ die richtete das Volck zu derselbigen Zeit.

5. Und sie saß unterm Palmbaum/ der von ihr

a bekümmert

den

den Namen hatte/zwischen Rama und Bethel/am Berg Ephraim: und die Kinder Israel kamen zu ihr hinauf in allen Sachen zum Gericht.

6. Und sie sandte hin / und forderte Barac / den Sohn Abinoem/von Cedes Nephthali/und sprach zu ihm: Der HErr/ der GOtt Israel gebiet dir: Ziehe hin / und führe ein Kriegs-Heer auf den Berg Thabor / und nimm zehen tausend streitbare Mann mit dir von den Kinder Nephthali/und von den Kindern Zabulon.

7. Und ich wil in der Gegend am Bach Cison / zu dir führen den Sisara / den Obersten über das Kriegs-Heer Jabin / und seine Wagen samt dem gantzen Hauffen/ und wil sie in dein Hand übergeben.

8. Und Barac sprach zu ihr: Im Fall du mit mir kommst/ so wil ich hinziehen: wilst du aber nit mit mir kommen / so wil ich auch nit fortziehen.

9. Und sie sprach zu ihm: Ich wil zwar mit dir ziehen aber den Sig wird man dir dißmahl nit zuschreiben: dan Sisara wird in eines Weibs Hand übergeben werden. Also machte sich Debbora auf/ und zohe mit Barac gen Cedes.

10. Und er rieff Zabulon und Nephthali zu sich / und zoge hinauf mit zehen tausend streitbaren Männern / und hatte die Debbora auch in seiner Gesellschafft.

11. Aber Haber der Ciniter hatte sich vor Zeiten von den andern Cinitern / seinen Brüdern den Kindern Hobab deß Schwäher Moysis abgesöndert / und seine Hütten außgestrecket biß an das Thal das Sennim genannt wird und ist bey Cedes.

12. Und es ward dem Sisara kund gethan/daß Barac der Sohn Abinoem auf den Berg Thabor gezogen wäre:

13. Und er versammlete die neun hundert beschlagene Wägen/ und das gantze Heer von Haroseth der Heyden an den Bach Cison.

14. Und Debbora sprach zu Barac: Mache dich auf / dan diß ist der Tag an welchem der HERR den Sisara in deine Händ übergeben hat: sihe/ er selbst ist dein Führer. Darauf zoge Barac von dem Berg Thabor hinab / und die zehen tausend streitbare Mann mit ihm.

15. Und der HErr erschröckte den Sisara/und alle seine Wagen / samt dem gantzen Heer mit der Schärpff deß Schwerdts/vor dem Angesicht Barac: dergestalt daß Sisara vom Wagen sprang/ und begab sich zu Fuß auf die Flucht/

16. Und Barac verfolgete die flüchtige Wagen/ und das Heer biß gen Haroseth der Heyden / und der gantze Hauff der Feinden ward

illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascendebántque ad eam filii Israel in omne judicium.

6. Quæ misit & vocavit Barac filium Abinoem de Cedes Nephthali: dixítque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, & duc exercitum in montem Thabor, tollésque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, & de filiis Zabulon:

7. ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison *e*, Sisaram principem exercitûs Jabin, & currus ejus, atque omnem multitudinem, & tradam eos in manu tua.

8. Dixítque ad eam Barac: Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam.

9. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debbora, & perrexit cum Barac in Cedes.

10. Qui accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu suo.

11. Haber *f* autem Cinæus recesserat quondam à cæteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab *g*, cognati *h* Moysi: & tetenderat tabernacula usque ad vallem, quæ vocatur Sennim, & erat juxta Cedes.

12. Nuntiatumque est Sisaræ, quòd ascendisset Barac filius Abinoem in montem Thabor:

13. & congregavit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth gentium ad torrentem Cison.

14. Dixítque Debbora ad Barac: Surge, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo.

15. *i* Perterruitque *k* Dominus Sisaram, & omnes currus ejus, universámque multitudinem, in ore gladii, ad conspectum Barac: in tantum, ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret,

16. & Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum, usque ad Haroseth gentium, & omnis hostium multitudo

e oritur ex Thabor.

f Jethronis familia bifariàm est divisa: Horum alii cum tribu Juda habitârunt, ex quibus orti sunt Rechabitæ (1. *Par.* 2. 55.) Alii ab istis separati ad tribũ Manasse se transtulerunt quorum dux & princeps fuit ille Haber.

g *Vid.* *Num.* 10. 29.

h Chald. soceri.

i *Psalm.* 12. 10.

k Hebr. contrivit.

tudo usque ad internecionem caderet.
II. 17. Sisara autem fugiens pervenit ad tentorium Jahel uxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Jabin regem Azor, & domum Haber Cinæi.
18. Egressa igitur Jahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad me domine mi: intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum ejus, & opertus ab ea pallio,
19. dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paululum aquæ, quia sitio valdè. Quæ aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.
20. Dixitque Sisara ad eam: Sta ante ostium tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens: Numquid hîc est aliquis? Respondebis: Nullus est.
21. Tulit itaque Jahel uxor Haber clavum tabernaculi *l*, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondite, & cum silentio, posuit suprà tempus capitis ejus clavum, percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram: qui soporem morti consocians defecit, & mortuus est *m*.
22. Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat: egressáque Jahel in occursum ejus, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum quem quæris. Qui cùm intrasset ad eam, vidit Sisaram jacentem mortuum, & clavum infixum in tempore ejus.
23. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Israel:
24. qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Jabin regem Chanaan, donec delerent eum.

l i. unum ex tabernaculo.

m 70. & ipse cecidit palpitans inter pedes ejus & expiravit.

erschlagen biß auf den letzten Mann.
II. 17. Aber Sisara kam auf der Flucht zu der Hütten Jahel deß Weibs Haber deß Ciniters: dan es war Frid zwischen Jabin dem König zu Azor / und dem Hauß Haber deß Ciniters.
18. Also gieng Jahel herauß dem Sisara entgegen / und sprach zu ihm: Komm zu mir herein / mein Herr: komm herein / und förchte dir nit. Und er kehrete zu ihrer Hütten ein / und ward von ihr mit einem Mantel bedecket /
19. Und er sprach zu ihr: Gib mir / ich bitte / ein wenig Wassers / dan ich hab grossen Durst. Und sie eröffnete einen Schlauch mit Milch / und gab ihm zu trincken / und deckete ihn hernach zu.
20. Und Sisara sprach zu ihr: Stehe vor der Thür der Hütten: und wan jemand kommt / der dich fraget / und spricht: Ist auch jemand hie? so solst du antworten: Niemand ist hie.
21. Und Jahel / das Weib Haber nam den Spannagel der Hütten / auch nam sie zugleich einen Hammer: und sie gieng heimlich und stillschweigend hinein / setzte den Spannagel auf den Schlaff an seinem Haupt / schlug ihn mit dem Hammer in das Gehirn / daß er hindurch biß zur Erden hinein gieng: und er gesellete den Schlaff mit dem Tod / nam ab / und starb.
22. Und sihe Barac / der dem Sisara nachzohe / kam dahin / und Jahel gieng hinauß ihm entgegen / und sprach zu ihm: Komm her / so wil ich dir den Mann zeigen / den du suchest. Und als er zu ihr hinein kam / sahe er den Sisara todt ligen / und den Nagel in seinem Schlaff gehefftet.
23. Also demüthigte GOtt an demselben Tag Jabin / den König der Chananiter vor den Kindern Israel:
24. Welche alle Tag zunahmen / und unterdruckten Jabin den König der Chananiter / mit starcker Hand / biß sie ihn zumahl vertilgeten.

CAPUT V.

I. Canticum gratiarum actionis Debboræ & Barac post victoriam. 2.
II. Quies in Israel. 32.

1. CEcineruntque Debbora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes:
I. 2. Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.
3. Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.

Das V. Capitel.

I. Lob- und Danck-Gesang Debborä und Barac / nach erobertem Sig / 2.
II. Ruh und Frid in Israel / 32.

1. UNd Debbora und Barac der Sohn Abinoem sungen an demselbigen Tag / und sprachen:
I. 2. Lobet den HERRN / ihr von Israel / die ihr freywillig eure Seelen habt in Gefahr ergeben.
3. Höret zu ihr König / ihr Fürsten vernehmet mit den Ohren: Ich bins / ich bins / die ich dem HErrn singen wil / dem HErrn / dem GOtt Israel wil ich Lobsingen. 4.

4. HERR / da du außgiengest von Seir / und durch die Landschafften Edom hindurch zohest / da bewegete sich die Erd / und die Himmel samt den Wolcken trieffeten mit Wasser.

5. Die Berg zerflossen vor dem Angesicht deß HErrn / und Sinai vor dem Angesicht deß HErrn deß GOttes Israel.

6. In den Tagen Samgar deß Sohns Anath / in den Tagen Jahel waren die gemeine Weeg still: und die darauf wandelten / giengen abwegs durch ungebante Steig.

7. Die Starcke in Israel hielten still / und stunden in Ruh: biß Debbora aufstund / biß aufstund die Mutter in Israel.

8. Neue Krieg hat der HErr erwählet / und die Thor der Feinden hat er selbst umgeworffen: es war kein Schild noch Spieß zu sehen unter viertzig tausenden in Israel.

9. Mein Hertz hat die Fürsten Israel lieb: die ihr euch auß freyem Willen in die Gefahr ergeben habt / lobet den HErrn.

10. Redet nun / die ihr auf schönen Eseln reitet / und die ihr im Gericht sitzet / und auf dem Weeg daher wandlet.

11. Da die Wagen auf einander zerstossen seynd / und der Feinden Heer gedämpffet ist / da sol man von der Gerechtigkeit deß HErrn sagen / und von seiner Gütigkeit gegen die Starcke in Israel: damal ist deß HErrn Volck zu den Thoren hinab gangen / und hat die Herrschafft erhalten.

12. Mach dich auf / mach dich auf Debbora / mach dich auf / mach dich auf / und rede das Lobgesang herauß: Mache dich auf Barac / und greiff an deine Gefangene / du Sohn Abinoem.

13. Die übrige deß Volcks seynd erhalten worden / der HErr hat durch die Helden gestritten.

14. Auß Ephraim hat er sie vertilget in Amalec / und nach ihm auß Benjamin in deine Völcker / O Amalec: die Fürsten seynd von Machir her entsprossen / und von Zabulon / die das Heer solten zum Streit führen.

15. Die Fürsten Issachar waren mit Debbora / und folgeten dem Barac auf dem Fuß nach / der sich gleich wie in einen Abgrund in die Gefahr herunter stürtzte: als Ruben wider sich selbst zertrennet war / da hat sich unter großmüthigen Leuten Zanck befunden.

16. Warum wohnest du zwischen den beyden Gemarcken / das Pfeiffen der Heerd zu hören? Da Ruben wider sich selbst zertrennet war / hat sich unter großmüthigen Leuten Zanck befunden.

17. Galaad ruhete jenseit deß Jordans / und

4. Domine cùm exires de Seir *a*, & transires per regiones Edom, terra mota est, cælique ac nubes distillaverunt *b* aquis.

5. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel.

6. In diebus Samgar filii Anath, in diebus Jahel, quieverunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulaverunt *c* per calles devios.

7. Cessaverunt fortes in Israel, & quieverunt: donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel.

8. Nova bella *d* elegit Dominus, & portas hostium ipse subvertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.

9. Cor meum diligit principes Israel: qui propriâ voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.

10. Qui ascenditis super nitentes asinos *e*, & sedetis in judicio, & ambulatis in via, loquimini.

11. Ubi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur justitiæ Domini & clementia in fortes Israel, tunc descendit populus Domini ad portas *f*, & obtinuit principatum.

12. Surge, surge Debbora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captivos tuos fili Abinoem.

13. Salvatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus *g* dimicavit.

14. Ex Ephraim *h* delevit eos in Amalec, & post eum ex Benjamin *i* in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.

15. Duces Issachar fuere cum Debbora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

16. Quare habitas inter duos terminos, ut audias sibilos gregum? diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

17. Galaad trans Jordanem quiescebat

a i. Idumæa residens in Arca & nobiscum ambulans.
b quasi præ timore sudantes.
c sc. præ timore
d i. inusitata.
e ut equitetis commodè.
f sc. egrediens intrepidè.
g i. Israel.
h sc. assumens.
i sc. assumens fortes & victores.

bat, & Dan vacabat navibus: Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.

18. Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.

19. Venerunt reges & pugnaverunt, pugnaverunt reges Chanaan in Thanach juxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.

20. De cælo dimicatum est contra eos: stellæ *k* manentes in ordine & cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.

21. Torrens Cison traxit cadavera eorum, torrens Cadumim *l*, torrens Cison: conculca anima mea robustos.

22. Ungulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.

23. Maledicite terræ Meroz *m*, dixit Angelus *n* Domini: maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adjutorium fortissimorũ ejus.

24. Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo.

25. Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum *o* obtulit butyrum *p*.

26. Sinistram manum misit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.

27. Inter pedes ejus ruit: defecit, & mortuus est: volvebatur ante pedes ejus, & jacebat exanimis & miserabilis.

28. Per fenestram respiciens ululabat mater ejus: & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus ejus? quare tardaverunt pedes quadrigarum illius?

29. Una sapientior cæteris uxoribus ejus, hæc socrui verba respondit:

30. Forsitan nunc dividit spolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei: vestes diversorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur.

31. Sic *r* pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te,

k i. Angeli.

l etymolog. antiquissimus.

m Meroz urbs erat prælii, ingratitudine infamis, excisa vel saltem æterna oblivione sepulta est. *Tirin.*

n loquens per me.

o q. d. pulchra.

p sc. lac.

r ut Sisara.

Dan bekümmerte sich mit Schiffen: Aser hatte seine Wohnung am Gestad der See / und hielt sich auf / da die Haven deß Meers waren.

18. Aber Zabulon und Nephthali haben in der Gegend Merome ihre Seelen in den Tod ergeben.

19. Die König kamen und stritten / es stritten die König der Chananiter zu Thanach am Wasser Mageddo / und brachten doch keinen Raub davon.

20. Vom Himmel ward wider sie gestritten: die Stern bliben in ihrer Ordnung / und in ihrem Lauff / und stritten wider Sisara.

21. Der Bach Cison hat ihre Leichnam hinab geweltzet / der Bach Cadumim / der Bach Cison: meine Seel zertrette die Starcke.

22. Die Hüff der Pferden seynd abgefallen / da sie mit Gewalt flohen / und da die stärckesten der Feinden herunter gestürtzet wurden.

23. Fluchet dem Land Meroz / sprach der Engel deß HERRN: fluchet seinen Innwohnern / daß sie dem HErrn nit zu Hülff kamen seinen stärckesten Helden.

24. Geseegnet sey unter den Weibern Jahel / das Weib Haber deß Ciniters / sie sey geseegnet in ihrer Hütten.

25. Sie gab ihm Milch / da er Wasser begehrte / und brachte ihm Butter in einer Fürstlichen Schaalen.

26. Sie streckte ihre lincke Hand auß zum Nagel / und die rechte zu dem Schmidhammer / und erschlug den Sisara / sie suchete eine statt am Haubt ihn zu verwunden / und durchborete ihm den Schlaf mit Gewalt.

27. Er fiel nider zwischen ihren Füssen / ward ohnmächtig / und starb dahin: Er weltzete sich vor ihren Füssen / lag allda todt / und jämmerlich.

28. Sein Mutter sahe zum Fenster herauß und heulete / sie rieff vom Gemach herab: Warumb verziehet sein Wagen widerum zu kommen? warum verweilen die Füß seiner Wagen?

29. Da antwortete eine von den Weisesten unter seinen Weibern / ihrer Schwieger dise Wort:

30. Villeicht theilet er jetzt den Raub auß / und wird die Schönste unter den Weibern für ihn zur Außbeut erwählet: Kleyder von vilen Farben werden dem Sisara zur Beut überantwortet / und allerhand Kleinodien werden zusammen getragen den Halß zu zieren

31. Also müssen alle deine Feind umkommen / O HErr: aber die dich lieb haben / die müssen herrlich glan-

glantzen / wie die Sonn glantzet in ihrem Aufgang:

II. 32. Und das Land war in Ruh viertzig Jahr lang.

Das VI. Capitel.

I. Israel fallt in die vorige Laster/ und wird von den Madianitern unterdruckt. 2.
II. Gedeon wird ihnen von GOtt zu einem Erlöser geschickt. 11.
III. Er zerstört den Altar Baals und erhalt im Lamb-Fell ein doppletes Zeichen. 27.

1. ABer die Kinder Israel thäten Böses vor dem Angesicht deß HErrn: der übergab sie in die Hand Madian siben Jahr lang/

2. Und sie wurden sehr hart von ihnen unterdrucket. Und sie machten ihnen Höl / und Gruben in den Bergen / und sehr veste Oerter / Widerstand zu thun.

3. Und wan Israel gesäet hatte / so kamen die Madianiter und die Amaleciter/ und andere Völcker gegen Aufgang:

4. Und schlugen bey ihnen ihr Lager / und verheereten alles / wie es grün war / biß hin an die Thoren Gaza: und liessen in Israel gar nichts übrig/ was zur Leibs Nahrung gehöret / weder Schaaf / noch Ochsen / noch Esel.

5. Dan sie kamen herauf mit allem ihrem Vieh/ und mit ihren Hütten / und erfülleten alles/ wie die Heuschröcken / da war eine unzahlbare Meng von Menschen und Cameelen / und verwüsteten alles / was sie berühreten.

6. Also ward Israel vor dem Angesicht der Madianiter sehr gedemütiget.

7. Da rieff er zum HErrn/ und begehrete Hülff wider die Madianiter.

8. Und er sandte einen Mann zu ihnen / einen Propheten / der sprach: Diß sagt der HErr / der GOtt Israel: Ich hab gemacht / daß ihr herauf kommen seyd auß Egypten/ und hab euch auß dem Hauß der Dienstbarkeit geführet/

9. Hab euch auch errettet auß der Hand der Egypter / und aller Feinden / die euch beleydigten: Ich hab sie bey eurem Einzug außgeworffen / und euch ihr Land übergeben.

10. Und ich sprach: Ich bin der HERR euer GOtt: förchtet euch nit vor den Göttern der Amorrhiter / in deren Land ihr wohnet: und ihr habt meine Stimm nit hören wollen.

II. 11. Es kam aber ein Engel deß HErrn/ und saß unter dem Eichbaum / der zu Ephra stund / und gehörete zu dem Joas / dem Vatter deß Geschlechts Ezri. Und als Gedeon sein Sohn das Korn auß-

sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.

II. 32. Quievítque Terra per quadraginta *s* annos.

s Id est, *ad quadragesimum annum* post priorem *quietem* ab Ehude restitutam. Ergo anno mundi 2719. Ant. Chr. 1285.

CAPUT VI.

I. Israelitæ in priora recidunt scelera: hinc opprimuntur à Madianitis, 2.
II. Gedeon variis signis decernitur à Deo eorum liberator 11.
III. Qui altare Deo erigit destruens aram Baal, & duplex signum in ovis vellere accipit. 27.

1. FEcerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian septem annis *a*,

2. & oppressi sunt valdè ab eis. Feceruntque sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.

3. Cumque sevisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, cæterique Orientalium nationum:

4. & apud *b* eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant *c* usque ad introitum Gazæ: nihilque omninò ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oves, non boves, non asinos.

5. Ipsi enim & universi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum universa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant devastantes.

6. Humiliatusque est Israel valdè in conspectu Madian.

7. Et clamavit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas.

8. Qui misit ad eos virum prophetam *d*, & locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vos feci conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo servitutis,

9. & liberavi de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum, qui affligebant vos: ejecique eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis Terram eorum.

10. Et dixi: Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam.

II. 11. Venit autem Angelus Domini *e*, & sedit sub quercu, quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Joas patrem familiæ Ezri. Cumque Gedeon filius ejus excuteret atque

a ab Ann. M. 2752. ad annum 2759.

b 70. contra eos.

c i. fructus terræ.

d i. Phineam filium Eleazari secundum Hebreos.

e Ann. M. 2759. Ant. Ch. 1245.

f i. loco ubi erat torcular.

atque purgaret frumenta in torculari *f*, ut fugeret Madian,

12. apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime.

13. Dixítque ei Gedeon: Obsecro, mi domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? ubi sunt mirabilia ejus, quæ narraverunt patres nostri, atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian.

g i. per angelum.
h 1. Reg. 12. 11.
i i. tunc scies.

14. Respexítque ad eum Dominus *g*, & ait: *h* Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian: scito *i* quòd miserim te.

15. Qui respondens ait: Obsecro, mi domine, in quo liberabo Israel? ecce familia mea *k* infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.

k Hebr. chilias seu millenarium meum sic & Mich. 5. v. 2. In millibus Juda.
l sc. Dei Angelus.

16. Dixítque ei Dominus: Ego ero tecum: & percuties Madian quasi unum virum.

17. Et ille, Si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quòd tu sis *l* qui loqueris ad me.

18. Nec recedas hinc, donec revertar ad te, portans sacrificium, & offerens tibi. Qui respondit: Ego præstolabor adventum tuum.

m i. Hebr. Epha.

19. Ingressus est itaque Gedeon & coxit hœdum, & de farinæ modio *m* azymos panes: carnésque ponens in canistro, & jus carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei.

20. Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petram illam, & jus desuper funde. Cumque fecisset ita,

21. extendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu; & tetigit carnes & panes azymos: ascenditque ignis de petra, & carnes azymósque panes consumpsit: Angelus autem Domini evanuit *n* ex oculis ejus.

n Hebr. abiit.

22. Vidénsque Gedeon quòd esset Angelus Domini, ait: Heu mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.

drasch / und reinigte auf der Kelter / damit er sich auf die Flucht gebe vor den Madianitern /

12. Da offenbarte sich ihm der Engel deß HErrn / und sprach: Der HErr ist mit dir / du allerstärckester Mann.

13. Und Gedeon sprach zu ihm: Mein lieber Herr / ist der HErr mit uns / warum haben uns dan alle dise Ding ergriffen? wo seynd seine Wunderthaten / die uns unsere Vätter erzehlet haben / und sprachen: Der HErr hat uns aus Egypten geführet: jetzt aber hat uns der HErr verlassen / und in die Hand Madian übergeben.

14. Und der HErr sahe ihn an und sprach: Gehe hin in diser deiner Stärck / so wirst du Israel auß der Hand Madian erlösen: und du solst wissen / daß ich dich gesandt hab.

15. Und er antwortet / und sprach: Ich bitte dich / mein HERR / womit sol ich Israel erlösen? sihe / mein Geschlecht ist das geringste in Manasse / so bin ich auch der geringst in meines Vatters Hauß

16. Und der HErr sprach zu ihm: Ich wil bey dir seyn: und du solst Madian schlagen / wie einen Mann.

17. Und er sprach: Hab ich Gnad vor dir gefunden / so gib mir ein Zeichen / daß du es bist / der du mit mir redest.

18. Und gehe nit von hinnen / biß ich widerum zu dir komme / und ein Opffer bringe / und dir opffere. Und er antwortet: Ich wil auf deine Zukunfft warten.

19. Also gieng Gedeon hinein / und kochete ein Geißböcklein / und ungesäuert Brod / von einer Maaß Meels: und er legte das Fleisch in einen Korb / und thäte die Brüh vom Fleisch in einen Hafen / und trug es alles unter den Eichbaum / und opfferts ihm.

20. Und der Engel deß HErrn sprach zu ihm: Nimm das Fleisch / und die ungesäurte Brod / und lege es auf disen Felsen / und schütte die Brüh darüber. Und nachdem er also gethan /

21. streckete der Engel deß HErrn die Spitz der Ruthen auß / die er in der Hand hatte / und rührete das Fleisch an / samt dem ungesäurten Brod: da kam Feuer herauf auß dem Felsen / und verzehrete das Fleisch / und die ungesäurte Brod: und der Engel deß HErrn verschwand auß seinen Augen.

22. Da nun Gedeon sahe / daß es ein Engel deß HErrn war / sprach er: Ach HErr mein GOtt: Ich hab den Engel deß HErrn gesehen von Angesicht zu Angesicht.

23. Und der HErr sprach zu ihm: Frid sey mit dir: Förchte dir nit / du wirst nit sterben.

24. Und Gedeon bauete daselbst dem HErrn einen Altar/und nennte ihn:Der Frid deß HErrn/ biß auf den heutigen Tag. Und da er noch zu Ephra war / so dem Geschlecht Ezri zugehöret/

25. Sprach der HErr in derselbigen Nacht zu ihm: Nimm einen Ochsen / der deinem Vatter zugehöret / und noch einen andern Ochsen von siben Jahren und reiß den Altar Baals hernider/ der deines Vatters ist / und haue den Wald ab / der um den Altar stehet:

26. Und baue dem HErrn deinem GOtt einen Altar oben auf disem Felsen / darauf du zuvor das Opffer gelegt hast: und nimm den andern Ochsen / und opffer ihn zum Brand-Opffer auf einen Hauffen Holtzs / das du auß dem Wald gehauen hast.

III. 27. Da nahm Gedeon zehen Männer von seinen Knechten / und thäte / wie ihm der HErr befohlen hatte. Aber er förchtete sich vor dem Hauß seines Vatters / und vor den Leuten der Stadt / und wolte es bey Tag nit thun / sondern richtete alles bey der Nacht ins Werck.

28. Da nun die Männer derselbigen Stadt am Morgen aufstunden sahen sie/daß der Altar Baals umgeworffen/ und der Wald abgehauen war/ daß auch der eine Ochs auf den Altar gelegt worden / der damals gebauet war.

29. Und sie sprachen / einer zum andern: Wer hat das gethan? Und da sie mit Fleiß / nach dem Thäter fragten/ward gesagt: Gedeon/ der Sohn Joas / hat diß alles gethan.

30. Und sie sprachen zu Joas: Führe deinen Sohn herauß / daß er sterbe: dan er hat den Altar Baals zerstöret / und den Wald abgehauen.

31. Und er antwortet ihnen: Seyd ihr dan die jenige / welche Rach fordern von Baals wegen / daß ihr für ihn streiten müsset: Wer sein Widersacher ist/der sol sterben ehe morgen der Tag aufgehet. Ist er GOtt / so räche er sich an dem / der seinen Altar hat umgeworffen.

32. Von dem Tag an ward Gedeon Jerobaal genannt / darum / daß Joas gesagt hatte: Baal räche sich an dem der seinē Altar hat umgeworffen.

33. Da thäten sich zusammen gantz Madian/und Amalec/u die Völcker gegen Aufgang alle zugleich/ und zohen mit einander über den Jordan/ u. lagerten sich im Thal Jezrael.

34. Aber der Geist deß HErrn fiel auf Gedeon/ und er bließ die Posaun / und rieff zusammen / die vom Hauß Abiezer / daß sie ihm folgeten.

23. Dixítque ei Dominus *o*: Pax tecum: ne timeas, non morieris.

24. Ædificavit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocavítque illud, Domini pax, usque in præsentem diem. Cumq; adhuc esset in Ephra, quæ est familiæ Ezri,

25. nocte illâ dixit Dominus ad eum: Tolle taurum patris tui *p*, & alterum taurum annorum septem, destruésque aram Baal, quæ est patris tui: & nemus, quod circa aram est, succide:

26. & ædificabis *q* altare Domino Deo tuo in summitate petræ hujus, super quam antè sacrificium posuisti: tollésque taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris.

III. 27. Assumptis ergo Gedeon decem viris de servis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius civitatis, per diem noluit id facere, sed omnia nocte complevit.

28. Cumque surrexissent viri oppidi ejus manè, viderunt destructam aram Baal, lucúmque succisum, & taurum alterum impositum super altare, quod tunc ædificatum erat.

29. Dixeruntque ad invicem: Quis hoc fecit? Cumque perquirerent auctorem facti, dictum est: Gedeon filius Joas fecit hæc omnia.

30. Et dixerunt ad Joas: Produc filiū tuum huc, ut moriatur: quia destruxit aram Baal, & succidit nemus.

31. Quibus ille respondit: Numquid ultores estis Baal, ut pugnetis pro eo? qui adversarius est ejus, moriatur antequam lux crastina veniat: si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram ejus.

32. Ex illo die vocatus est Gedeon, Jerobaal *r*, eò quòd dixisset Joas: Ulciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram ejus.

33. Igitur omnis Madian, & Amalec, & Orientales populi congregati sunt simul: & transeuntes Jordanem, castrametati sunt in valle Jezrael.

34. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccinâ convocavit domum Abiezer *s*, ut sequeretur se.

o sc. Angelus Domini discedens.

p sc. destinatum ad sacrificium idolorum.

q Deus dispensavit cum Gedeon ut sacerdotio fungeretur & holocaustum offerret procul à tabernaculo; sic & posteà dispensavit cum Samuel 1. *Reg.* 9. & 16. & cum Elia 3. *Reg.* 18.

r i. impugnans Baal.

s sc. cognatos suos.

35. Misitque nuntios in universum Manassen, qui & ipse secutus est eum: & alios nuntios in Aser & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei.

36. Dixitque Gedeon ad Deum: Si salvum facis per manum meam Israel, sicut locutus es,

37. ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere *t* fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel.

t Ros in vellere mysticè est Christus in utero Virginis. *Psal.* 71. *v.* 6.

38. Factumque est ita. Et de nocte *u* consurgens, expresso vellere, concham *x* rore implevit.

u i. manè.
x Chald. phialam.

39. Dixitque rursus ad Deum: Ne irascatur furor tuus contra me si adhuc semel tentavero, signum quærens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens.

40. Fecitque Deus nocte illâ ut postulaverat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

CAPUT VII.

I. Gedeon seligit ad aquas aptos ad bellum, auditô unius è castris Madianitarum somnio, in eos irruit, tubis, lagenis ac lucernis armatus, 4.
II. Madianitæ se mutua cæde trucidant, & vulnerant. 19.
III. Duo eorum principes Oreb & Zeb interficiuntur. 25.

Eodem anno 2759.
a Hebr. manè.

1. IGitur Jerobaal qui & Gedeon, de nocte *a* consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. Erant autem castra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelsi.

2. Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus: ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum.

3. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: *b* Qui formidolosus & timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & reversi sunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanserunt.

b Deut. 20. 8. 1. Mach. 3. 56.

I. 4. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de

35. Auch sandte er Botten auß in gantz Manasse/ und sie seynd ihm auch gefolget: deßgleichen sandte er andere Botten auß in Aser/ und Zabulon und Nephthali/ die ihm auch entgegen kamen.

36. Und Gedeon sprach zu GOtt: Wilst du Israel durch meine Hand erlösen/ wie du gesagt hast/

37. So will ich ein Fell mit der Woll auf die Tenn legen: wan der Thau allein auf dem Fell wird seyn/ und die gantze Erd trucken bleiben/ so wil ich darauß erkennen/ daß du Israel durch meine Hand erlösen wirst/ wie du gesagt hast.

38. Und es geschahe also. Und er stund auf bey der Nacht/ und truckte das Fell auß/ und füllete ein Becken mit dem Thau.

39. Und er sprach abermahl zu GOtt: Laß deinen Zorn wider mich nit ergrimmen/ wan ichs noch einmahl versuche/ und in dem Fell ein Zeichen suche. Ich bitte/ daß allein das Fell trucken bleibe/ und die gantze Erd mit Thau benetzt sey.

40. Und GOtt thäte dieselbige Nacht also/ wie er begehret hatte: das Fell allein war trucken/ und Thau war auf der gantzen Erden.

Das VII. Capitel.

I. Gedeon macht ein Außschuß von Kriegsleuten an dem Wasser/ und überfällt die Feind/ mit dreyhundert Mann/ so mit Posaunen/ Fläschen und Laternen gewaffnet waren/ 4.
II. Schlagt alle in die Flucht/ daß sie auß Forcht einander selbst erwürgen/ 19.
III. Tödtet die zween Kriegsfürsten/ Oreb/ und Zeb/ 25.

1. ALso machte sich Jerobaal/ der auch Gedeon heist/ bey der Nacht auf/ und alles Volck mit ihm/ und kam zum Brunnen/ der Harad genennt wird. Aber der Madianiter Lager war im Thal hinter einem hohen Bühel gegen Mitternacht.

2. Und der HErr sprach zu Gedeon: Es ist ein groß Volck bey dir/ und sollen die Madianiter in ihre Händ nit übergeben werden: daß Israel sich nit rühme wider mich/ und sage: Ich bin durch meine Stärck befreyet worden.

3. Rede mit dem Volck und ruffe auß/ daß sie es alle hören: Wer zaghafft und forchtsam ist/ der kehre wider um. Da zohen ab vom Berg Galaad/ und kehreten wider vom Volck zwey und zwantzig tausend Mann/ und bliben nur zehen tausend Mann.

I. 4. Und der HErr sprach zu Gedeon: Deß Volcks ist noch zuvil/ führe sie zu Wasser/ daselbst wil ich sie prüfen: und von welchem ich dir sagen werde/ daß er mit dir

dir ziehen sol der sol mit fortziehen: welchem ich aber das fortziehen verbieten werde/ der sol widerkehrẽ.

5. Als nun das Volck zum Wasser hinab gezogen war/ sprach der HErr zu Gedeon: Welche das Wasser lecken werden mit der Zungen wie die Hund pflegen zu lecken/ die solst du an ein Ort absöndern: welche aber auf die Knie fallen/ und trincken/ die sollen auf der andern Seiten seyn.

6. Also war die Zahl der jenigen/ die das Wasser mit der Hand ins Maul geworffen/ und geleckt hatten dreyhundert Mann: der gantze übrige Hauff hat mit gebogenem Knie getruncken.

7. Und der HErr sprach zu Gedeon: Durch die dreyhundert Mann/ die das Wasser gelecket haben/ wil ich euch erlösen/ und die Madianiter in deine Hand übergeben: aber die gantze übrige Meng sol zu ihrem Ort widerkehren.

8. Als sie nun Speiß nach ihrer Anzahl genommen hatten/ samt den Posaunen/ befahl er/ daß die übrige gantze Gemein widerkehrete zu ihren Hütten: er aber begab sich mit den dreyhundert Männern zum Streit/ und das Lager der Madianiter war unten im Thal.

9. In derselbigen Nacht sprach der HErr zu ihm: Mache dich auf/ und zieh hinab ins Lager: dan ich hab sie in deine Hand übergeben.

10. Förchtest du dich aber allein zu gehen/ so laß Phara deinen Knaben *a* mit dir hinab gehen.

11. Und wan du hören wirst/ was sie reden/ alsdan sollen deine Händ gestärcket werden/ und du wirst freymüthiger zu der Feinden Lager hinab ziehen. Also gieng er selbst/ und Phara sein Diener hinab zum äussersten Theil deß Lagers/ da gerüstete Männer die Wacht hielten.

12. Aber die Madianiter/ und Amaleciter/ und alle Völcker vom Aufgang lagen verstreuet im Thal/ wie ein Hauffen Heuschröcken: der Cameelen waren auch unzahlbar vil wie deß Sands/ der am Ufer deß Meers ligt.

13. Als nun Gedeon dahin kommen war/ erzehlete einer seinem Nächsten einen Traum/ und vermeldete ihm/ was er gesehen hatte/ auf dise Weiß: Ich hab einen Traum gesehen/ und mich gedunckte als wan sich ein geröstet Gersten-Brod weltzete/ und in der Madianiter Lager hinunter käm/ und da es zu einem Gezelt kam/ schlug es dasselbig/ und warff es zu Boden/ und vertilgte es zu Grund/ daß es der Erden gleich ward.

14. Da antwortet der ander/ dem er diß sagte: Das ist anders nit/ dan das Schwerdt Gedeons/ deß Sohns Joas/ deß Manns von Israel: dan

a Diener

quo dixero tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, revertatur.

5. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui linguâ lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt *c*.

c inepti ad pugnam: sic ad pugnam contra diabolum, inepti sunt, qui inordinatè quandam delectationem quærunt.

6. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os projiciente lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.

7. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum.

8. Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle.

9. Eâdem nocte dixit Dominus ad eum: Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua.

10. Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer *d* tuus.

d i. famulus.

11. Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer ejus in partem castrorum, ubi erant armatorum vigiliæ.

12. Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fusi jacebant in valle, ut locustarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ jacet in littore maris.

13. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat: Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, & in castra Madian descendere: cúmque pervenisset ad tabernaculum *e* percussit illud, atque subvertit, & terræ funditus coæquavit.

e sc. ducis.

14. Respondit is, cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israelitæ: tradidit enim Dominus

nus in manus ejus Madian, & omnia castra ejus.

15. Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem ejus, adoravit *f*: & reversus est ad castra Israel, & ait: Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.

f sc. Dominum, gratias agens.

16. Divisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenásque vacuas *g* ac lampades *h* in medio lagenarum.

g v. 20. vocat hydrias scilicet testaceas.

h Ligneos torres cera vel resina oblitos, qui ignem facile fovent, & vento magis accenduntur.

17. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini.

18. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite & conclamate: Domino & Gedeoni *i*.

i sc. victoria.

II. 19. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas.

20. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaveruntque: Gladius Domini & Gedeonis *k*:

k sc. vincet.

21. stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, ululantésque fugerunt:

22. & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. *l* Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutuâ se cæde truncabant,

l Psal. 82. 10.

23. fugientes usque ad Bethsetta, & crepidinem *m* Abelmehula in Tebbath. Conclamantes *n* autem viri Israel de Nephthali, & Aser, & omni Manasse, persequebantur Madian.

m i. limitem.

n Chald. congregati

24. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas usque Bethbera atque Jordanem. Clamavitque *o* omnis Ephraim, & præoccupavit aquas atque Jordanem usque Bethbera.

o Chald. congregatúsque.

III. 25. *p* Apprehensósque duos viros *q*

p Psal. 82. 12. Isai. 10. 26.

q v. 3. principes

der HErr hat die Madianiter mit ihrem gantzen Lager in seine Hånd übergeben.

15. Da nun Gedeon disen Traum mit seiner Außlegung gehöret hatte / anbettete *a* er: und er kehrete wider zum Lager Israel / und sprach: Machet euch auf / dan der HErr hat das Lager der Madianiter in unsere Hånd übergeben.

16. Und er theilete die dreyhundert Mann in drey Theil / und gab ihnen Posaunen in ihre Hånd / und leere Krüg / und brennende Facklen mitten in den Krügen.

17. Und er sprach zu ihnen: Was ihr sehet das ich thue / das sollet ihr auch thun: ich wil an einem Ort ins Lager tretten / und was ich alsdan thun werde / das thut mir nach.

18. Wan die Posaun in meiner Hand sich hören lasset / alsdan sollet ihr rings um das Lager her auch blasen / und alle zugleich ruffen: dem HErrn und Gedeon.

II. 19. Also kam Gedeon / und die dreyhundert Mann / welche bey ihm waren / an das åusserste Theil deß Lagers um die Zeit / wan die Wacht zu Mitternacht angehet: u. nachdem sie die Wåchter auß dem Schlaff gewecket / fiengen sie an in die Posaunen zu blasen / u. die Krüg auf einander zu schlagē.

20. Da sie nun rings um das Lager her an dreyen Oertern in die Posaunen bliesen / und die Krüg auf einander zerbrochen hatten / hielten sie die Facklen mit der lincken Hand / und mit der rechten Hand die schallende Posaunen / und rieffen: Das Schwerdt deß HErrn / und Gedeons:

21. Stunden also um der Feinden Lager rings herum / ein jeglicher an seinem Ort. Da kam ein Schröcken in das gantze Heer-Lager / und sie schryē / und heuleten / und begaben sich in die Flucht.

22. Aber die dreyhundert Mann liessen nit nach / und bliesen in die Posaunen. Und der HErr sandte das Schwerdt ins gantze Lager / daß sie sich unter einander erwürgeten /

23. Und sie flohen biß gen Bethsetta / und biß an das Gestad Abelmehula zu Tebbath. Aber die Månner Israel von Nephthali / und von Aser und vom gantzen Manasse machten ein Geschrey / und verfolgten die Madianiter.

24. Und Gedeon sandte Botten auß auf das gantze Gebirg Ephraim / und sprach: Kommet hinab den Madianiter entgegen / und nehmet das Wasser ein biß gen Bethbera / und biß an den Jordan. Da schryen alle die von Ephraim / und unterlieffen *b* ihnen das Wasser und den Jordan biß gen Bethbera.

III. 25. Und sie ergriffen zween Fürsten der Ma-

a nemlich **den HErrn** *b* **zu verwören** dia-

dianiter/Oreb/und Zeb/ und erwürgeten den Oreb auf dem Felsen Oreb/ den Zeb aber in der Kelter Zeb: und sie jagten den Madianitern nach/ und brachten die Häubter Oreb und Zeb zu Gedeon über den Fluß Jordan.

Das VIII. Capitel.

I. Gedeon stillet die Kinder Ephraim/ welche sich aufgelehnt/ weil er sie zum Streit wider Madian nit beruffen/ 1.
II. Begehrt Speiß von denen zu Soccoth und Phanuel/wird aber abgewisen/ 4.
III. Schlagt Zebee und Salmana/ strafft die zu Soccoth/ zerstört den Thurn Phanuel/und erwürgt Zebee und Salmana/ 10.
IV. Macht auß den Kriegsbeuten ein guldenes Ephod/ 24.
V. Zeugt 70. Söhn auß seinen Eheweibern/ und Abimelech auß einem Kebsweib/ und stirbt im hohen Alter/ 29.
VI. Jsrael fallt widerum in die Abgötterey/ 33.

1. UND die Männer von Ephraim sprachen zu ihm: Warum hast du uns das thun wollen/ daß du uns nit geruffen hast/ da du wider die Madianiter zum Streit gezogen bist? und sie zanckten gar hefftig mit ihm/ und hätten schier Gewalt geübet.

2. Er aber antwortet ihnen: Was hab ich deßgleichen thun können/ als ihr gethan habt? Jst nit ein Rebstock Ephraim besser/ dan der ganze Weinherbst Abiezer:

3. Der HErr hat die Fürsten der Madianiter/ Oreb und Zeb in eure Händ übergeben: was hab ich deßgleichen thun können/ als ihr gethan habt? Da er diß geredt hatte/ gab sich ihr Geist in Ruh/ damit sie wider ihn aufgeblehet waren.

II. 4. Und da Gedeon an den Jordan kam/ zoge er hinüber mit den dreyhundert Männern/ die bey ihm waren/ und waren so müd/ daß sie den Flüchtigen nit nachjagen kunten.

5. Und er sprach zu den Männern zu Soccoth: Jch bitte/ gebet dem Volck Brod/ das bey mir ist/ dan sie haben an Kräfften sehr abgenommen: damit wir den Zebee und Salmana/ die König der Madianiter verfolgen mögen.

6. Die Oberste zu Soccoth antworteten: Villeicht seynd die Händ Zebee und Salmana schon in deinen Händen/ und darum forderst du/ daß wir deinem Heer Brod geben.

7. Und er sprach zu ihnen: wan dan der HErr Zebee und Salmana in meine Händ übergeben wird/ so wil ich euer Fleisch mit Dörner auß der Wüst/ und mit Distlen zerreissen.

8. Von dannen zohe er hinauf/ u. kam gen Phanuel/ und redet mit den Männern deß Orts auf

Madian, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.

Caput VIII.

I. Ephraim insurgens adversus Gedeon placatur. 1.
II. Viri Soccoth & Phanuel negant Gedeoni panes. 4.
III. Gedeon devictis Zebee & Salmana illos perdit 10. *& hos interficit* 18.
IV. Ex inauribus aliisque populi donis facit Ephod, domui suæ & Israeli in ruinam 24. *præest quadraginta annis* 28.
V. Generat 70. *filios ex uxoribus, & unum ex concubina.* 29. *moritur.* 32.
VI. Israel redit ad idololatriam 33.

1. DIxeruntque ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? jurgantes fortiter, & propè vim inferentes. Eodem anno 2759.

2. Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer *a*? *a* q. d. familiæ meæ.

3. In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cùm locutus esset, requievit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.

II. 4. Cumque venisset Gedeon ad Jordanem, transivit eum cum trecentis viris qui secum erant: & præ lassitudine, fugientes persequi non poterant.

5. Dixitque ad viros Soccoth: Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valdè defecerunt: ut possimus persequi Zebee, & Salmana reges Madian.

6. Responderunt principes Soccoth: Forsitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcircò postulas ut demus exercitui tuo panes.

7. Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.

8. Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius simi-

similia. Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth.

9. Dixit itaq; & eis: Cùm reversus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.

III. 10. Zebee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.

b Osee 10. 14.
c Chald. Arabum.

11. *b* Ascendénsq; Gedeon per viam eorum *c* qui in tabernaculis morabantur, ad Orientalem partem Nobe, & Jegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil adversi suspicabantur.

12. Fugeruntque Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.

d sc. una nocte totũ bellum confecerat. Sà.

13. Reverténsque de bello ante solis ortum *d*,

14. apprehendit puerum de viris Soccoth: interrogavitq; eum nomina principum & seniorum Soccoth, & descripsit septuaginta septem viros.

15. Venitque ad Soccoth, & dixit eis: En Zebee, & Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcircò postulas ut demus viris, qui lassi sunt & defecerunt, panes.

e sc. nudos.

16. Tulit ergo seniores civitatis & spinas deserti ac tribulos, & contrivit *e* cum eis, atque comminuit viros Soccoth.

17. Turrim quoque Phanuel subvertit, occisis habitatoribus civitatis.

f pro unus quisque. Sà.
g sc. ex matre.

18. Dixitq; ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, & unus *f* ex eis quasi filius regis.

19. Quibus ille respondit: Fratres mei *g* fuerunt: filii matris meæ. Vivit Dominus; quia si servassetis eos, non vos occiderem.

20. Dixitque Jether primogenito suo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.

21. Dixeruntque Zebee & Salmana: Tu surge, & irrue in nos: quia juxta ætatem robur est hominis. Surrexit Ge-

dieselbig Weiß. Und sie antworteten ihm auch also/ wie die Männer zu Soccoth geantwortet hattẽ.

9. Derwegen sprach er auch zu ihnen: Wan ich nach erhaltenem Sig im Friden widerum komme/ so wil ich disen Thurn zerstören.

II. 10. Aber Zebee und Salmana ruheten mit ihrem gantzen Heer: dan es waren fünffzehen tausend Mann übrig bliben / von allen Schaaren der Völcker gegen Aufgang/ und waren hundert und zwantzig tausend Mann erschlagen / die das Schwerdt außziehen kunten.

11. Und Gedeon zoge hinauf durch den Weeg der jenigen / welche in den Hütten wohnen / an der Seiten Nobe / und Jegbaa gegen Aufgang / und schlug das Lager der Feinden / die ohn Sorg waren / und sich keines Unglücks versahen.

12. Und Zebee und Salmana begaben sich in die Flucht / und Gedeon jagete ihnen nach / und ergriffe sie / und zerstörete ihr gantzes Heer.

13. Da er nun vom Streit widerum zuruck kam von der Sonnen Aufgang /

14. Fieng er einen Knaben von den Männern zu Soccoth / und fragete von ihm die Namen der Obersten und Aeltesten zu Soccoth / und beschribe siben und sibentzig Männer.

15. Und er kam gen Soccoth / und sprach zu ihnen; Sihe / hie ist Zebee / und Salmana / von welchen ihr mir verweißlich aufgerucket habt / und gesagt: Villeicht seynd die Händ Zebee und Salmana schon in deinen Händen / und derwegen forderst du / daß wir den Männern / die müd und krafftloß seynd / Brod geben.

16. Also nahm er die Aelteste der Stadt / und Dörner und Distel auß der Wüst / und zerribe damit die Männer Soccoth / u. zerrisse sie zu Stücken.

17. Auch zerstörete er den Thurn zu Phanuel / und erschlug die Innwohner der Stadt.

18. Und er sprach zu Zebee / und Salmana: Wie waren die Männer gestalt / die ihr zu Thabor getödtet habt? u. sie antworteten: sie waren dir gleich / u. einer unter ihnen war / wie eines Königs Sohn.

19. Und er antwortet ihnen: Es seynd meine Brüder gewesen / meiner Mutter Söhn. So wahr der HErr lebet / hättet ihr sie beym Leben erhalten / so wolte ich euch nit tödten.

20. Und er sprach zu Jether seinem erstgebohrnen Sohn: Mache dich auf / und erwürge sie. Aber er zohe sein Schwerdt nit auß / dan er förchtete sich / weil er noch fast jung war.

21. Da sprachen Zebee und Salmana: Stehe du auf / und greiff uns an: dan nach dem Alter deß Menschen ist auch seine Stärck. Da stund Gedeon

deon auf / und erwürgete Zebee und Salmana: und nahm die Kleinodien / und Spangen hinweg / damit man die Hälß der Königlichen Cameelen pflegte zu zieren.

22. Und alle Männer Israel sprachen zu Gedeon: Herrsche über uns / du / und dein Sohn / und deines Sohns Sohn: dan du hast uns auß der Hand der Madianiter erlöset.

23. Und er sprach zu ihnen: Ich wil nit über euch herrschen / so sol auch mein Sohn über euch nit herrschen: sondern der HErr sol über euch herrschen.

IV. 24. Abermahl sprach er zu ihnen. Eine Bitt begehre ich an euch: Gebet mir von eurem Raub die Ohrring. Dan die Ismaeliter pflegten guldene Ohrring zu tragen.

25. Sie antworteten: Die wollen wir dir gantz gern geben. Und sie breiteten einen Mantel auf die Erd / und wurffen die Ohrring darauf / die sie zur Beut bekommen hatten:

26. Und die Ohrring / die er begehret hatte / machten am Gewicht / tausend und siben hundert Sickel Golds / ohn die Kleinodien und Halsbänd / auch purpuren Kleyder / welche die König der Madianiter pflegten zu tragen / und ohn die guldene Halsbänd der Cameelen.

27. Und Gedeon machte ein Ephod davon / und legte dasselbig in seine Stadt Ephra. Und gantz Israel hurete damit / und es ward dem Gedeon / und seinem gantzen Hauß zum Fall /

28. Aber die Madianiter wurden gedemüthiget vor den Kindern Israel / und kunten hinführo ihr Haubt nit aufrichten: sondern das Land war viertzig Jahr in Ruh / so lang als Gedeon regierete.

V. 29. Und Jerobaal der Sohn Joas gieng hin / und wohnete in seinem Hauß.

30. Und er hatte sibentzig Söhn / welche auß seinen Lenden waren kommen: dieweil er vil Weiber hatte.

31. Aber sein Kebsweib / das er zu Sichem hatte / gebahr ihm auch einen Sohn / mit Namen Abimelech.

32. Und Gedeon der Sohn Joas starb im guten Alter / und ward zu Ephra vom Geschlecht Ezri im Grab seines Vatters Joas begraben.

VI. 33. Nachdem aber Gedeon gestorben war / wurden die Kinder Israel wendig / und hureten mit Baalim: sie richteten auch einen Bund auf mit Baal / daß er ihr GOtt seyn solte:

deon, *h* & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta *i* ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent.

22. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian.

23. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.

IV. 24. Dixitq; ad eos: Unam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueverant.

25. Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentésque super terram pallium, projecerunt in eo inaures de præda:

26. & fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus *k*, & veste purpureâ, quibus reges Madian uti soliti erant, & præter torques aureas camelorum,

27. Fecitq; ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in civitate sua Ephra. Fornicatusque est *l* omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni *m* & omni domui ejus in ruinam *n*.

28. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt ultrà cervices elevare: sed quievit terra *o* per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit.

V. 29. Abiit itaque Jerobaal filius Joas, & habitavit in domo sua:

30. habuítque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore ejus: eò quòd plures haberet uxores.

31. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

32. Mortuusque est Gedeon filius Joas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Joas patris sui in Ephra de familia Ezri.

VI. 33. Postquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israel, & fornicati sunt cum Baalim *p*. Percusseruntq; cum Baal fœdus, ut esset eis in deum:

h *Psal.* 82. 12.
i Hebr. lunulas.
k Chald. coronis.
l i. per idololatriam.
m in posteris ejus.
n in occasionem idololatriæ
o Sive *ad annum quadragesimum, in diebus Gedeonis.* Post ultimam, videlicet *quietem* à Debborâ restitutam, ergo ad annum usque 2769. Ant. Chr. 1245.
p Per annos 10.

34. nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum:

35. nec fecerunt misericordiam cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

CAPUT IX.

I. Abimelech occisis 70. fratribus suis, imperium sibi tyrannice usurpat: 5.
II. Post parabolam Joatham exercitum Gaal devincit, turrim Sichem exurit, & à muliere fragmine molæ opprimitur. 51.

Anno M. 2768. Ant. Chr. 1236.
1. ABiit autem Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domûs patris matris suæ, dicens:

2. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur unus vir? simúlque considerate, quòd os vestrum & caro vestra sum.

3. Locutique sunt fratres matris ejus de eo ad omnes viros Sichem universos sermones istos, & inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est.

4. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberit. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos *a*, secutí-
a 70. & vacuos, q. d. vanos & otiosos.
que eum.
I. 5. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Jerobaal septuaginta *b* viros, super lapidem unum: re-
b i. ferè.
mansítque Joatham filius Jerobaal minimus, & absconditus est.

c Anno M. 2769. Ant. Chr. 1235.
6. Congregati *c* sunt autem omnes viri Sichem, & universæ familiæ urbis Mello: abierúntque & constituerunt regem Abimelech, juxta quercum quæ stabat in Sichem.

7. Quod cùm nuntiatum esset Joatham, ivit, & stetit in vertice montis Garizim: elevatáque voce clamavit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus.

8. Ierunt ligna, ut ungerent super se regem: dixeruntque olivæ: Impera nobis.

9. Quæ respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, quâ & dii

34. Und gedachten nit an den HErrn ihren GOtt, der sie auß den Händen aller ihrer Feinden errettet hatte, welche rings um sie her waren.

35. Sie thäten auch kein Barmhertzigkeit an dem Hauß Jerobaal Gedeon / nach allen Wolthaten / die er dem Jsrael bewisen hatte.

Das IX. Capitel.

I. Abimelech / nachdem er seine 70. Brüder getödtet / bringt die Regierung an sich / 5.
II. Wird in Bestürmung eines Thurns von einem Weib mit einem Stuck vom Mühlstein zu todt geworffen / 51.

1. ABer Abimelech / der Sohn Jerobaal gieng hin gen Sichem zu den Brüdern seiner Mutter / und redete mit ihnen / und mit der gantzen Freundschafft vom Hauß deß Vatters seiner Mutter / und sprach:

2. Saget allen Männern zu Sichem: Was ist euch besser / daß sibentzig Männer / nemlich alle Söhn Jerobaal über euch herrschen / oder daß ein Mann die Herrschafft hab? Bedencket daneben auch / daß ich euer Bein / und euer Fleisch bin.

3. Und seiner Mutter Brüder redeten von ihm alle dise Wort zu allen Männern zu Sichem / und machten ihr Hertz dem Abimelech geneiget / und sprachen: Er ist unser Bruder.

4. Und sie gaben ihm sibentzig Pfund Silbers auß dem Tempel Baalberit: und er warb für sich damit dürfftige Männer / und Landläuffer / die sich zu ihm schlugen.

I. 5. Und er kam gen Ephra in seines Vatters Hauß / und erwürgete seine Brüder / die Söhn Jerobaal / sibentzig Männer auf einem Stein: und Joatham / der jüngste Sohn Jerobaal / blib übrig / und ward verborgen.

6. Da versammleten sich alle Männer von Sichem / und alle Geschlechter der Stadt Mello / und giengen hin / und machten Abimelech zum König / bey dem Eichbaum / der zu Sichem stunde.

7. Da solches dem Joatham kund gethan ward / gieng er hin / und stund auf der Spitz deß Bergs Garizim / und erhub seine Stimm / rieff und sprach: Höret mich ihr Männer von Sichem daß euch GOtt auch höre.

8. Die Bäum giengen hin / einen König über sich zu salben: und sprachen zu dem Oelbaum: Herrsche über uns.

9. Der antwortet: Wie kan ich meine Feist verlassen / deren sich die Götter und Menschen gebrauchen /

brauchen / daß ich herkomme / damit ich unter den Bäumen vorgezogen werde.

10. Und die Bäum sprachen zum Feigenbaum: Komm her / und nimm das Reich an über uns.

11. Der antwortet ihnen: wie kan ich meine Süssigkeit verlassen u. meine sehr liebliche Frücht / und hingehen / daß ich unter den andern Bäumen aufgeworffen werde.

12. Und die Bäum sprachen zum Weinstock: Komm du / und herrsche über uns.

13. Der antwortet ihnen: wie kan ich meinen Wein verlassen / der GOtt und die Menschen frölich macht / daß ich den andern Bäumen vorgezogen werde.

14. Da sprachen alle Bäum zum Dornbusch: Komm du / und herrsche über uns.

15. Der antwortet ihnen: Wo ihr mich ernstlich zum König über euch machet / so kommet / und ruhet unter meinem Schatten: wo aber nit / so gehe ein Feur auß dem Dornbusch herauß / und verzehre die Cederbäum am Libano.

16. Und nun / ists recht und nit übel gethan / daß ihr Abimelech über euch zum König gesetzt habt / und habt ihr wohl gehandlet mit Jerobaal / und mit seinem Hauß / und habt ihm seine Wolthaten widerum vergolten / daß er für euch gestritten /

17. U. seine Seel in Gefahr ergeben hat / damit er euch auß den Händen der Madianiter erlösete:

18. Da ihr hingegen jetzt wider das Hauß meines Vatters aufgestanden seyd / und habt seine Söhn / sibentzig Männer / auf einem Stein getödtet und Abimelech den Sohn seiner Magd über die Innwohner Sichem zum König gemacht / dieweil er euer Bruder ist:

19. Habt ihr dan recht und wohl mit Jerobaal und seinem Hauß gehandlet / so erfreuet euch heutiges Tags über Abimelech / und er erfreue sich über euch.

20. Habt ihr aber unrecht gehandlet / so solle ein Feuer von ihm außgehen / und verzehren die Innwohner Sichem / und die Stadt Mello / auch soll ein Feur von den Männern zu Sichem / und von der Stadt Mello außgehen / und den Abimelech fressen.

21. Als er diß gesagt hatte / flohe er davon und zoge gen Bera und wohnete daselbst auß Forcht vor seinem Bruder Abimelech.

22. Also regierte Abimelech über Israel drey Jahr lang.

23. Und der HErr sandte einen sehr bösen Geist zwischen Abimelech und die Innwohner zu Si-

d utuntur & homines, & venire ut inter *e* ligna promovear? *f*

10. Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe.

11. Quæ respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, & ire ut inter cætera ligna promovear?

12. Locutáque sunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis.

13. Quæ respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum *g* & homines, & inter ligna cætera promoveri?

14. Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum *h*. Veni, & impera super nos.

15. Quæ respondit eis: Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub umbra mea requiescite *i*: si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani.

16. Nunc igitur si rectè & absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, & bene egistis cum Jerobaal, & cum domo ejus, & reddidistis vicem beneficiis ejus, qui pugnavit pro vobis,

17. & animam suam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian,

18. qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios ejus septuaginta viros super unum lapidem, & constituistis regem Abimelech filium ancillæ ejus super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit:

19. si ergò rectè & absque vitio egistis cum Jerobaal, & domo ejus, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis.

20. Sin autem perversè: egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech.

21. Quæ cùm dixisset, fugit, & abiit in Bera: habitavitque ibi ob metum Abimelech fratris sui.

II. 2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio ejus in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erántque ei oves tria millia, & mille capræ: & accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo *c*.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen uxoris ejus Abigail: erátque mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir ejus durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb.

4. Cùm ergo audisset David in deserto quod tonderet Nabal gregem suum,

5. misit decem juvenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad

Saul erhub seine Stimm / und weinete:

18. Und sprach zu David: Du bist gerechter / als ich bin. Dan du hast mir Guts gethan / ich aber hab dir Böses vergolten.

19. Und du hast mir heutiges Tags zu erkennen geben / was Guts du mir gethan hast / wie mich der HErr in deine Hand übergeben hat / und du hast mich nit getödtet.

20. Dan wer ist / der seinen Feind antrifft und ihn auf einem guten Weeg hingehen lasset? Aber der HErr wolle dirs widerum vergelten / was du heut an mir gethan hast.

21. Und nun / dieweil ich weiß daß du ohn Zweifel herrschen wirst / und das Königreich Israel in deiner Hand haben:

22. So schwöre mir bey dem HErrn / daß du meinen Samen nach mir nit vertilgen / u. meinen Namẽ auß meines Vatters Hauß nit hinweg nemẽ wolest

23. Und David schwur dem Saul: Also zoge Saul in sein Hauß: David aber und seine Männer / gaben sich hinauf an sichere Ort.

Das XXV. Capitel.

I. Samuel stirbt / 1.
II. David begehrt durch seine Diener Speiß von Nabal / wird abgewisen / wil darum Nabal mit dem Schwerdt heimsuchen; 2.
III. Abigail kommt David entgegen / und versöhnet ihn / 18.
IV. Nabal von Abigail verständigt / stirbt hierüber; Nach dessen Tod nimmt David die Abigail zum Weib; auch Achinoam / an statt Michol / welche Saul einem andern Mann / übergeben / 36.

1. SAmuel aber starb / und gantz Israel kam zusammen / und sie beweineten ihn / und begruben ihn in seinem Hauß zu Ramatha. Und David machte sich auf / und zohe hinab in die Wüste Pharan.

II. 2. Es war aber ein Mann in der Wüste Maon / und sein Erbschafft war am Carmel: und der Mensch war sehr grosses Vermögens / und er hatte drey tausend Schaaf / und tausend Geissen: und es trug sich zu / daß seine Heerd am Carmel geschoren ward.

3. Aber der Nam desselbigen Manns war Nabal / und seines Weibs Nam war Abigail. Und das Weib war sehr verständig und schön: aber ihr Mann war hart / uud sehr unbescheiden / und boßhafftig. Er war aber vom Geschlecht Caleb.

4. Als nun David in der Wüst hörete / daß Nabal seine Heerd schor /

5. Sandte er zehen Knaben auß / und sprach zu ihnen: Gehet hinauf gen Carmel / und wan ihr

zum Nabal kommet / so sollet ihr ihn fridlich grüssen in meinem Namen /
6. Und sagen : Frid sey mit meinen Brüdern / und mit dir / und Frid sey mit deinem Hauß / und Frid sey mit allem / was du hast.
7. Ich hab gehöret / daß deine Hirten / welche mit uns in der Wüst gewesen seynd / die Schaaf scheeren : wir seynd ihnen niemahl überlästig gewesen : so hat ihnen auch die gantze Zeit / daß sie mit uns auf dem Carmel gewesen seynd / nichts an der Heerd gemangelt :
8. Frage deine Diener darum / die werdens dir sagen. So laß deine Knaben Gnad finden vor deinen Augen : dan wir seynd auf einem guten Tag kommen. Gib deinen Knechten / und deinem Sohn David / was deine Hand findet.
9. Als nun die Knaben Davids dahin kommen waren : redeten sie alle dise Wort zu Nabal / im Namen Davids / und schwigen darnach still.
10. Aber Nabal antwortet den Knaben Davids und sprach : Wer ist David ? und wer ist der Sohn Isai ? heutiges Tags seynd die Knecht hoch gewachsen / die flüchtig werden von ihren Herren.
11. Sol ich darum mein Brod nehmen / u. mein Wasser / und das Fleisch von dem Vieh / daß ich für meine Scheerer geschlachtet hab / u. sol es den Männern geben die ich nit keñe / von wannen sie seynd ?
12. Da kehreten die Knaben Davids zuruck durch ihren Weeg / und als sie widerum zu ihm kamen / erzehleten sie ihm alle Wort / die Nabal geredet hatte.
13. Da sprach David zu seinen Knaben : Ein jeglicher umgürte sein Schwerdt : und sie umgürteten alle ihre Schwerdter / und David umgürtete auch sein Schwerdt : und es folgeten David ungefähr vierhundert Mann : aber zweyhundert bliben beym Troß.
14. Einer aber von den Knaben Nabals zeigete es der Abigail seinem Weib an / und sprach : Sihe / David hat Botten auß der Wüst gesandt / unsern Herrn zu seegnen : und er hat sie unfreundlich abgewisen.
15. Dise Leut seynd uns sehr gut gewesen / und haben uns kein Uberlast gethan : es ist auch die gantze Zeit / daß wir in der Wüst mit ihnen umgangen seynd / niemahl etwas verlohren worden.
16. Sie waren uns Nacht und Tag / wie eine Mauer / alle die Tag / daß wir die Heerd bey ihnen geweidet haben.
17. Derwegen nimm es zu Hertzen / und bedencke wohl / was dir zu thun sey : dan es ist ein Unglück wider deinen Mann / und wider dein Hauß

Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo *d* pacificè.
6. Et dicetis : Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quæcumque habes, sit pax.
7. Audivi quòd tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto : numquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.
8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis : in die enim bona *e* venimus : quodcumque invenerit manus tua *f* da servis tuis, & filio tuo David.
9. Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David : & siluerunt.
10. Respondens autem Nabal pueris David, ait : Quis est David ? & quis est filius Isai ? hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos.
11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio unde sint ?
12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, & reversi venerunt, & nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat.
13. Tunc ait David pueris suis : Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est & David ense suo : & secuti sunt David quasi quadringenti viri : porrò ducenti remanserunt ad sarcinas.
14. Abigail autem uxori Nabal nuntiavit unus de pueris suis, dicens : Ecce David misit nuntios de deserto, ut benedicerent *g* domino nostro : & aversatus est eos.
15. Homines isti, boni satis *h* fuerunt nobis, & non molesti : nec quidquam aliquando periit omni tempore, quo fuimus conversati cum eis in deserto :
16. pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges.
17. Quam ob rem considera, & recogita quid facias : quoniam completa est malitia adversum virum tuum *i*, & adver-

d q. d. ex parte mea.
e i. apta, qua solet hilaritas exerceri,
f i. in promptu fuerit.
g sc. salutarent bene precantes.
h i. valde,
i in ejus perniciem.

versum domum tuam, & ipse est filius Belial *k*, ita ut nemo possit ei loqui.

III. 18. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque arietes coctos *l*, & quinque sata polentæ *m*, & centum ligaturas *n* uvæ passæ *o*, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos:

19. dixítque pueris suis: Præcedite me: ecce, ego post tergum sequar vos: viro autem suo Nabal non indicavit.

20. Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radices montis, David & viri ejus descendebant in occursum ejus: quibus & illa occurrit.

21. & ait David: verè frustrà servavi omnia quæ hujus erant in deserto, & non periit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent usque manè, mingentem ad parietem *p*.

23. Cùm autem vidisset Abigail David, festinavit, & descendit de asino, & procidit coram David super faciem suam, & adoravit super terram,

24. & cecidit ad pedes ejus, & dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis: & audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundùm nomen suum *q* stultus est, & stultitia est cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti.

26. Nunc ergo domine mi, vivit Dominus, & vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & salvavit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum.

27. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequuntur te dominum meum.

28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ, faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem *r*: quia prælia Domini *s*, domine mi, tu præliaris: malitia

k i. improbus.

l Hebr. factos i. paratos.

m i. faris tosti.

n i. fasciculos.

o i. siccæ.

p sc. canem, q. d. nec canibus parcam.

q Nabal in Hebr. stultum significat.

r ut regnū stabile in tua familia maneat.

s *Supr.* 16. 18. & 17. 40.

beschlossen / und er ist ein Sohn Belial / also / daß ihm niemand zureden mag.

III. 18. Da eilete Abigail / und nam zwey hundert Brod / und zween Schlauch Weins / und fünff gekochte Widder / und fünff Schäffel gerösten Gerstenmehls / und hundert Bündlein Rosinen / und zweyhundert Stuck Feigen. Und lude es auf Esel:

19. Und sie sprach zu ihren Knaben: Gehet vor mir hin / sihe / ich wil euch von hinden folgen: aber ihrem Mann Nabal gab sie es nit zu erkennen.

20. Nachdem sie sich nun auf einen Esel gesetzt hatte / und hinab zoge / biß unten an den Berg / kam David / und seine Männer herab ihr entgegen: und sie zoge ihnen auch entgegen.

21. Und David sprach: Fürwahr ich hab alles vergeblich behütet / was disem zukam in der Wüst / und ist von allem / was ihm zugehörte / nichts verlohren worden: und er hat mir Guts mit Bösem vergolten.

22. Diß thue GOtt den Feinden Davids / und das dazu / wo ich von allem / was ihm zukommt / jemand biß an den Morgen überbleiben lasse / auch der an die Wand brunzet.

23. Als nun Abigail den David sahe / eilete sie und stund vom Esel ab / und fiel vor David nider auf ihr Angesicht / und bettete an biß zur Erden

24. Und sie fiel ihm zu Fuß / und sprach: Mein Herr / laß dise Ubelthat an mir seyn: ich bitte / du wollest deine Magd vor deinen Ohren reden lassen: und die Wort deiner Dienerin anhören:

25. Mein HErr / der König setze sein Hertz nit / das bitte ich / wider disen bösen Mann Nabal: dan er ist ein Narr / nach seinem Namen / und die Thorheit ist bey ihm: aber ich / deine Dienerin / hab deine Knaben nit gesehen / mein Herr / die du gesandt hast.

26. Darum nun mein Herr / so wahr der HErr lebet / und so wahr deine Seel lebet / der HERR hat dich aufgehalten / daß du nit zum Blutvergiessen kamest / u. hat dir deine Hand bewahret: u. nun deine Feind / u. die nach dir trachten / daß sie meinem Herrn Böses thun / die sollen werden / wie Nabal.

27. Darum nimm disen Seegen an / den deine Magd dir / meinem HErrn / hergebracht hat / und gib ihn den Knaben / welche dir / meinem HErrn / nachziehen.

28. Nimm hinweg die Ubertrettung deiner Magd / dan der HErr wird gewißlich dir / meinem Herrn / ein getreues Hauß machen: dan du / mein HErr / führest die Krieg deß HErrn: darum laß

alle

alle die Tag deines Lebens keine Boßheit an dir gefunden werden.

29. Dan wan einiger Zeit ein Mensch auffstehen solte/ d' dich verfolgen würde u. dir nach dem Leben trachten/ so wird die Seel meines Herrn gleichwie in einẽ Bündlein d' Lebendigen bey dem HErrn deinẽ GOtt verwahret seyn/ aber die Seel deiner Feindẽ wird geschwind umgeworffen werdẽ/ wie mã ein Schleuder mit Ungestümigkeit rings herũ schleudert

30. Derwegen wan der HErr dir/ meinem HErrn/ nun alles gethan hat/ was er Guts von dir hat geredet/ und hat dich zum Fürsten gemacht über Israel:

31. Alsdan wird dir das nit zum Seufftzen seyn/ und zur Bekümmernuß deß Hertzen/ meinem Herrn/ daß du unschuldiges Blut vergossen/ oder dich selbst gerochen habest: und wan der HErr dir meinem Herrn/ nun Guts gethan/ so wollest du auch an deine Magd gedencken.

32. Da sprach David zu Abigail: Gebenedeyt sey der HErr/ der GOtt Israel/ der dich heutiges Tags mir entgegen gesandt hat: und gebenedeyt sey deine Red:

33. Sey auch du gebenedeyt/ die du mir heutiges Tags gewehret hast/ daß ich nit zum Blut kommen bin/ und mich mit meiner Hand gerochen hab.

34. Sonst/ so wahr der HErr lebet/ der GOtt Israel/ der mich gehindert hat/ daß ich dir nichts böses thäte/ wärest du mir nit bald entgegen kommen/ so wäre dem Nabal biß an den liechten Morgen auch nit überbliben/ der an die Wand bruntzet.

35. Also nam David von ihrer Hand alles an/ was sie ihm gebracht hatte/ und sprach zu ihr: Gehe hin mit Friden in dein Hauß/ sihe ich hab deine Stimm erhöret/ und dein Angesicht geehret.

IV. 36. Abigail aber kam zu Nabal: und sihe/ er hatte ein Gastmahl in seinem Hauß/ wie eines Königs Gastmahl/ und Nabals Hertz war frölich/ dan er war über die Maß truncken: und sie sagte ihm nit ein Wort/ weder klein noch groß/ biß an den Morgen.

37. Aber deß Morgens früh/ da Nabal den Wein verdäuet hatte/ gab ihm sein Weib dise Wort zu erkennen: da erstarb sein Hertz in seinem Leib/ und er ward wie ein Stein.

38. Und nachdem zehen Tag vorüber gangen waren/ schlug der HERR den Nabal/ und er starb.

39. Als nun David hörte/ daß Nabal gestorben war/ sprach er: Gebenedeyt sey der HErr/ der die Sach meiner Schmach von der Hand Nabals gerichtet/ und seinen Diener für dem Bösen bewah-

ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.

29. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium *t* apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur *tt*, quasi in impetu & circulo fundæ.

30. Cùm ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel,

31. non erit tibi hoc in singultum *u*, & in scrupulum cordis *x* domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris: & cùm benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

32. Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum,

33. & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu meâ.

34. Alioquin vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

35. Suscepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacificè in domum tuam, ecce audivi vocem tuam, & honoravi *y* faciem tuam.

IV. 36. Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium regis, & cor Nabal jucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicavit ei verbum pusillum aut grande usque manè *z*.

37. Diluculo autem cùm digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc, & emortuum est cor ejus intrinsecus, & factus est quasi lapis.

38. Cumque pertransissent decem dies, percussit *a* Dominus Nabal, & mortuus est.

39. Quòd cùm audisset David mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui judicavit *b* causam opprobrii *c* mei de manu Nabal, & servum suum custodivit à ma-

t In congregatione eorum, quos Deus protegit & servat.

tt i. agitabitur in quietudine.

u i. causam dolendi.

x Chald. anxietatem.

y Chald. suscepi. 70. reveritus sum.

z i. sequentem diem.

a aliqua plaga.

b sc. vindicans.

c contumeliæ mihi illatæ.

à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Miſit ergo David, & locutus eſt ad Abigail, ut ſumeret eam ſibi in uxorem.

40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicentes: David miſit nos ad te, ut accipiat te ſibi in uxorem.

41. Quæ conſurgens adoravit prona in terram *d*, & ait: Ecce famula tua ſit in ancillam, ut lavet pedes ſervorum domini mei.

d in famulis Davidi reverentiā exhibens.

42. Et feſtinavit, & ſurrexit Abigail, & aſcendit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pediſſequæ ejus, & ſecuta eſt nuntios David: & facta eſt illi uxor.

43. Sed & Achinoam accepit David de Jezraël: & fuit utraque uxor ejus.

44. Saul autem dedit Michol filiam ſuam, uxorem David, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

CAPUT XXVI.

I. David à Ziphæis apud Saul proditur, 1.
II. Haſtam & ſcyphum dormienti Saul abſtulit. 5.
III. Arguit Abner, & ſuam oſtendit innocentiam. 13.
IV. Quod agnoſcens Saul culpam fatetur, & Davidi ſecuritatem pollicetur. 21.

a Supr. 23 19. Eodem anno 2947. Ant. Chr. 1057.

1. ET *a* venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, David abſconditus eſt in colle Hachila, quæ eſt ex adverſo ſolitudinis.

2. Et ſurrexit Saul, & deſcendit in deſertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, ut quæreret David in deſerto Ziph.

3. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Hachila *b*, quæ erat ex adverſo ſolitudinis in via: David autem habitabat in deſerto. Videns autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum,

b i. in colle excelſo; hi. Gabaa non eſt nomen proprium ſed comune.

4. miſit exploratores, & didicit quòd illuc veniſſet certiſſimè.

II. 5. Et ſurrexit David clàm, & venit ad locum ubi erat Saul: cúmque vidiſſet locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ ejus, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum ejus,

ret hat / und hat der HErr dem Nabal ſeine Boßheit auf ſein Haubt vergolten. Und David ſandte hin / und ließ mit Abigail reden/ daß er ſie ihm zum Weib nehme.

40. Und die Knaben David kamen zu der Abigail gen Carmel / und redeten mit ihr / und ſprachen: David hat uns zu dir geſchickt / daß er dich ihm zum Weib nehme.

41. Da ſtund ſie auf / und bettete an / ſich niderbuckend zur Erden / und ſprach: Sihe deine Dienerin ſol eine Magd ſeyn / den Knechten meines HErrn die Füß zu waſchen.

42. Und Abigail eilete/ und machte ſich auf/ ſetzte ſich auf einen Eſel / und fünff junge Mägd/ welche ihre Nachgängerin waren / zogen mit ihr: und ſie folgete den Botten Davids nach/ und ward ſein Weib.

43. Auch nam David die Achinoam von Jezrael / und ſie waren beyd ſeine Weiber.

44. Aber Saul gab Michol ſeine Tochter Davids Weib/ Phalti/ dem Sohn Lais/ der von Gallim war.

Das XXVI. Capitel.

I. David wird abermahl von Ziphitern verrathen/ 1.
II. Uberfallt Saul im Schlaff / nimmt ihm ſein Spieß und Waſſerbecher / wil ſich aber an ihm nit vergreiffen/ 5.
III. Strafft Abners Unachtſamkeit / und erweiſt ſeine Unſchuld/ 13.
IV. Saul bekennet ſeine Schuld / und verſpricht/ David kein Leyd mehr zu thun/ 21.

1. UNd die Ziphiter kamen zu Saul gen Gabaa/ und ſprachen: Sihe / David iſt verborgen auf dem Bühel Hachila/ ſo gegen der Wüſt über gelegen iſt.

2. Da machte ſich Saul auf / und zoge hinab in die Wüſt Ziph und drey tauſend außerleſene Mann von Iſrael zogen mit ihm/ den David in der Wüſt Ziph zu ſuchen.

3. Und Saul lagerte ſich zu Gabaa Hachila / welche gegen der Wüſt über war am Weeg: David aber hielt ſich auf in der Wüſt. Als er nun ſahe / daß Saul ihm nachkam in die Wüſt /

4. Schickte er Kundſchaffter auß/ und vernam daß er gewißlich dahin kommen war.

II. 5. Und David machte ſich heimlich auf/ und kam zu dem Ort/ da Saul war: und nachdem er den Ort angeſehen hatte/ da Saul ſchlieff / und Abner/ der Sohn Ner / ſein Oberhauptmann / und gemercket/ daß Saul im Gezelt lag / und ſchlieff/ und das ander gemeine Volck rings umbher/

6. Da redete David mit Achimelech dem Hethither / und mit Abisai / dem Sohn Saruiá / Joabs Bruder / und sprach: Wer wil mit mir zum Saul ins Lager hinab gehen? Da sprach Abisai / ich wil mit dir hinab gehen.

7. Also kamen David und Abisai in der Nacht zum Volck / und funden Saul im Gezelt ligen/und schlaffen / und sein Spieß steckte an seinem Haubt in der Erd: Abner aber / und das Volck schlieffe rings um ihn her.

8. Und Abisai sprach zum David: Heut hat GOtt deinen Feind in deine Händ geschlossen: so wil ich ihn nun mit dem Spieß durchstechen/ einmal zur Erden hinein / und wird zum andernmahl nit vonnöthen seyn.

9. Da sprach David zu Abisai: Tödte ihn nit: dan wer mag seine Hand an den Gesalbten deß HErrn außstrecken / und unschuldig seyn.

10. Und David sprach ferner: So wahr der HErr lebet/es sey dan/ daß ihn der HErr schlage / oder daß seine Zeit komme zu sterben / oder daß er zum Streit ziehe / und umkomme:

11. So sey mir der HErr gnädig/ daß ich meine Hand über den Gesalbten deß HErrn nit außstrecke: darum nimm den Spieß/ der an seinem Haubt ist, und den Wasserbecher/ und laß uns hinweg gehen.

12. Also nam David den Spieß, und den Wasserbecher / der bey Saul zu Haubten stund / und sie giengen hinweg: und war niemand/ der es sahe/ oder merckte/ oder erwachte / sondern sie schlieffen alle miteinander/ dan der Schlaff deß HErrn hatte sie überfallen.

III. 13. Als nun David hinüber auf die andere Seiten kommen war/ und auf der Spitzen deß Bergs von weitem stund / daß ein grosser Raum zwischen ihnen war:

14. Da rieff David das Volck an / samt dem Abner/ dem Sohn Ner / und sprach: Wird dan Abner nit antworten? und Abner antwortet / und sprach: Wer bist du/ der du schreyest/ und dem König Unruh machest?

15. Und David sprach zu Abner: Bist du nit ein Mann / und wer ist dir sonst gleich in Israel? warum hast du dan deinen Herrn / den König nit verwahret? dan es ist einer vom Hauffen hinein gangen / den König / deinen Herrn/ ums Leben zu bringen.

16. Es ist nit gut / das du gethan hast: so wahr der HErr lebet / ihr seyd Kinder deß Tods / die ihr euren Herrn / den Gesalbten deß HErrn / nit verwahret habt: und nun sihe zu/ wo der Spieß

6. ait David ad Achimelech Hethæum, & Abisai filium Saruiæ *b*, fratrem Joab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum.

7. Venerunt ergo David & Abisai ad populū nocte, & invenerunt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput ejus: Abner autem & populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisai ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terra, semel, & secundò opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?

10. Et dixit David: Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit:

11. propitius sit mihi Dominus *c* ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput ejus, & scyphum aquæ, & abeamus.

12. Tulit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini *d* irruerat super eos.

III. 13. Cumque transisset David ex adverso, & stetisset in vertice montis de longè, & esset grande intervallum inter eos,

14. clamavit David ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: Nónne respondebis Abner? Et respondens Abner ait: Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem?

15. Et ait David ad Abner: Numquid non vir *e* tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti dominum tuum regem? ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem, dominum tuum.

16. Non est bonum hoc, quod fecisti: vivit Dominus, quoniam filii mortis *f* estis vos, qui non custodistis dominum vestrum, Christum Domini. Nunc ergo vide

b sc. Sororis David: nota, u vocalis est, non cōsonans in voce Saruia apud Hebr.

c q.d. avertat.

d i. gravissimus.

e sc. insignis, ironicè.

f i. digni morte.

vide ubi sit hasta regis, & ubi sit scyphus
aquæ, qui erat ad caput ejus.
17. Cognovit autem Saul vocem David, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili
mi David? & ait David: Vox mea,
domine mi rex.
18. Et ait: Quam ob causam dominus
meus persequitur servum suum? Quid
feci? aut quod est malum in manu mea?
19. Nunc ergo audi, oro, domine
mi rex, verba servi tui: Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium *g*; si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini: qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in hereditate Domini *h*, dicentes: Vade, servi diis alienis.
20. Et nunc non effundatur sanguis
meus in terram coram Domino: quia
egressus est rex Israel ut quærat pulicem
unũ, sicut persequitur *i* perdix in montibus.
IV. 21. Et ait Saul: Peccavi, revertere fili
mi David: nequaquam enim ultrà tibi
malefaciam, eò quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim
quòd stultè egerim, & ignoraverim *k* multa nimis.
22. Et respondens David, ait: ecce
hasta regis: transeat unus de pueris regis,
& tollat eam.
23. Dominus autem retribuet unicuique, secundùm justitiam suam & fidem *l*:
tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum
meam in Christum Domini.
24. Et sicut magnificata est anima tua
hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet
me de omni angustia.
25. Ait ergo Saul ad David: Benedictus tu fili mi David: & quidem faciens
facies *m*, & potens poteris *n*. Abiit autem David in viam suam, & Saul reversus est in locum suum.

g q. d. acceptum sit ut sacrificium: imò ultro me offero in victimam eritque volupe, si Deus ita exigat ad aras cultro jugulari.
h i. terra sancta.
i i. persecutionem patitur.
k Hebr. erraverim.
l i. fidelitatem.
m i. perficies, quæ optas.
n sc. prævalebis.

CAPUT XXVII.

I. David apud Achis profugus, urbem Siceleg ab eo obtinet, quæ ex eo facta est in hæreditatem regum Juda, 1.
II. Unde plurimas agens prædas imponit regi Achis. 8.

Sub finem ejusdem anni 2947.

1. ET ait David in corde suo: Aliquando incidam unâ die in manus

deß Königs sey / und wo der Wasserbecher sey / der
an seinem Haubt war.
17. Aber Saul kennte die Stimm Davids / und
sprach: Ist diß nit deine Stimm / mein Sohn
David? und David sprach: Es ist meine Stim /
mein Herr König.
18. Und er sprach: Auß was Ursachen verfolget
mein HErr seinen Knecht? was hab ich doch gethan? oder was Ubels ist in meiner Hand?
19. So bitte ich nun / mein Herr König / höre
die Wort deines Knechts: Im fall der HErr dich
wider mich reitzet / so lasse man ihn ein Opffer riechen: thuns aber Menschenkinder / so müssen sie
verflucht seyn vor dem Angesicht deß HErrn / die
mich heutiges Tags außgestossen haben / daß ich in
dem Erbtheil deß HErrn nit wohnen mag / und sagen: Gehe hin / und diene frembden Göttern.
20. So laß doch nun mein Blut nit auf die
Erd außgossen werden vor dem HErrn: dan der
König Israel ist außgezogen / einen Floh zu suchen /
wie einer einem Rebhun nachjagt auf den Bergen.
IV. 21. Und Saul sprach: Ich hab gesündiget:
Komm wider / mein Sohn David: dan ich wil dir
hinführo keines weegs Böses thun / darum / daß
heutiges Tags meine Seel theuer gewesen ist in deinẽ Augẽ: dã es ist am Tag daß ich unweißlich gehandelt hab. u über die Maaß unwissend gewesen bin.
22. Und David antwortet / und sprach: Sihe /
hie ist der Spieß deß Königs: einer von den Knaben
deß Königs komme herüber / und nehme ihn hinweg.
23. Aber der HErr wird einem jeglichen nach
seiner Gerechtigkeit / und Glauben vergelten: dan
der HErr hat dich heut in meine Hand übergeben /
so hab ich doch meine Hand wider den Gesalbten
deß HErrn nit außstrecken wollen.
24. Und gleichwie disen Tag deine Seel in meinen Augen ist groß geachtet gewesen / also solle meine
Seel groß geachtet werden in den Augen deß
HErrn / und Er errette mich auß allen Aengsten.
25. Und Saul sprach zu David: Geseegnet seyest
du / mein Sohn David: und zwar du wirsts gewißlich thun / wirst mächtig seyn / und vermögend.
David aber gieng seines Weegs: und Saul kehrete auch widerum an seinen Ort.

Das XXVII. Capitel.

I. David wil dem König Saul nit trauen / sondern fliehet wider zum König Achis / welcher ihm die Stadt Siceleg zu bewohnen einraumet / 1.
II. Streifft auf die Amaleciter und umligende Völcker / 8.

1. UNd David sprach in seinem Hertzen: Ich
wird einiges Tags dem Saul einmahl in die
Hånd

Händ fallen: Ists dan nit besser / daß ich fliehe / und im Land der Philisther erhalten werde / damit es Saul verlohren gebe / und aufhöre / in allen Gräntzen Israel mich zu suchen? also werde ich auß seinen Händen entrinnen.

2. Und David machte sich auf / er und die sechshundert Mann mit ihm / und zoge zu Achis / dem Sohn Maoch / dem König zu Geth

3. Und David hielt sich auf bey Achis zu Geth / er selbst / und seine Männer / ein jeglicher mit seinem Hauß / David auch / und seine beyde Weiber / Achinoam / die Jezraelitin / und Abigail / deß Nabals Weib von Carmel.

4 Und es ward dem Saul kund gethan / daß David gen Geth geflohen wäre. Und er suchte ihn hinführo nit mehr.

5. Aber David sprach zu Achis: Hab ich Gnad gefunden in deinen Augen / so laß mir ein Ort einraumen in einer von den Städten diser Landschafft / daß ich daselbst wohne: dan warum sol dein Knecht in der Stadt deß Königs bey dir bleiben?

6. Also gab ihm Achis Siceleg ein an dem Tag. Daher ist Siceleg den Königen Juda zugehörig worden / biß auf den heutigen Tag.

7. Aber die Zahl der Tagen / daß David in der Philisther Land wohnete / war vier Monat.

II. 8. David aber / und seine Männer zogen hinauf / und holeten Raub von Gessuri / und von Gerzi / und von den Amalecitern: dan dise Flecken wurden von Alters im Land bewohnet / wan man gen Sur biß in Egyptenland reiset.

9. Und David schlug das gantze Land / und ließ niemand leben / weder Mann noch Weib: und nam Schaaf / und Rinder / und Esel / und Cameelen / und Kleyder / und kehrete wider / und kam zu Achis.

10. Achis aber sprach zu ihm: Uber wen bist du heut außgefallen? Da antwortete David: Gegen den Mittag Juda / und gegen den Mittag Jerameel / und gegen den Mittag Ceni.

11. Und David ließ weder Mann noch Weib leben / und brachte sie gen Geth nit / dan er sprach: Damit sie nit etwan wider uns reden: Diß thäte David: und dises war bey ihm beschlossen / alle die Tag / so lang er im Land der Philisther wohnete.

12. Darum glaubte Achis dem David / und sprach: Er hat wider sein Volck Israel vil Böses gethan: darum wird er mein Knecht seyn ewiglich.

Saul: nónne melius est ut fugiam, & salver in Terra Philisthinorum, ut desperet Saul, cessétque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus ejus.

2. Et surrexit David, & abiit ipse *a*, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.

3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse & viri ejus; vir & domus ejus: & David, & duæ uxores ejus, Achinoam Jezrahelitis, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

4. Et nuntiatum est Sauli quòd fugisset David in Geth, & non addidit ultrà quærere eum.

5. Dixit autem David ad Achis: Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium regionis hujus, ut habitem ibi: cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum?

6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam causam facta est Siceleg regum Juda, usque in diem hanc.

7. Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philisthinorum, *b* quatuor mensium.

II. 8. Et ascendit David, & viri ejus, & agebant prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitùs *c*, euntibus Sur usque ad Terram Ægypti.

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum & mulierem: tollénsque oves & boves, & asinos, & camelos, & vestes, revertebatur, & veniebat ad Achis.

10. Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat David: Contra meridiem Judæ, & contra meridiem Jerameel, & contra meridiem Ceni.

11. Virum & mulierem non vivificabat *d* David, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquantur adversum nos: Hæc fecit David: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philisthinorum.

12. Credidit ergo Achis David, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi servus sempiternus.

a data fide & potestate habitandi in regno Achis.

b Plurimi vertunt ex Hebr. anni & quatuor mens. *Vide infr.* 29. 3.

c sc. non erant sub ditione Achis.

d i. viventem reliquebat neminem.

CAPUT XXVIII.

I. Philisthæi contra Saul armantur, ad quod bellum David pollicetur fidem Achis. 1.
II. Saul eccisis Magis, Pythonissam consulit, suscitari jubens Samuelem, 5.
III. A quo suam suorúmque proximam mortem discit. 16.

Anno M. 1949. Ant. Chr. 1055.

1. Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua, ut præpararentur ad bellum contra Israel: dixitque Achis ad David: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredièris in castris tu, & viri tui.

2. Dixitq; David ad Achis: Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David: Et ego custodem capitis mei ponam de cunctis diebus.

a Supr. 25. 1. Eccli. 46. 23.

3. *a* Samuel autem mortuus est, planxítque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha urbe sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de terra.

4. Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregavit autem & Saul universum Israel, & venit in Gelboë.

II. 5. Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expavit cor ejus nimis.

6. Consuluítque Dominum, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas.

b Lev. 20. 27. Deut. 18. 11. Actor. 16. 16.

7. Dixítque Saul servis suis: Quærite mihi mulierem habentem *b* pythonem *c*, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum: Est mulier pythonem habens in Endor.

c i. dæmonem familiarem.

8. Mutavit ergo habitum suum: vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Divina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi.

9. Et ait mulier ad eum: Ecce, tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, ut occidar?

d i. per Dominum.

10. Et juravit ei Saul in Domino *d*, dicens: Vivit Dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

11. Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi suscita.

Das XXVIII. Capitel.

I. Die Philisther rüsten sich wider Saul; und David / auff Begehren Achis / ziehet mit ihnen / 1.
II. Saul wird verzagt: weil ihm GOtt nit wil antworten / sucht er Rath bey einer Warsagerin / 5.
III. Vernimmt vom Samuel seinen und seiner Söhnen Tod / und seines Volcks Niderlag / 16.

1. UNd es begab sich in denselben Tagen / daß die Philisther ihre Schaaren versammleten / damit sie sich zum Krieg rüsteten wider Israel. Und Achis sprach zu David: Das solst du jetzt gewißlich wissen / daß du mit mir im Heerlager außziehen solst / du und deine Männer.

2. Da sprach David zu Achis: Jetzt solst du erfahren / was dein Knecht thun wird. Und Achis sprach zu David: Ich wil dich auch zum Hüter meines Haubts setzen alle die Tag.

3. Samuel aber war gestorben / und gantz Israel hat ihn beweinet / und sie hatten ihn zu Ramatha in seiner Stadt begrabẽ u. Saul hatte die Zauberer u. Warsager auß dem Land hinweg geschaffet

4. Und die Philisther versammleten sich / und kamen / und schlugen ihr Lager zu Sunam: Saul aber brachte auch gantz Israel zusammen / und kam gen Gelboe.

II. 5. Da nun Saul das Lager der Philisther ansahe / furchte er sich u. sein Hertz ward überauß verzagt.

6. Und er rathfragte den HErrn / aber er antwortet ihm nit / weder durch Träum noch durch die Priester / noch durch die Propheten.

7. Und Saul sprach zu seinen Knechten: Suchet mir ein Weib / das einen Warsagergeist hat / so wil ich zu ihr gehen / und durch sie fragen. Und seine Knecht sprachen zu ihm: Es ist ein Weib zu Endor / das einen Warsagergeist hat.

8. Da veränderte er seine Kleydung / und zoge andere Kleyder an / und gieng hin / er selbst / und zween Männer mit ihm / und sie kamen zu dem Weib bey der Nacht / und er sprach zu ihr: Weissage mir durch den Warsagergeist / und erwecke mir / den ich dir sagen werde.

9. Und das Weib sprach zu ihm: Sihe / dir ist ja wohl bewust / was Saul gethan hat / und wie er die Zauberer und Warsager auß dem Land vertilget hat: warum stellest du dan meiner Seel nach / das ich getödtet werde?

10. Und Saul schwur ihr bey dem HErrn / und sprach: So wahr der HErr lebet / es sol dir umb diser Sachen willen nichts Böses widerfahren.

11. Und das Weib sprach zu ihm: Wen sol ich dir erwecken? Er sprach: Erwecke mir den Samuel.

12

12. Als aber das Weib den Samuel ſahe/ ſchrie ſie mit lauter Stimm / und ſprach zu dem Saul: Warum haſt du mich betrogen? dan du biſt Saul.

13. U. der König ſprach zu ihr: Förchte dir nit: was haſtu geſehen? u. das Weib ſprach zu Saul: Jch hab Götter geſehen herauf kommen auß der Erden.

14. Und er ſprach zu ihr: Wie iſt ſeine Geſtalt? Sie ſprach: Ein alter Mann kommt herauf / und hat einen Mantel umb. Da verſtund Saul / daß es Samuel war/ und er neigete ſich mit dem Angeſicht biß zur Erden/ und bettete an.

15. Aber Samuel ſprach zum Saul: Warum haſt du mich verunruhiget/ daß ich erwecket würde? Und Saul ſprach: Jch bin ſehr betränget: dan die Philiſther ſtreiten wider mich / und GOtt iſt von mir gewichen/ und hat mich nit wollen erhören/ weder durch die Hand der Propheten / noch durch Träum: darum hab ich dich beruffen / daß du mir anzeigeſt/ was ich thun ſol.

III. 16. Und Samuel ſprach: Was frageſt du mich/ dieweil der HErr von dir abgewichen iſt / und ſich zu deinem Widerwärtigen gewendet hat?

17. Dan der HErr wird dir thun/ wie er durch meine Hand geredet hat/ und wird dein Reich auß deiner Hand reiſſen / und wirds deinem Nächſten / dem David geben.

18. Dieweil du der Stimm deß HErrn nit gehorchet / noch ſeinen grimmigen Zorn wider Amalec ins Werck gerichtet haſt. Darum / was du leydeſt/ das hat dir der HErr heutiges Tags gethan.

19. Auch wird der HErr Jſrael mit dir in der Philiſther Händ übergeben: aber morgen wirſt du und deine Söhn mit mir ſeyn: ſo wird der HErr auch das Lager Jſrael in der Philiſther Händ übergeben.

20. Da fiel Saul plötzlich nider / und lag geſtrecket auf der Erden: dan er erſchrack ab den Worten Samuels/ und es war keine Stärck in ihm/ dan er hatte den gantzen Tag kein Brod geſſen.

21. Und das Weib gieng hinein zu Saul/ (dan er war ſehr erſchrocken) und ſprach zu ihm: Sihe/ deine Magd hat deiner Stimm gehorchet/ und ich hab meine Seel in meine Hand geſetzt: und ich hab deine Wort gehöret / die du zu mir geredet haſt:

22. So höre du nun auch die Stimm deiner Magd / und ich wil dir einen Biſſen Brods vorſetzen / damit du eſſeſt/ und zu Kräfften kommeſt/ und deines Weegs gehen mögeſt.

23. Er aber weigerte ſich / und ſprach: Jch wil nit eſſen. Und ſeine Diener nöthigten ihn / zuletzt hörte er ihre Stimm / und ſtund auf von der

12. Cùm autē vidiſſet mulier Samuelē, exclamavit voce magnâ, & dixit ad Saul: Quare impoſuiſti mihi? Tu es enim Saul.

13. Dixítque ei rex: Noli timere: Quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul: Deos *e* vidi aſcendentes de terra.

14. Dixítq; ei: Qualis eſt forma ejus? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinavit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adoravit.

15. Dixit autem Samuel ad Saul: *f* Quare inquietaſti me ut ſuſcitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis: ſiquidem Philiſthiim pugnant adverſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per ſomnia: vocavi ergo te, ut oſtenderes mihi quid faciam.

III. 16. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cùm Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulum tuum *g*.

17. Faciet enim tibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David:

18. Quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris ejus in Amalec. Idcircò quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

19. Et dabit Dominus etiam Iſrael tecum in manus Philiſthiim: cras autem tu & filii tui mecum eritis *h*: ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthiim.

20. Statímque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem *i* totâ die illâ.

21. Ingreſſa eſt itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valdè) dixítque ad eum: Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meam in manu mea *k*: & audivi ſermones tuos, quos locutus es ad me.

22. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, ut comedens convaleſcas, & poſſis iter agere.

23. Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autem eum ſervi ſui & mulier, & tandem auditâ voce eorum ſur-

e i. Deum, ſeu virum divinum: phraſis eſt Hebraica, qua ponitur numerus pluralis pro ſingulari ad deſignandam perſonæ dignitatem.

f Eccli. 46. 23.

g cui invides & ut hoſtem perſequeris.

h ſc. mortui in altera vita.

i i. cibum.

k in ſummo periculo.

surrexit de terra, & sedit super lectum.

24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem *l* in domo, & festinavit, & occidit eum: tollénsque farinam, miscuit eam, & coxit azyma,

l Chald. pinguem, 70. lactantem.

25. & posuit ante Saul & ante servos ejus. Qui cùm comedissent, surrexerunt, & ambulaverunt per totam noctem illam.

CAPUT XXIX.

I. David cum Philisthæis adversus Israel proficiscens remittitur, quia metuebant principes ne in prælio fieret ipsis adversarius. 1.
II. Redit in terram Philisthiim. 6.

Eodem anno 2949.

1. Congregata sunt ergo Philisthiim universa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Jezrahel.

2. Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus *a*: David autem & viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis.

a i. cum exercitu diviso in centurias & chiliades.

3. Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim. Num ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis *b*, & non inveni in eo quidquam, ex die quâ transfugit ad me, usque ad diem hanc?

b Septuag. jam secundus est annus. *V. Supr.* 27. 8.

4. *c* Irati sunt autem adversus eum principes Philisthiim, & dixerunt ei: Revertatur vir iste, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis adversarius, cùm præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris *d*?

c 1. *Par.* 12. 9.

d ... [illegible] ...ectis.

5. Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & David in decē millibus suis?

II. 6. Vocavit ergo Achis David, & ait ei: Vivit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus *e* mecum est *f* in castris: & non inveni in te quidquam mali, ex die quâ venisti ad me, usq; in diem hanc: sed satrapis non places.

e i. omnis cōversatio. *f* i. placens mihi.

7. Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8. Dixitque David ad Achis: Quid

Erden / und setzte sich auf das Beth.

24. Das Weib aber hatte ein gemästet Kalb im Hauß / und sie eilete / und schlachtete dasselbig: auch nam sie Mehl / und mengte es / und machte ungesäuert Brod.

25. Und sie setzte es dem Saul und seinen Knechten vor. Da sie nun gessen hatten / stunden sie auf / und wandelten die gantze Nacht.

Das XXIX. Capitel.

I. Die Fürsten der Philisther wollen nit zulassen / daß David mit ihnen zu Feld ziehe / 1.
II. Deßwegen er / auß Achis Geheiß / widerum zuruck kehret in der Philisther Land / 6.

1. Also versammleten sich alle Schaaren der Philisther zu Aphec: Israel aber lagerte sich an dem Brunnen / der zu Jezrahel war.

2. Und zwar die Fürsten der Philisther zohen daher mit Hunderten / und mit Tausenden: David aber / und seine Männer waren im letzten Hauffen mit Achis.

3. Und die Fürsten der Philisther sprachen zu Achis: Was sollen dise Hebreer? Und Achis sprach zu den Fürsten der Philisther: Kennet ihr David nit / der dem Saul / dem König in Israel gedienet hat / und ist vil Tag oder Jahr bey mir gewesen / und ich hab von dem Tag an daß er zu mir geflohen ist / biß auf disen Tag / nichts an ihm gefunden.

4. Aber die Fürsten der Philisther wurden auf ihn zornig / und sprachen zu ihm: Laß den Mann widerkehren / und an seinem Ort bleiben / dahin du ihn verordnet hast: und laß ihn nit mit uns zum Streit hinab ziehen: damit er nit unser Widersacher werde / wan wir anfahen zu streiten: wie könte er auch seinen Herrn besser versöhnen / dan mit unsern Häubtern?

5. Ist diser nit der David / dem sie am Reyen sungen / und sprachen: Saul hat seine tausend erschlagen / aber David seine zehen tausend.

II. 6. Derwegen rieff Achis dem David / und sprach zu ihm: So wahr der HErr lebet / so bist du aufrichtig u. gut vor meinem Angesicht: auch ist dein Außgang / und dein Eingang mir wolgefällig im Lager: u. ich hab nichts Böses an dir gefunden / v' dem Tag an / an welchē du zu mir komē bist / biß auf disen heutigen Tag: aber die Fürsten haben kein Gefalē an dir.

7. Derwegen kehre wider um / und ziehe hin im Friden damit du den Fürsten der Philisther nit zum Anstoß seyest in ihren Augen.

8. Und David sprach zu Achis: Was hab ich dan gethan /

gethan/und was hast du an mir/ deinem Knecht gefunden/ von der Zeit an/ daß ich vor deinem Angesicht gewesen bin/ biß auf disen Tag/ daß ich nit kommen sol/ und wider die Feind meines HErrn/ deß Königs streiten.

9. Achis aber antwortet/ und sprach zu David: Ich weiß/ daß du gut bist in meinen Augen/ wie ein Engel GOttes: aber die Fürsten der Philisther haben gesagt: Er sol nit mit uns zum Streit hinauf ziehen.

10. So mache dich nun morgen auf/ du/ und die Knecht deines Herrn/ welche mit dir kommen seynd: stehet bey der Nacht gar früh auf/ und wan es anfahet liecht zu werden/ so ziehet fort.

11. Also stund David bey der Nacht auf/ er selbst und seine Männer/ damit sie am Morgen fortreiseten/ und widerkehreten in das Land der Philisther: aber die Philisther zogen hinauf gen Jezrahel.

Das XXX. Capitel.

I. Die Amaleciter/ im Abwesen Davids/ überfallen/ plündern und verbrennen die Stadt Siceleg/ 1.
II. David jaget/ auß Befehl GOttes/ ihnen nach/ und bringet den gantzen Raub zuruck/ 7.
III. Theilt denselben gleich auß unter sein Kriegs-Volck/ und schickt auch ein Theil davon zu den Aeltesten in Juda 21.

I. 1. Als nun David und seine Männer am dritten Tag gen Siceleg kamen/ hatten die Amaleciter von der Seiten gegen Mittag einen Einfall auf Siceleg gethan/ und hatten Siceleg geschlagen/ und die Stadt mit Feuer verbrannt.

2. Sie hatten auch die Weiber darauß gefänglich hinweg geführet/ vom Kleinesten biß zum Grossen: aber sie hatten niemand getödtet/ sondern sie mit sich geführet/ und zogen also dahin ihres Wegs.

3. Derwegen/ als David und seine Männer zu der Stadt kamen/ und funden/ daß sie mit Feuer verbrandt/ und daß ihre Weiber/ und ihre Söhn/ und ihre Töchter/ gefänglich hinweg geführet waren:

4. Huben David/ und das Volck/ so bey ihm war/ ihre Stimmen auf/ und weineten/ biß sie keine Thränen mehr hatten.

5. Dan es waren auch Davids beyde Weiber/ Achinoam/ die Jezraelitin/ und Abigail/ deß Nabals Weib von Carmel, gefänglich mit hinweg geführet.

6. Und David war überauß betrübet: dan das Volck wolte ihn steinigē/ dieweil eines jeden Mañs Seel bitterlich betrübt war/ über seine Söhn und Töchtern. David aber ward gestärcket im HErrn seinem GOtt.

II. 7. Und er sprach zu Abiathar/ dem Priester/ dem

enim feci, & quid invenisti in me servo tuo, à die quâ fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis?

9. Respondens autem Achis, locutus est ad David: Scio quia bonus es tu in oculis meis, *g* sicut Angelus Dei: sed principes Philisthinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium.

g 2. Reg. 14. 17. & 20. Item 19. 27.

10. Igitur consurge manè tu, & servi domini tui, qui venerunt tecum: & cùm de nocte *h* surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite.

h Hebr. manè Chald. sub aurora.

11. Surrexit itaque de nocte *i* David ipse & viri ejus, ut proficiscerentur manè, & reverterentur ad Terram Philisthiim: Philisthiim autem ascenderunt in Jezrahel.

i diluculò.

Caput XXX.

I. Absente David, Amalecitæ Siceleg incendunt ablatâ prædâ, 1.
II. Quos David persequens occidit, receptâ præda, 7.
III. Quam singulis sociis ex æquo divisit, etiam iis qui ad sarcinas lassi remanserant. 21.

I. 1. Cumque *a* venissent David & viri ejus in Siceleg die tertiâ, Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni.

a 1. Par. 12. 20. Eodem anno 2949.

2. Et captivas duxerant mulieres ex ea, à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo.

3. Cùm ergo venissent David & viri ejus ad civitatem, & invenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captivas,

4. levaverunt David & populus qui erat cum eo voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ *b*.

b 70. robur ad plorandum.

5. Siquidem & duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezrahelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus *c* est David valdè: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat *d* anima uniuscujusque viri super filiis suis, & filiabus: confortatus est autem David in Domino Deo suo.

c Hebr. angustiatus.
d exacerbata.

II. 7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium

lium Achimelech: Applica *e* ad me Ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David,

e i. indue sc. ad consulendum Deum.

8. & consuluit David Dominum dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties *f* prædam.

f i. recuperabis.

9. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt usque ad Torrentem Besor: & lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad David: dederuntque ei panem ut comederet, & biberet aquam,

g i. frustũ.

12. sed & fragmen *g* massæ caricarum, & duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cùm comedisset, reversus est spiritus ejus, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus.

dert tausend streitbahre Mann.
II. 10. Aber das Hertz David rührte ihn/ nachdem
das Volck gezehlet war. Und David sprach zum
HErrn: Ich hab schwerlich in dem gesündiget/ daß
ich diß gethan hab: aber ich bitte O HErr du wollest
die Missethat deines Knechts hinweg nehmen: dan
ich hab überaus thörlich gehandelt.
11. Als nun David am Morgen auffstund/ ge-
schahe deß HErrn Wort zu dem Propheten Gad/
dem Seher Davids und sprach:
12. Gehe hin / und sage dem David an: Diß
spricht der HErr: Unter dreyen Dingen wird dir
die Wahl gegeben: erwähle darauß eins/ welches
dir gefällt/ daß ich dir thue.
13. Da nun Gad zu David kam/verkündigte er
ihm solches / und sprach: Entweder soll dir eine
Theuerung siben Jahr lang über dein Land komen/
oder du solt drey Monat lang fliehen vor deinen
Widerwärtigen *a* / und sie sollen dich verfolgen/
oder aber Pestilentz soll drey Tag in deinem Land
seyn. So bedencke nun/u. sihe/was ich für ein Wort
dem zur Antwort sagen soll der mich gesandt hat.
14. David aber sprach zu Gad: Ich werde sehr
hart beängstiget: gleichwol ists besser/daß ich in die
Händ deß HErrn falle (dan seine Barmhertzigkeit
ist groß) als in die Händ der Menschen.
15. Und der HErr schickte eine Pestilentz in Is-
rael / vom Morgen an / bis auf die be-
stimmte Zeit / und es sturben vom Volck /
von Dan bis gen Bersabee / sibentzigtausend
Mann.
16. Und als der Engel deß HErrn seine Hand
über Jerusalem außstreckte/ daß er sie verderbte/
erbarmete sich der HERR über das Elend / und
sprach zu dem Engel/ der das Volck schlug: es ist
genug: halte deine Hand nun ein. Aber der Engel
deß HErrn war bey der Tenn Areuna deß Jebusi-
ters.
III. 17. Und David sprach zum HErrn/ da er den

a **Feinden.**

in Dan sylvestria. Circumeuntésque jux-
ta Sidonem ,
7. transierunt prope mœnia Tyri, & om-
nem terram Hevæi & Chananæi, vene-
rúntque ad meridiem Juda in Bersabee:
8. & lustratâ universâ terrâ, affuerunt
post novem menses & viginti dies in Jeru-
salem.
9. Dedit ergo Joab numerum descrip-
tionis populi regi, & inventa sunt de Isra-
el octingenta millia *d* virorum fortium,
qui educerent gladium: & de Juda quin-
genta millia pugnatorum.
II. 10. Percussit autem cor *e* David eum,
postquam numeratus est populus: & dixit
David ad Dominum : Peccavi valde in
hoc facto : sed precor Domine, ut trans-
feras iniquitatem servi tui, quia stultè egi
nimis.
11. Surrexit itaque David manè, & ser-
mo Domini factus est ad Gad prophetam
& Videntem David, dicens:
12. Vade, & loquere ad David: Hæc
dicit Dominus: Trium tibi datur optio, eli-
ge unum quod volueris ex his, ut faciam
tibi.
13. Cúmque venisset Gad ad David,
nuntiavit ei dicens: Aut septem annis *f* ve-
niet tibi fames in terra tua: aut tribus men-
sibus fugies adversarios tuos, & illi te per-
sequentur: aut certè tribus diebus erit pes-
tilentia in terra tua. Nunc ergo delibe-
ra, & vide quem respondeam ei, qui me
misit, sermonem.
14. Dixit autem David ad Gad: Coar-
ctor nimis: *g* sed melius est ut incidam in
manus Domini (multæ enim misericor-
diæ ejus sunt) quàm in manus hominum.
15. *h* ImmisítqueDominus pestilentiam
in Israel, de manè usque ad tempus consti-
tutum *i*, & mortui sunt ex populo, à Dan
usque ad Bersabee, septuaginta millia vi-
rorum.
16. Cúmque extendisset manum suam
Angelus Domini super Jerusalem ut dis-
perderet eam, misertus est Dominus super
afflictione, & ait angelo percutienti po-
pulum: Sufficit: nunc contine manum
tuam. Erat autem Angelus Domini jux-
ta aream *k* Areüna Jebusæi.
III. 17. Dixitque David ad Dominum,

d 1. *Par.* 21. 5. Major est numerus, hic refertur minor, quem Joab regi dixit, ne sc. nimiùm superbiret. *Sà.*

e 1. *Reg.* 24. 6.

f aut tribus, ut dicitur 1. *Par.* 21. 13. quia propheta continuò pœnam famis ad triennium contraxit propter Davidis honorem & pœnitentiam.

g *Dan.* 13. 23.

h. PRO VITANDA MORTALIT. EPIST.

i sc. holocausto vespertino *k* sc. in monte Moria, ubi Isaac immolatus, & posteà templum ædificatum est 2. *Par.* 3. 1.

vidisset Angelum cædentem populum: Ego sum qui peccavi, ego inique egi: isti qui oves *l* sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.

l i. innocentes ut oves

18. Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare Domino in area Areüna Jebusæi.

19. Et ascendit David juxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus.

20. Conspiciensque Areüna, animadvertit regem & servos ejus transire ad se:

21. & egressus adoravit regem prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est ut veniat dominus meus rex ad servum suum? Cui David ait: Ut emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo.

22. Et ait Areüna ad David: Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei: habes boves in holocaustum, & plaustrum & juga boum in usum lignorum.

23. Omnia dedit Areüna rex *m* regi: dixitque Areüna ad regem: Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum.

m tributarius Davidis.

24. Cui respondens rex, ait: Nequaquam ut vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo David aream *n*, & boves, argenti siclis quinquaginta:

n Supplendum ex 1. Paralip. 21. 25. *Sexcentis Siclis justissimi ponderis*: ita ut quinquaginti sicli sint tantum pro bobus.

25. & ædificavit ibi David altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

Engel sahe/ der das Volck schluge: Ich bins/ der ich gesündiget hab/ ich hab unrecht gehandelt: was haben aber dise gethan/ die Schaaf seynd? ich bitte/ laß deine Hand sich wider mich wenden / und wider das Hauß meines Vatters.

18. Und Gad kam zu David an demselbigen Tag/ und sprach zu ihm: Gehe hinauf / und baue dem HErrn einen Altar auf der Tenn Areuna/ deß Jebusiters.

19. Und David gieng hinauf nach dem Wort Gad/ das ihm der HErr befohlen hatte.

20. Und da sich Areuna umsahe/ ward er gewar/ daß der König und seine Knecht zu ihm hinüber kamen:

21. Und er gieng heraus/ u. bettete den König an mit geneigtem Angesicht zur Erden u. sprach: was ist die Ursach/ daß mein Herr der König zu seinē Knecht kom̃t? u. David sprach zu ihm: daß ich die Tenn von dir kauffe/ u. dem HErrn einē Altar baue/ damit das Sterben aufhöre / das unter dem Volck wütet.

22. Und Areuna sprach zu David: mein Herr der König nehme sie nur hin / und thue ein Opffer nach seinem Wolgefallen: da hast du die Ochsen zum Brandopffer/ auch die Wagen/ und die Joch der Ochsen / für Holtz zubrauchen.

23. Das alles gab der König Areuna dem König: auch sprach Areuna zum König: der HErr dein GOtt nehme dein Gelübd an.

24. Der König antwortet und sprach zu ihm: mit nichten/ wie du wilst / sonder ich will es um seinen Werth von dir kauffen / und will dem HErrn meinem GOtt kein Brandopffer von dem thun / das ich umsonst hab. Also kauffte David die Tenn samt den Rindern um fünfftzig Sickel Silbers.

25. Und David bauete daselbst dem HErrn einen Altar/ und opfferte Brandopffer und Fridopffer: und der HErr war dem Land gnädig/ und die Plag ward von Israel zuruck gehalten. b

b hingenommen.

Das

Das dritte Buch der Königen.
Nach den Hebräeren das erste Buch Malachim.
Das I. Capitel.

I. Abisag/die Sunamitin/ pfleget deß alten Davids/und wärmet ihne/ ohne daß sie von ihm fleischlich erkant wird/ 1.
II. Adonias/ der ältiste Sohn Davids/ tringt sich ohn Vorwissen deß Vatters/ in die Regierung/ 5.
III. Aber als Bethsabee erhalten/ daß Salomon gesalbt worden / fliehet Adonias: Dem Salomon Sicherheit verspricht/ 11.

UNd der König David war nun alt worden / und hatte vil Tag erlebt : und wan man ihn mit Kleydern bedeckte / so ward er doch nit erwärmet.

2. Derwegen sprachen seine Knecht zu ihm: Lasset uns für unsern Herrn den König ein junges Jungfräulein suchen / die vor dem König stehe / und seiner pflege / die auch schlaffe in seiner Schoß / und unsern Herrn dem König erwärme.

3. Also suchten sie ein schönes Mägdlein in allen Gräntzen Israel / und funden Abisag / die Sunamitin / und führeten sie zum König.

4. Das Mägdlein aber war überauß schön/ und schlieff bey dem König / und dienete ihm / aber der König erkennte sie nit.

II. 5. Adonias aber der Sohn Haggith erhube sich / und sprach: Ich will regieren. Und er machte ihm Wagen / und Reuter / und fünfftzig Männer/ die vor ihm herlauffen solten.

6. Und sein Vatter hatte ihn niemahl gestraffet/ und gesagt: Warum hast du das gethan? er war aber auch sehr schön von Gestalt / der Ander gebohrne nach Absalom.

7. und er hatte seinen Rath mit Joab / dem Sohn Saruiä / und mit Aiathar / dem Priester / welcher auf deß Adoniä Seiten waren.

8. Aber Sadoc/ der Priester/ und Banaias / der Sohn Joiadä/ und Nathan der Prophet und Semei/ und Rei/ und die tapfferste deß Heers Davids/ hielten es nit mit Adonia.

9. Und als Adonias Widder / und Kälber/ und allerhand fette Thier/ bey dem Stein Zoheleth opfferte/ der nahe bey dem Brunn Rogel war/ lude er

LIBER REGUM TERTIUS,
SECUNDUM HEBRÆOS PRIMUS MALACHIM.
CAPUT I.

I. David Senio confectus à Puella Abisag Casta manente fovetur, 1.
II. Adoniâ regnum occupante 5.
III. Bethsabee directa consilio Nathan impetrat ungi Salomonem in regem, quô auditô fugit Adonias. 11.

ET rex David senuerat, habebátque ætatis plurimos dies: *a* cumque operiretur vestibus, non calefiebat.

2. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foveat eum, dormiátque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem.

3. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & invenerunt Abisag *b* Sunamitidem *c*, & adduxerunt eam ad regem.

4. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebátque *d* cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognovit eam.

II. 5. Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Fecítque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui currerent ante eum.

6. Nec corripuit *e* eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom.

7. Et sermo ei cum Joab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adjuvabant partes Adoniæ.

8. Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Joiadæ, & Nathan propheta, & Semei & Rei, & robur exercitûs David non erat cum Adonia.

9. Immolatis *f* ergo Adonias arietibus & vitulis, & universis pinguibus, juxta Lapidem Zoheleth, qui erat vicinus Fonti Ro-

a Ann. M. 2989. Ant. Chr. 1015. Ætatis David 70. Salomonis 18.
b mysticè per Abisag intelligitur Sapientia, quæ senectutem recreat & fovet *S. Hieronym.*
c ex urbe Sunem tribûs Issachar. v. 4. *Reg.* 4.
d 70. fovebat.
e sc. nimis indulgens, nempe sunt & Sancti interdum negligétes, sic & suprà causam Miphiboseth. negligenter judicavit 2. *Reg.* 19. v. 26. *vide &* 1. *Reg.* 2. 29. 2. *Reg.* 13. 21. *ibid.* 15. 1.
f non per se ipsum sed sacerdotum ministerio.

Rogel, vocavit universos fratres suos filios regis, & omnes viros Juda servos regis

10. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosque, & Salomonem fratrem suum, non vocavit.

III. 11. Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis: Num audisti, quòd regnaverit Adonias filius Haggith; & dominus noster David hoc ignorat?

12. Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salva animam tuam, filiique tui Salomonis.

13. Vade, & ingredere ad regem David, & dic ei: Nónne tu, domine mi rex jurasti mihi ancillæ tuæ, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias?

14. Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & complebo *g* sermones tuos.

g confirmabo.

15. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei.

16. Inclinavit se Bethsabee, & adoravit regem. Ad quam rex: Quid tibi, inquit, vis?

17. Quæ respondens, ait: Domine mi, tu jurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo.

18. Et ecce nunc Adonias regnat, te, domine mi rex, ignorante.

19. Mactavit boves, & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocavit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Joab principem militiæ: Salomonem autem servum tuum non vocavit.

20. Verumtamen domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, ut indices eis, quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te.

21. Eritque cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores *h*.

h miseri, rejecti, imò morti traditi.

22. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit.

23. Et nuntiaverunt regi dicentes: Adest Nathan Propheta. Cumque introisset in conspectu regis, & adorasset eum pronus in terram,

alle seine Brüder / die Söhn deß Königs / und alle Männer Juda / deß Königs Knecht.

10. Aber Nathan / den Propheten / und Banaiam / und alle die Helden / und Salomon seinen Bruder / lude er nit.

III. 11. Derwegen sprach Nathan zu Bethsabee / deß Salomons Mutter: Hast du nit gehöret. Daß Adonias / der Sohn Haggith / sich der Regierung unternommen hat / und unser Herr David weist nichts darum.

12. So komm nun / und nimm Rath von mir / und errette deine Seel / und deines Sohns Salomons.

13. Gehe hin / und trette zum König David hinein / und sprich zu ihm: Hast du deiner Magd nit geschworen / mein Herr König / und gesagt: Salomon / dein Sohn / sol nach mir regieren / und er sol auf meinem Thron sitzen? warum regieret dan Adonias?

41. Und immittelst / weil du noch allda mit dem König redest / so wil ich nach dir kommen / und deine Red außführen.

15. Also gieng Bethsabee zum König in die Kammer hinein: aber der König war sehr alt / und Abisag / die Sunamitin dienete ihm.

16. Und Bethsabee neigete sich / und bettete den König an. Der König sprach zu ihr: Was wilt dir?

17. Sie antwortete / und sprach: Mein Herr / du hast deiner Dienerin bey dem HErrn deinem GOtt geschworen: Salomon dein Sohn sol nach mir regieren / und er sol auf meinem Thron sitzen.

18. Und sihe / nun regieret Adonias ohn dein Wissen / mein Herr König.

19. Er hat Ochsen geschlachtet / und allerhand Mastvieh / und sehr vil Widder / und hat deß Königs Söhn alle miteinander geladen / auch den Priester Abiathar u. Joab den Oberstē über das Kriegsheer: aber deinē Knecht Salomon hat er nit geladē.

20. Jedoch mein Herr König die Augen des gantzen Israel sehen auf dich / daß du ihnē anzeigest / wer nach dir / mein Herr König / auf deinem Thron sitzen sol.

21. Wan aber mein Herr der König mit seinen Vättern schlaffen wird / alsdan werden wir / ich und mein Sohn Salomon Sünder seyn.

22. Als sie noch mit dem König redete / kam der Prophet Nathan.

23. Und sie zeigeten dem König an / und sprachen: Der Prophet Nathan ist da. Nachdem er nun hinein kommen war vor deß Königs Angesicht / und ihn angebettet hatte / nidergebucket zur Erden:

24.

24. Sprach Nathan: Mein HErr König/ hast du gesagt/ Adonias sol nach mir regieren/ und er sol auf meinem Thron sitzen?

25. Dan er ist heut hinab gezogen/ und hat Ochsen/ und Mastvieh/ und sehr vil Widder geopffert/ er hat auch alle Söhn deß Königs geladen/ und die Oberste über das Heer/ auch den Priester Abiathar: und sie essen und trincken vor ihm/ und sagen: Der König Adonias lebe:

26. Aber mich/ deinen Knecht/ und Sadoc/ den Priester/ und Banaja den Sohn Joiadá und deinen Knecht Salomon hat er nit geladen.

27. Ist diß Wort von meinem Herrn dem König außgangen und du hasts mir/ deinem Knecht/ nit kund gethan/ wer auf dem Thron meines Herrn deß Königs nach ihm sitzen sol?

28. Und der König David antwortete/ und sprach: Fordert die Bethsabee zu mir. Da sie nun zum König hinein kommen war/ und vor ihm stund.

29. Schwur der König und sprach: So wahr der HErr lebet/ der meine Seel auß aller Angst erlöset hat/

30 Wie ich dir geschworen hab bey dem HErrn dem GOtt Israel/ und gesagt: Salomon dein Sohn sol nach mir regieren/ und er sol für mich auf meinem Thron sitzen: also wil ichs heutiges Tags ins Werck richten.

31. Und Bethsabee neigete ihr Angesicht zur Erden/ und bettete den König an/ und sprach: mein Herr David sol in Ewigkeit leben

32. Und der König David sprach weiter: Ruffet mir Sadoc den Priester/ und den Propheten Nathan und Banaia/ den Sohn Joiadá. Da dise nun vor den König hinein kommen waren/

33. Sprach er zu ihnen: Nehmet mit euch die Knecht eures Herrn/ und setzet meinen Sohn Salomon auf meine Mauleslin/ und führet ihn gen Gihon.

34. Daselbst sol ihn Sadoc/ der Priester/ und Nathan/ der Prophet/ salben zum König über Israel: und ihr sollet die Posaun blasen/ und sagen: Salomon der König lebe.

35. Ihr sollet auch hinter ihm herauf gehen/ und er sol kommen/ und sich auf meinen Thron setzen und er sol an meiner statt regieren: und ich wil ihm befehlen/ daß er ein Fürst seyn sol über Israel/ und über Juda.

36. Und Banaias/ der Sohn Joiadá/ antwortete dem König/ u. sprach: Amen: Also rede GOtt der HErr meines Herrn deß Königs.

37. Gleichwie der HErr mit meinem Herrn dem

24. dixit Nathan: Domine mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum?

25. Quia descendit hodie, & immolavit boves, & pinguia, & arietes plurimos, & vocavit universos filios regis, & principes exercitûs, Abiathar quoque sacerdotem: illisq; vescentibus, & bibentibus coram eo, & dicentibus: Vivat rex Adonias:

26. Me servum tuum, & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Joiadæ, & Salomonē famulum tuum, non vocavit *i*.

27. Numquid à domino meo rege exivit hoc verbum, & mihi non indicasti servo tuo, quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum?

28. Et respondit rex David, dicens: Vocate ad me Bethsabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum,

29. juravit rex, & ait: Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

30. quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israel, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me: sic faciam hodie.

31. Summissoque Bethsabee in terram vultu, adoravit regem, dicens: Vivat dominus meus David in æternum.

32. Dixit quoque rex David: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Joiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram rege,

33. dixit ad eos: Tollite vobiscum servos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam *k*: & ducite eum in Gihon *l*.

34. Et ungat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta, in regem super Israel: & canetis buccinâ, atque dicetis: Vivat rex Salomon.

35. Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam ut sit dux super Israel, & super Judam.

36. Et respondit Banaias filius Joiadæ, regi dicens: Amen *m*: sic loquatur *n* Dominus Deus domini mei regis.

37. Quomodo fuit Dominus cum domino

i quæ signa sunt conspirationis.

k id nisi regi non licebat.

l fontem, aliàs Siloë, hic oppositus fonti Rogel perenes habet aquas, quas Ezechias posteà in urbem induxit. 2. *Par.* 32. *v.* 30.

m Fiat sicut rex jubet.

n Deus ratum habeat & confirmet.

mino meo rege, ſic ſit cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium ejus à ſolio domini mei regis David.

38. Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Joiadæ, & Cerethi, & Phelethi: & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis David, & adduxerunt eum in Gihon.

39. Sumpſitque Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem o: & cecinerunt buccinâ, & dixit omnis populus: Vivat rex Salomon.

o ſc. oleo unctionis.

40. Et aſcendit univerſa multitudo poſt eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & inſonuit p terra à clamore eorum.

p Chald. tremebat.

41. Audivit autem Adonias, & omnes qui invitati fuerant ab eo, jámque convivium finitum erat: ſed & Joab, auditâ voce tubæ, ait: Quid ſibi vult clamor civitatis tumultuantis?

42. Adhuc illo loquente, Jonathas filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis q es, & bona nuntians.

q Chald. timens peccata.

43. Reſpondítque Jonathas Adoniæ: Nequaquam: Dominus enim noſter rex David regem conſtituit Salomonem:

44. Miſítque cum eo Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Joiadæ, & Cerethi & Phelethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam regis.

45. Unxeruntque eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & aſcenderunt inde lætantes, & inſonuit civitas: hæc eſt vox, quam audiſtis.

46. Sed & Salomon ſedet ſuper ſolium regni.

47. Et ingreſſi ſervi regis benedixerunt domino noſtro regi David, dicentes: Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronum ejus ſuper thronum tuum. Et adoravit r rex in lectulo ſuo:

r ſc. Deum gratias agens.

48. & locutus eſt: Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis.

49. Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia, & ivit unusquiſque in viam ſuam.

König geweſen iſt / alſo ſey er auch mit Salomon / und erhebe ſeinen Thron / daß er höher ſey/dan der Thron meines Herrn deß Königs Davids.

38. Alſo giengen hinab Sadoc der Prieſter/und Nathan der Prophet / und Banaias / der Sohn Joiadä/ auch die Cerethi und Phelethi / und ſie ſetzten Salomon auf deß Königs Davids Mauleßlin/ und führeten ihn gen Gihon.

39. Und Sadoc der Prieſter nahm ein Horn mit Oel auß dem Tabernackel / und ſalbete Salomon: und ſie blieſen die Poſaunen/und alles Volck ſagte: Salomon der König lebe.

40. Und die gantze Mäng kam herauf hinter ihm her / und das Volck ſpilete auf Pfeiffen / und ſie erfreueten ſich mit groſſem Frolocken/ und die Erd erſchallete von ihrem Geſchrey.

41. Das hörete aber Adonias/ und alle / die von ihm geladen waren/und die Mahlzeit war ſchon geendiget: da nun Joab den Schall der Poſaunen hörete / ſprach er: Was bedeutet das Geſchrey der Stadt / und das Getümmel?

42. Und als er noch redete / kam Jonathas/ der Sohn Abiathar/deß Prieſters:und Adonias ſprach zu ihm: komm herein / dan du biſt ein tapffer Mann/ und wirſt gute Bottſchafft bringen.

43. Und Jonathas antwortet dem Adonia. Mit nichten: dan unſer Herr / der König David / hat Salomon zum König gemacht:

44. Er hat auch Sadoc den Prieſter mit ihm geſchickt / und den Propheten Nathan / und Banaia / den Sohn Joiadä / und die Cerethi und Phelethi / und ſie haben ihn auf deß Königs Mauleſelin geſetzt.

45. So haben ihn auch Sadoc der Prieſter / und Nathan der Prophet zum König geſalbet zu Gihon: von dannen ſeynd ſie mit Freuden herauf gezogen/und die Stadt erſchallet davon: diß iſt das Geſchrey / daß ihr gehöret habt.

46. So ſitzt auch Salomon auf dem Thron deß Königreichs.

47. Und die Knecht deß Königs ſeynd hinein gangen/u haben unſern Herrn den König David geſegnet/u geſagt: GOtt wolle deß Salomons Namen weiter außbreiten / dan deinen Namen / und ſeinen Thron gröſſer machen/dan deinen Thron: auch hat der König auf ſeinem Bettlein angebettet/

48. und geſagt: Gebenedeyet ſey der HErr / der GOtt Iſrael/der heutiges Tags einen gegeben hat/ der auf meinem Thron ſitzt daß meine Augen ſehen.

49. Da erſchracken ſie und machten ſich alle auf/ die von Adonia geladen waren / und ein jeglicher gieng ſeines Weegs.

50.

50. Adonias aber furchte sich für dem Salomon/ und machte sich auf/ und gieng hin/ und hielt das Horn deß Altars.

51. Und sie zeigetens Salomon an/ und sprachen: Sihe/ Adonias förchtet sich für dem König Salomon/ und hat das Horn deß Altars gefasset/ und spricht: Der König Salomon schwöre mir heut/ daß er seinen Knecht mit dem Schwerdt nit tödten wolle.

52. Und Salomon sprach: Wird er ein guter Mann seyn/ so sol auch nit ein eintziges von seinen Haaren auf die Erd fallen: wird aber böses an ihm gefunden/ so sol er sterben.

53. Also schickte der König Salomon hin/ und ließ ihn vom Altar herauß führen: und er kam hinein/ und bettete den König Salomon an/ und Salomon sprach zu ihm: Gehe hin in dein Hauß.

Das II. Capitel.

I. Nach unterschidlich dem Salomon hinterlassenen Befelchen stirbt David/ 1.
II. Weil Adonias die Abisag zur Ehe begehret/ wird er vom Salomon getödtet/ 13.
III. Abiathar wird vom Priesterthum entsetzt/ 26. Joab beym Altar erwürgt/ 28. und Semei/ weil er wider deß Königs Gebott auß Jerusalem gangen/ 36.

1. Es kamen aber die Tag herbey/ daß David sterben solte: und er gab Salomon seinem Sohn Befehl/ und sprach:

2. Ich gehe hin den Weeg aller Welt: so stärcke dich nun/ und sey ein Mann.

3. Und hab acht auf die Hut deß HErrn deines GOttes/ daß du auf seinen Weegen wandelst/ auch seine Ceremonien/ und seine Gebott/ und die Gericht und Zeugnuß haltest/ wie im Gesatz Moysis geschriben stehet: damit du verstehen mögest alles/ was du thust/ und wohin du dich wenden wirst:

4. Auf daß der HErr seine Wort bestättige die er von mir geredet hat/ und gesagt: Werden deine Kinder ihre Weeg bewahren/ und in der Warheit von ihrem gantzen Hertzen/ und von ihrer gantzen Seel vor mir wandlen/ so sol von dir nimmer ein Mann gebrechen auf dem Thron Israel.

5. Auch ist dir wohl bewust/ was mir Joab der Sohn Saruiä/ gethan hat/ was er auch den beyden Haubtleuthen deß Heers Israel gethan hat/ dem Abner/ dem Sohn Ner/ und Amasa/ dem Sohn Jether: die er ums Leben gebracht hat/ u. hat Kriegsblut im Fridẽ vergossen/ u. Blut deß Streits an seine Gürtel gesprenget/ so um seine Lenden war/ u. an seine Schuh/ die an seinen Füssen waren.

6. Derwegen solst du nach deiner Weißheit

50. Adonias autem timens Salomonem, surrexit, & abiit, tenuitque cornu altaris *s*.

51. Et nuntiaverunt Salomoni, dicentes: Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens: Juret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat servum suum gladio.

52. Dixitque Salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram: sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.

53. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingressus adoravit regẽ Salomonem: dixitque ei Salomon: Vade in domum tuam.

s sc. quod David extruxerat, nam Mosis adhuc erat in Gabaon.

Caput II.

I. David datis Salomoni variis præceptis moritur. 1.
II. Adonias petens Abisag in uxorem, occidi à Salomone jubetur: 13.
III. Abiathar sacerdotio privatur, & Joab interficitur; Semei quoque, quia contra præscriptum egressus est Jerusalem. 26.

1. APpropinquaverunt autem dies David ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo dicens:

2. Ego ingredior viam universæ terræ *a*: confortare, & esto vir.

3. Et observa custodias *b* Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias cæremonias ejus, & præcepta ejus, & judicia, & testimonia, *c* sicut scriptum est in lege Moysi: ut intelligas *d* universa quæ facis, & quocumque te verteris:

4. ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias suas *e*, & ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5. Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus exercitûs Israel, *f* Abner filio Ner, & *g* Amasæ filio Jether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælii in balteo suo, qui erat circa lumbos ejus, & in calceamento suo, quod erat in pedibus ejus.

6. Facies ergo juxta sapientiam tuam, &

Anno M. 2990. Ant. Chr. 1014. Ætatis Salomonis 19.
a i. incolarum terræ.
b Mandata, quæ Deus jussit custodiri.
c Deut. 17. 19.
d Hebr. prudenter agas.
e i. mores.
f 2. Reg. 3. 27.
g 2. Reg. 20. 10.

h i. impunè.

& non deduces canitiem ejus pacificè *h* ad inferos.

i 2. Reg. 19. 31.

7. Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua: *i* occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom fratris tui.

k 2. Reg. 16. 5. & 19. 19.

8. *k* Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ, quando ibam ad Castra: sed quia descendit mihi in occursum cùm transirem Jordanem, & juravi ei per Dominum, dicens: Non te interficiam gladio:

l impunitum.

m i. cæde.

9. Tu noli pati eum esse innoxium *l* Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies ei, deducésque canos ejus cum sanguine *m* ad inferos.

n Act. 2. 29.

o Natus annos 70. cum dimidio, ut ex 2. Reg 5. v. 4. & 5. datur intelligi.

p 1. Par. 29. 27.

q Vide supra 2. Reg. 5. v. 4. & 5.

10. *n* Dormivit igitur David cum patrib⁹ suis *o*, & sepultus est in civitate David.

11. *p* Dies autem quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt *q*: in Hebron regnavit septem annis: in Jerusalem, triginta tribus.

12. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, & firmatum est regnum ejus nimis.

II. 13. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificúsne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus.

14. Addiditque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille:

15. Tu, inquit, nosti, quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim constitutum est ei.

r i. ne pudefacias negando.

16. Nunc ergo petitionem unam precor à te; ne confundas *r* faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere.

17. Et ille ait: Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem.

18. Et ait Bethsabee: Bene, ego loquar pro te regi.

19. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum ejus, adoravítque eam, & sedit super thronum

---

handeln/und solst seine graue Haar nit fridlich hinunter zur Höll bringen.

7. Auch solst du den Söhnen Berzellai/deß Galaaditers / widerum Gnad erzeigen / und sie sollen an deinem Tisch essen: dan sie seynd mir entgegen kommen/ da ich vor dem Angesicht deines Bruders Absaloms flüchtig war.

8. So hast du auch den Semei bey dir / den Sohn Gera / deß Sohns Jemini/ von Bahurim/ der mir fluchte mit einem sehr schändlichen Fluch / da ich zum Lager zoge/aber dieweil er herab kam mir entgegen/ als ich über den Jordan zoge / so hab ich ihm bey dem HErrn geschworen / und gesagt: Ich wil dich mit dem Schwerdt nit tödten:

9. Doch laß du ihn nit unschuldig seyn. Du bist aber ein weiser Mann / daß du wohl weist/ was du ihm thun sollest/und wirst seine graue Haar mit Blut zur Höll hinunter bringen.

10. Also entschlieff David mit seinen Vättern/ und ward in der Stadt Davids begraben.

11. Die Tag aber/daß David über Israel regieret hat/seynd viertzig Jahr: zu Hebron regierete er siben Jahr / und zu Jerusalem drey und dreyssig Jahr.

12. Und Salomon saß auf dem Thron seines Vatters Davids / und sein Reich ward überauß starck bevestiget.

II. 13. Und Adonias / der Sohn Haggith / kam zu Bethsabee der Mutter Salomons hinein: und sie sprach zu ihm: Ist deine Ankunfft auch fridlich? Er antwortet: Ja/ fridlich.

14. Und er sprach ferner: Ich hab ein Wort mit dir zu reden. Sie sprach: Sage her. Und er sprach:

15. Du weist / daß das Königreich mein war / und gantz Israel hatte mich zum König über sich verordnet: nun aber ist das Königreich versetzt / und ist auf meinen Bruder kommen: dan es ist ihm also bestimmt vom HErrn.

16. So bitte ich nun eine Bitt von dir / du wollest mein Angesicht nit beschämen. Und sie sprach zu ihm: Sage es.

17. Da sprach er: Ich bitte/ du wollest mit dem König Salamon reden/(dan er kan dir nichts weigern) daß er mir Abisag / die Sunamitin / zum Weib gebe.

18. Und Bethsabee sprach: Wohlan ich wil mit dem König für dich reden.

19. Also kam Bethsabee zum König Salomon/ für den Adonia mit ihm zu reden: und der König stund auf / gieng ihr entgegen / und bettete sie an/ und er setzte sich auf seinen Thron: und es ward der Mut-

Mutter deß Königs ein Stul *a* gesetzt/ und sie saß zu seiner Rechten.

20. Und sprach zu ihm: Ich bitt eine kleine Bitt von dir/ du wollest mein Angesicht nit beschämen. Und der König sprach zu ihr: Bitte/ meine Mutter: dan es gebühret sich nit/ daß ich dein Angesicht abwenden sol.

21. Sie sprach: Laß Abisag / die Sunamitin / deinem Bruder Adonia zum Weib geben.

22 Der König Salomon antwortet und sprach zu seiner Mutter: Warum begehrest du Abisag die Sunamitin für Adoniam? begehre auch für ihn das Königreich: dan er ist mein Bruder / ist auch älter dan ich so hat er auch Abiathar den Priester und Joab / den Sohn Saruia.

23. Und der König Salomon schwur bey dem HErrn / und sprach: Diß thue mir GOtt / und das darzu/ Adonias hat das Wort wider seine Seel geredet.

24. Und nun so wahr der HErr lebet/ der mich bestättiget hat / und auf den Thron meines Vatters Davids gesetzt / der mir auch ein Hauß gemacht hat nach seinem Wort / Adonias sol disen Tag sterben.

25. Und der König Salomon sandte hin durch die Hand Banaia / deß Sohns Jojada / der erschlug ihn / und er starb.

III. 26. Auch sprach der König zu Abiathar dem Priester: Gehe hin gen Anathoth zu deinem Acker/u. zwar du bist ein Mann deß Tods: aber ich wil dich heut nit tödten / dan du hast die Arch GOttes deß HErrn vor meinem Vatter David getragen/ und hast Müh außgestanden in allem/ darin mein Vatter bemühet gewesen ist.

27. Also verwarff Salomon den Abiathar/ daß er nit der Priester deß HErrn wäre/ damit deß HErrn Wort erfüllet wurde / das er über das Hauß Heli / zu Silo geredet hatte.

28. Es kam aber auch ein Bott zu Joab/ dieweil sich Joab auf deß Adonia Seiten gelencket hatte und hatte sich nit auf Salomons Seiten gelencket / darum flohe Joab zu dem Tabernackel deß HErrn / und fassete das Horn deß Altars.

29. Da ward dem König Salomon angezeiget. Daß Joab die Flucht genommen hätte in den Tabernackel deß HErrn / und wäre bey dem Altar: und Salomon sandte Banaia / den Sohn Jojada / und sprach: Gehe hin / und tödte ihn.

30. U. Banaias kam zu dē Tabernackel deß HErrn/ u. sprach zu ihm: diß sagt der König: Gehe herauß/ er sprach: ich wil nit herauß gehen / sondern allhie wil ich sterben. U. Banaias thäte das Wort dem König

a Thron

suum: positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.

20. Dixítque ei: Petitionem unam parvulam ego deprecor à te; ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea: neque enim fas est ut avertam faciem tuam.

21. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

22. Respondítque rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnum *s*: ipse est enim frater meus major me, & habet Abiathar sacerdotem, & Joab filium Saruiæ.

23. Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat *t*, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24. Et nunc vivit Dominus qui firmavit me, & collocavit me super solium David patris mei, & qui fecit mihi domum *u*, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias.

25 Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Joiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est.

III. 26. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex: Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem vir mortis *x* es: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei *y* coram David patre meo, & sustinuisti laborem *z* in omnibus, in quibus laboravit pater meus.

27. Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, *a* ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo.

28. Venit autem nuntius *b* ad Joab, quòd Joab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset: fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris.

29. Nuntiatumque est regi Salomoni, quòd fugisset Joab in tabernaculum Domini, & esset juxta altare: misitque Salomon Banaiam filium Joiadæ, dicens: Vade interfice eum.

30. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei: Hæc dicit rex: Egredere. Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiavit Banaias re-

s q. d. hac via regnum affectat.

t sc. si non interfecero illum.

u i. familiam.

x i. dignus morte.

y Hebr. Adonaj Jehova.

z Chald. afflictionem.

a 1. Reg. 2. 31.

b sc. de morte Adoniæ.

regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Joab, & hæc respondit mihi.

31. Dixitque ei rex: Fac *c* sicut locutus est: & interfice eum, & sepeli, & amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Joab, à me, & à domo patris mei.

32. Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos, melioresque se: & occidit eos gladio, patre meo David ignorante, *d* Abner filium Ner principem militiæ Israel, & *e* Amasam filium Jether principem exercitûs Juda:

33. & revertetur sanguis illorum in caput Joab, & in caput seminis ejus in sempiternum, David autem & semini ejus, & domui, & throno illius, sit pax usque in æternum à Domino.

34. Ascendit itaque Banaias filius Joiadæ, & aggressus eum interfecit *f*: sepultusque est in domo sua in deserto.

35. Et constituit rex Banaiam filium Joiadæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

36. Misit quoque rex, & vocavit Semei, dixitque ei: Ædifica tibi domum in Jerusalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc atque illuc.

37. Quacumque autem die egressus fueris, & transieris Torrentem Cedron *g*, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum.

38. Dixitque Semei regi: Bonus sermo. Sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaq; Semei in Jerusalem diebus multis.

39. Factum est autem post annos tres, ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth: nuntiatumque est Semei, quòd servi ejus issent in Geth.

40. Et surrexit Semei, & stravit asinum suum: ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos suos, & adduxit eos de Geth.

41. Nuntiatum est autem Salomoni, quòd isset Semei in Geth de Jerusalem, & rediisset.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum *h* tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacumque die egressus, ieris huc & illuc, scito te esse

c nam supplicium de impio sumptum etiam in loco sacro, non minùs grata Deo hostia quàm arietum aut vitulorum ait Abulensis; censet tamen Tirinus, reluctantem ab altari avulsum, & extra tabernaculum supplicio affectum fuisse.

d 2. Reg. 3. 27.

e 2. Reg. 20. 10.

f amputato capite, ut ait Joseph.

g q. d. si excesseris vel tantulo spatio.

h Hebr. juravi, i. e. adjuravi te, feci jurare.

zu wissen/ u. sprach. Diß hat Joab geredet/ u. diß hat er mir zu Antwort geben/ u. d' König sprach zu ihm:

31. Thue/ wie er geredet hat/ tödte ihn/ und begrabe ihn/ so wirst du von mir/ und von meines Vatters Hauß das unschuldige Blut abwenden/ das durch Joab ist vergossen worden.

32. Und der HErr wird ihm sein Blut auf sein Haubt vergelten/ darum daß er zween gerechte Männer umgebracht hat/ die besser waren als er. Und er hat sie ohn wissen meines Vatters Davids mit dem Schwerdt getödtet/ Abner/ den Sohn Ner/ den Feldobersten Israel/ und Amasa/ den Sohn Jether/ den Obersten über das Heer Juda:

33. Und ihr Blut wird auf das Haubt Joab/ und auf das Haubt seines Saamens kommen ewiglich: David aber/ und sein Saam/ und sein Hauß und sein Thron sol vom HErrn Frid haben in Ewigkeit.

34. Also gieng Banaias/ der Sohn Joiadå hinauf/ und griff ihn an/ und tödtete ihn/ und er ward in seinem Hauß in der Wüst begraben.

35. Und der König verordnete Banaia/ den Sohn Joiadå/ an seine statt über das Heer/ und setzte Sadoc/ für Abiathar/ zum Priester.

36. Auch sandte der König hin/ und forderte den Semei/ und sprach zu ihm: Baue dir ein Hauß zu Jerusalem/ und wohne daselbst: und du solst von dannen nit hin und wider herauß gehen.

37. Aber an welchem Tag du herauß gehen wirst und über den Bach Cedron komen solst du wissen/ daß man dich erwürgen sol: und wird dein Blut auf deinem Haubt seyn.

38. Und Semei sprach zum König: Das ist ein gute Red: wie mein Herr der König gesagt hat/ so sol dein Knecht thun. Also wohnete Semei vil Tag zu Jerusalem.

39. Es begab sich aber nach dreyen Jahren/ daß die Knecht Semei zu Achis/ dem Sohn Maacha/ dem König zu Geth flohen: und es ward dem Semei kund gethan/ daß seine Knecht gen Geth kommen waren.

40. Da machte sich Semei auf/ und sattelte seinen Esel/ und zoge hin gen Geth zu Achis seine Knecht zu suchen: und er brachte sie von Geth widerum.

41. Es ward aber dem Salomon angesagt daß Semei von Jerusalem auf Geth gereyset/ und widerum kommen wäre.

42. Und er schickte hin/ ließ ihn ruffen/ und sprach zu ihm: Hab ich dir nit bezeuget bey dem HErrn/ und dir zuvor gesagt: An welchem Tag du herauß ziehen/ u. hin u. wider gehen wirst so solst

du

du wissen/daß du wirst sterben müssen? so hastu mir geantwortet: es ist eine gute Red/die ich gehöret hab

43. Warum hast du dan den Eyd deß HErrn nit gehalten / und das Gebott / das ich dir geboten hab ?

44. Und der König sprach zu Semei: Dir ist kündig alles Böß / dessen dein Hertz bewust ist / so du meinem Vatter David gethan hast: nun hat dir der HErr deine Boßheit auf dein Haubt vergolten.

45. Und der König Salomon wird geseegnet seyn: und der Thron Davids wird vor dem HErrn beständig seyn in Ewigkeit.

46. Und der König gab Banaia / dem Sohn Joiadä/Befehl: und er gieng hinauß/ und erschlug ihn / daß er starb.

moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi.

43. Quare ergo non custodisti jusjurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45. Et rex Salomon benedictus, & thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

46. Jussit itaque rex Banaiæ filio Joiadæ: qui egressus, percussit eum, & mortuus est.

Das III. Capitel.

I. Salomon beyrathet Pharaonis Tochter/ 1.
II. Begehrt die Weißheit von GOtt: welche er vollkommentlich neben Ehr und Reichthum erlangt/ 5.
III. Erzeigt sie in einem Urtheil über zwey gemeine Weiber / 16.

1. Also ist das Reich in der Hand Salomonis bestättiget worden: und er beschwägerte sich mit Pharao / dem König in Egypten: dan er nahm seine Tochter / und führete sie in die Stadt Davids / biß er sein Hauß / und das Hauß deß HERRN / und die Mauren zu Jerusalem rings herumb außgebauet hatte.

2. Aber das Volck opfferte auf den Höhen: dan es war dem Namen deß HErrn kein Tempel gebauet biß auf denselben Tag.

3. Salomon aber hatte den HErrn lieb / und wandelte in den Gebotten Davids seines Vatters: ohn daß er auf den Höhen opfferte und Rauchwerck anzündete.

4. Also zoge er gen Gabaon / daselbst ein Opffer zu thun: dan das war die allervornehmste Höh: und Salomon opfferte tausend Opffer zum Brand-Opffer auf demselbigen Altar zu Gabaon.

II. 5. Aber der HErr erschine dem Salomon bey der Nacht im Traum / und sprach: Begehre was du wilst / daß ich dir geben sol:

6. Und Salomon sprach: Du hast mit deinem Knecht David meinem Vatter grosse Barmhertzigkeit gethan: wie er auch vor deinem Angesicht in der Warheit / und in Gerechtigkeit / und mit aufrichtigem Hertzen mit dir gewandelt ist: du hast ihm auch deine grosse Barmhertzigkeit bewahret / und

Caput III.

I. Salomon accipit in uxorem filiam Pharaonis, 1.
II. Sapientiam in somno petit: quam unà cum divitiis & gloria accipit, 5.
III. Mox eam in dirimenda meretricum lite ostendit. 16.

1. Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti: accepit námque filiam ejus, & adduxit in civitatem David, donec compleret *a* ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Jerusalem per circuitum,

2. Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini usq; in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui excepto quòd in excelsis immolabat, & áccendebat thymiama.

4. Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum *b*: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

II. 5. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis ut dem tibi.

6. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & justitia, & recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium se-

2. Par. 1. 1. Anno M. 2991. Ant. Chr. 1013. Ætatis Salomonis 20. ejus regni 3.
a 2. Par. 8. 11.
b non mole, sed dignitate, locus proprius & legitimè designatus pro sacrificiis.

c seu palam apparet.

dentem super thronum ejus, sicut est *c* hodie.

7. Et nunc Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo: ego autem sum puer parvulus, & ignorans egressum & introitum meum.

8. Et servus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine.

d 2. Par. 1. 10. *e Hebr. audiens i. obediens, 70. sapiens.*

9. *d* Dabis ergo servo tuo cor docile *e*, ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum & malum. Quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

10. Placuit ergo sermo coram Domino, quòd Salomon postulâsset hujuscemodi rem.

f Dormienti, sed propter preces, quas vigilans effuderat.

11. Et dixit Dominus Salomoni *f*: Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium:

g sc. Regum Israel, Sa. *h sc. in sapientiá naturali, nam in supernaturali Salomonem vicerunt Adá, Moyses, Prophetæ & Apostoli. Tirin.*

12. Ecce feci tibi secundùm sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum ut nullus *g* ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit *h*.

i Sap. 7. 11. Matth. 6. 29.

13. *i* Sed & hæc, quæ non postulasti, dedi tibi: divitias scilicet, & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retrò diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

k divinitus immissum. *l i. obtulit.*

15. Igitur evigilavit Salomon, & intellexit quòd esset somnium *k*: cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocausta, & fecit *l* victimas pacificas, & grande convivium universis famulis suis.

† Fer. 2. post Dom. 4. Quadr.

III. 16. † Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo,

17. quarũ una ait: Obsecro, mi domine: ego & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo.

18. Tertiâ autem die postquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus simul, nullúsq; alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

hast ihm einen Sohn geben / der auf seinem Thron sitzt / wie heutiges Tags zu sehen.

7. Und nun / O HErr GOtt / du hast deinen Knecht vor meinem Vatter David zum König gemacht: ich aber bin ein kleiner Knab / und verstehe meinen Außgang und Eingang nit.

8. So ist dein Knecht mitten unter dem Volck / das du erwählet hast / dem unzahlbaren Volck / das für grosser Meng nit gezehlet / noch außgerechnet werden mag.

9. Wollest derwegen deinem Knecht ein verständig Hertz geben / daß er dein Volck richten könne / und den Unterscheid wissen zwischen dem Guten und dem Bösen: dan wer sol diß Volck richten können / diß dein so grosses Volck?

10. Und die Red gefiel dem HErrn in seinen Augen wohl / daß Salomon ein solch Ding begehret hatte.

11. Und der HErr sprach zu Salomon: Dieweil du solches begehret hast / du hast für dich nit gebetten um vil Tag / noch um Reichthum / noch um die Seelen deiner Feinden / sondern hast Weißheit für dich begehret / das Gericht zu unterscheiden:

12. Sihe / so hab ich dir gethan nach deinen Worten / und hab dir ein weises und verständiges Hertz gegeben / dergestalt / daß deines gleichen vor dir nit gewesen ist / und nach dir auch nit aufstehen wird.

13. Zu dem hab ich dir auch das gegeben / das du nit begehret hast / nemlich Reichthum und Ehr: daß niemand deines gleichen unter den Königen in allen vorigen Tagen jemahl gewesen ist.

14. Wofern du auch wandlen wirst in meinen Weegen / und meine Satzungen / und meine Gebott halten / wie dein Vatter gewandelt ist / so wil ich deine Tag verlängern.

15. Da nun Salomon erwachte / merckte er / daß es ein Traum war: und als er gen Jerusalem kam / stund er vor der Arché deß Bunds deß HErrn / und opfferte Brandopffer / er schlachtete auch Frid-Opffer / und machte ein grosses Gastmahl allen seinen Knechten.

III. 16. Umb die Zeit kamen zwey gemeine Weiber zum König / und stunden vor ihm:

17. Die eine sprach: Ach mein HErr / ich und diß Weib wohneten in einem Hauß: und ich gebahr bey ihr in der Schlaffkammer:

18. Und am dritten Tag hernach als ich gebohren hatte / gebahr sie auch: und wir waren beyeinander / und war niemand anders mit uns im Hauß / dan wir beyde.

19. Und dises Weibs Sohn starb in der Nacht: Dan sie hatte ihn im Schlaff ertrucket.

20. Und sie stund umb die Mitternacht auf in der Still/ und nahm meinen Sohn von deiner Magd Seiten/ da ich schlieff/ und legte ihn in ihre Schoß: aber ihren Sohn/ der todt war/ legte sie in meine Schooß.

21. Als ich nun deß Morgens auffstund/ meinem Sohn die Brust zugeben/ da war er todt: und da ich ihn am hellen Tag mit Fleiß besahe/ befand ich/ daß es mein Sohn nit war/ den ich gebohren hatte.

22. Und das andere Weib antwortet: Es ist nit also/ wie du sagst: Sondern dein Sohn ist todt/ aber der meine lebet. Hingegen sprach die andere: Du liegst: Dan mein Sohn lebet/ und dein Sohn ist todt. Und also zancketen sie vor dem König.

23. Da sprach der König: dise sagt: mein Sohn lebet/ und dein Sohn ist todt. Und jene antwortet: Nein: Sondern dein Sohn ist todt der meine aber lebet.

24. Derwegen sprach der König: Bringet mir ein Schwerdt her. Und als das Schwerdt vor den König gebracht war/

25. Sprach er: Theilet das lebendige Kind in zwey theil und gebet eine Helffte dem einen Weib/ und die andere Helfft dem andern.

26. Da sprach das Weib zum König/ deren Sohn noch im Leben war/ (dan ihr Hertz war bewegt über ihren Sohn) Herr ich bitte/ gebet ihr das lebendige Kind/ und tödtet es nit. Hingegen sprach die ander: Weder mir/ noch dir/ sondern man theile es.

27. Da antwortet der König und sprach: Gebet diser das lebendige Kind/ und tödtet es nit: dan dise ist seine Mutter.

28. Und gantz Israel hörete das Urtheil/ das der König gefället hatte/ und sie furchten den König/ dieweil sie sahen/ daß die Weißheit GOttes in ihm war/ Recht zuschaffen.

Das IV. Capitel.

I. Die Fürsten und Amtleuth deß Salomons/ 1.
13. Dixítque eis: Ite, & videte ubi sit: ut mittam, & capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitûs: *g* qui cùm venissent nocte, circumdederunt civitatem.

g Anno M. 3116.

15. Consurgens autem diluculo minister viri Dei egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, & equos & currus: nuntiavitque ei, dicens: Heu heu heu domine mi, quid faciemus?

16. At ille respondit: Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.

17. Cumque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum *h*, in circuitu Elisei.

h Erant vel angeli vel potiùs nubes splendidissimæ in talem similitudinem ab angelis efformatæ.

II. 18. Hostes verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus: Non est hæc via, neque ista est civitas: sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam:

20. cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ *i*.

i Sic peccatores ad cælestia cæci in extremo vitæ suæ, ab hostibus undique conclusi seriùs mentis suæ oculos aperiunt.

21. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cùm vidisset eos: Numquid percutiam eos, pater mi?

Israel / und sprach: Hüte dich / daß du zu dem Orth nit hinüber ziehest: dan die Syrer ligen daselbst im Hinterhalt.

10. Also sandte der König Israel zu dem Ort / davon ihm der Mann GOttes gesagt hatte / und nahm es zuvor ein und sahe sich daselbst für/nit einmahl oder zweymahl allein.

11. Uber das Werck ward das Hertz deß Königs in Syrien bestürtzt/und er forderte seine Knecht zu sammen/ und sprach: warum zeiget ihr mir nit an/ wer mein Verräther sey bey dem König Israel?

12. Da sprach einer von seinen Knechten: Mit nichten / mein Herr König: sondern Eliseus der Prophet/der in Israel ist/ gibt dem König Israel alle Wort zu erkennen/die du in deinem Zimmer redest.

13. Und er sprach zu ihnen: Gehet hin/und sehet/ wo er sey/ daß ich hinschicke ihn zu greiffen. Und sie verkündigten ihm/ und sprachen: Sihe/ er ist zu Dothan.

14. Also schickte er Roß und Wagen dahin/ und ein mächtig Heer/ und sie kamen bey der Nacht dahin/ und umgaben die Stadt.

15. Aber der Diener deß Manns GOttes stund früh Morgens auf/ und gieng hinaus / und da er das Heer rings um die Stadt sahe / und die Roß und Wagen/ verkündigte ers ihm/ und sprach: Ach ach/ ach/ mein HErr/ was sollen wir thun?

16. Er aber antwortet: Förchte dir nit/ dan es seynd ihrer mehr bey uns als bey ihnen.

17. Und als Eliseus bettete/ sprach er: HErr/eröffne disem die Augen/ daß er sehe. Und der HErr eröffnete dem Knaben die Augen/ daß er sahe: und sihe der Berg war voll feuriger Roß und Wagen rings um Eliseum her.

II. 18. Aber die Feind kamen zu ihm herab: und Eliseus bat den HErrn/ und sprach: Ich bitte dich/ schlage diß Volck mit Blindheit. Und der HErr schlug sie / daß sie nit sahen / nach deß Elisei Wort.

19. Eliseus aber sprach zu ihnen: Diß ist nit der Weeg/ so ist auch diß die Stadt nit: folget mir/ ich will euch den Mann weisen/ den ihr suchet. Also führete er sie gen Samaria.

20. Und als sie zu Samaria hinein gezogen waren/ sprach Eliseus: HErr eröffne disen die Augen/ daß sie sehen. Und der HErr thäte ihnen die Augen auf/ und sie sahen/ daß sie mitten in Samaria waren.

21. Da sie nun der König Israel sahe/ sprach er zu Eliseo: Mein Vatter / soll ich sie schlagen?

22. Er aber sprach: du solst sie nit schlagen: dan du hast sie nit gefangen mit deinem Schwert und Bogen / daß du sie schlagest: sondern setze ihnen Brod und Wasser vor/ daß sie essen/ und trincken / und zu ihrem Herrn widerum ziehen.

23. Da setzte man ihnen eine grosse Bereitschafft von Speiß vor: und sie assen/ und truncken/ und er ließ sie von sich und sie zogen zu ihrem HErrn: von der Zeit kamen die Rauber aus Syrien nit mehr in das Land Israel.

III. 24 Es trug sich aber zu nach disen Geschichten/ daß Benadad der König in Syrien sein gantzes Heer zusammen brachte/ und zoge herauf/ und belagerte Samariam.

25. Und es ward eine grosse Theurung zu Samaria: und die Stadt war so lang belagert/ bis ein Eselskopff um achtzig Silberling/ und ein viertentheil vom Cab Taubenmist um fünff Silberling verkaufft ward.

26. Und als der König Israel auf der Mauren vorüber gieng/ schrye ihm ein Weib zu/ und sprach: Hilff mir mein Herr König.

27. Und er sprach: Hilffet dir der HErr nit/ woher kan ich dir helffen? Von der Tenn/ oder von der Kelter? und der König sprach zu ihr: Was wilst du? Sie antwortet:

28. Diß Weib hat mir gesagt: gib deinen Sohn her/ daß wir ihn heut essen/ so wollen wir meinen Sohn morgen essen.

29. Also haben wir meinen Sohn gekocht/ und geessen. Und ich sprach am folgenden Tag zu ihr: gib mir deinen Sohn her/ daß wir ihn essen. Und sie hat ihren Sohn verborgen.

30. Da das der König hörte/ zerrisse er seine Kleyder/ und gieng auf der Mauren vorüber. Und alles Volck sahe das härin Kleyd/ mit welchem er auf seinem Leib bekleydet war.

31. Und der König sprach: Diß thue mir GOtt/ und das darzu/ wo das Haubt Elisei/ deß Sohns Saphat/ heutiges Tags auf ihm stehen wird.

32. Eliseus aber saß in seinem Hauß / und die Aelteste sassen bey ihm. Aber der König sandte einen Mann voran: und ehe derselbig Bott kam sprach Eliseus zu den Aeltesten: Wisset ihr auch/ daß deß Mörders Sohn außgeschicket hat/ daß mein Haubt soll abgehauen werden? So sehet nun zu/ wan der Bott kommt/ und versperret die Thür/ und lasset ihn nit herein kommen: dan sihe/ das Geräusch der Füß seines HErrn ist hinter ihm.

33. Da er noch mit ihnen redete/ ließ sich der Bott sehen/ und kam zu ihm hinab. Und er sprach:

22. At ille ait: Non percuties: neque enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, ut percutias: sed pone panem, & aquam coram eis, ut comedant & bibant, & vadant ad dominum suum.

23. Appositáque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & ultra *k* non venerunt latrones *l* Syriæ in Terram Israel.

III. 24. Factum est autem post hæc *m*, congregavit Benadad rex Syriæ, universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam.

25. Factáque est fames magna in Samaria: & tamdiu obsessa est, donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis *n*, & quarta pars cabi *o* stercoris *p* columbarum quinque argenteis.

26. Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me Domine mi rex.

27. Qui ait: Non te salvat Dominus: unde te possum salvare? de area, vel de torculari? Dixítque ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit:

28. Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras.

29. Coximus ergo filium meum *q*, & comedimus. Dixíque ei die altera: Da filium tuum, ut comedamus eum. Quæ abscondit filium suum.

30. Quod cùm audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Vidítque omnis populus cilicium *r*, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.

31. Et ait rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum *s* hodie.

32. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit itaque virum: & antequam veniret nuntius ille, dixit ad senes: Numquid scitis quòd miserit filius homicidæ *t* hic, ut præcidatur caput meum? Videte ergo, cùm venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedum domini ejus post eum est.

33. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait: Ecce,

k i. per longum tempus.
l i. milites.
m Anno M. 3117.
n i. siclis.
o i. mensuræ certæ.
p sc. ad fovendum ignem.
q En exemplum extremæ & abominandæ famis.
r 70. saccũ.
s sc. quòd orationibus suis, cùm posset, urbē non liberet.
t sc. Achab qui occidit Naboth.

ce, tantum malum à Domino est: quid amplius expectabo à Domino?

CAPUT VII.

I. Eliseus in Samaria prædicit frumenti abundantiam; 1.

II. Quam leprosi quatuor in Samaria annuntiant, nam territi à Deo Syri, omnibus relictis obsidionem solverant: 3.

III. Dux Elisei verbo incredulus, à turba conculcatur in porta Samariæ. 17.

A.M. 3119. I. 1. Dixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius similæ uno statère erit, & duo modii hordei statère uno, in porta Samariæ.

2. Respondens unus de ducibus, super cujus manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam cataractas *a* in cælo *b*, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

a i. fenestras.

b ut ex eo velut horreo depluat frumentum.

II. 3. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ: qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur: sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. Si pepercerint nobis, vivemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi *c* ut venirent ad castra Syriæ. Cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

c Hebr. in crepusculo.

6. Siquidem Dominus sonitum audire fecerat in castris Syriæ, curruum & equorum, & exercitûs plurimi: dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adversum nos rex Israel reges Hethæorum & Ægyptiorum, & venerunt super nos.

7. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque, animas tantùm suas salvare cupientes.

8. Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum tabernaculum, & comederunt, & biberunt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconde-

Sihe/ diß grosse Unglück kommt vom HErrn: was soll ich mehr vom HErrn erwarten.

Das VII. Capitel.

I. Eliseus weissagt auf den morgen ein Uberfluß an Getreyd/ 1.

II. Welcher aus dem Lager der fliehenden Syrer herkommen/ 3.

III. Der Fürst/ so dem Eliseo nit geglaubt / wird unter der Porten zertretten/ 17.

1. Eliseus aber sprach: Höret deß HErrn Wort: diß sagt der HErr: Morgen um dise Zeit wird ein Scheffel Semmelmehls um einen Sickel *a*/ und zwey Scheffel Gersten um einen Sickel in dem Thor zu Samaria zu kauffen seyn.

2. Und einer von den Fürsten/ auf dessen Hand der König sich lehnte/ antwortet dem Mann GOttes/ und sprach: Wan der HErr auch Fenster am Himmel machen würde/ soll dan wol seyn können/ was du sagest? und er sprach: du wirst es mit deinen Augen sehen/ und nit davon essen.

II. 3. Und es waren vier aussätzige Männer an dem Eingang deß Thors/ die sprachen einer zum andern: Was wollen wir hie bleiben/ bis wir sterben?

4. Wan wir in die Stadt gehen wollen/ so werden wir von Hunger sterben: Bleiben wir aber hie/ so müssen wir auch sterben: darum kommet/ lasset uns zum Lager der Syrer fliehen/ schonen sie unser/ so werden wir das Leben erhalten: Wollen sie uns aber tödtē/ so wurden wir ohn das sterben.

5. Derowegen machten sie sich am Abend auf in der Syrer Lager zu kommen. Als sie nun zu dem Ort kamen/ da der Syrer Lager angieng/ funden sie allda niemand.

6. Dan der HErr hatte im Lager der Syrer ein Getümmel hören lassen/ von Wagen und Rossen/ und von einem sehr grossen Heer/ und hatte einer zum andern gesagt: Sihe/ der König Israel hat die König der Hethiter und Egypter wider uns mit Geld gedinget/ die seynd nun über uns kommen.

7. Derowegen hatten sie sich aufgemacht/ waren im Finstern geflohen/ und hatten ihre Gezelt/ und ihre Roß/ und Esel im Lager hinder sich gelassen/ und waren flüchtig worden/ und hatten allein begehret ihre Seelen zuerhalten.

8. Als nun dise Aussätzige zu dem Orth kamen/ da das Lager angieng/ giengen sie in ein Gezelt/ assen und truncken/ und nahmen von dannen Silber und Gold/ und Kleyder/ und giengen hin/ und verbargen es: Abermahl ka-

a Sickel

kamen sie wider in ein ander Gezelt / und nahmen imgleichen von dannen / und verbargen es.

9. Und sie sprachen unter einander: wir thun nit recht: dan diser Tag ist ein Tag von guter Bottschaft. Sollen wir schweigen / und diß nit verkündigen wollen bis an den liechten Morgen / so wird man uns einer bösen That beschuldigen: kommet / lasset uns hingehen / und diß an deß Königs Hof verkündigen.

10. Als sie nun zu der Stadt Thor kamen / erzehleten sie es ihnen / und sprachen: wir seynd zum Lager der Syrer gangen / und haben allda keinen Menschen gefunden / sondern nur angebundene Roß / und Esel / und aufgeschlagene Gezelt.

11. Da giengen die Portner hin / und verkündigten es in deß Königs Pallast.

12. Der stund auf bey der Nacht / und sprach zu seinen Knechten: ich will euch sagen / was uns die Syrer gethan haben: sie wissen / daß wir Hunger leyden / darum seynd sie aus dem Lager gangen / haben sich im Feld verborgen / und sagen: wan sie zur Stadt hinaus komen so wollē wir sie lebendig fangen / und alsdan könen wir zur Stadt hinein ziehen.

13. Da antwortet einer von seinen Knechten: lasset uns die fünff Roß nemen / welche in der Stadt übrig bliben seynd / (dan die seynd allein vorhanden in der gantzen Meng Israel / die andere seynd verzehret) und lasset uns dieselbe außschicken / so werden wirs erkundigen können.

14. Also brachten sie zwey Pferd her / und der König schickte ins Lager der Syrer / und sprach: Ziehet hin und besehets.

15. U. sie zogen ihnen nach bis an den Jordan: und sihe / der gantze Weeg war voll Kleyder / u. Geschirr / welche die Syrer hinweg geworffen hatten / da sie waren geschröcket worden: da kehreten die Botten wider / und zeigeten das dem König an.

16. Und das Volck gieng hinaus / und plünderte der Syrer Lager: da ward ein Scheffel Semmelmehls um einen Sickel verkaufft / und zween Scheffel Gersten auch um einen Sickel / nach dem Wort deß HErrn.

III. 17. Der König aber verordnete den Fürsten an das Thor / auf dessen Hand er sich lehnete: und das Volck zertrat ihn im Eingang deß Thors / daß er starb / wie der Mann GOttes gesagt hatte / da der König zu ihm hinab kam.

18. Und es geschahe nach dem Wort deß Manns GOttes / das er zum König geredt hat / da er sprach: morgen gleich um dise Zeit sollen im Thor zu Samaria zwey Scheffel Gersten um einen Sickel / u. ein Scheffel Semelmels um einē Sickel verkauft werdē

---

runt *d*: & rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem: Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuntii est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare usque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis.

10. Cumque venissent ad portam *e* civitatis, narraverunt eis, dicentes: Ivimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarii, & nuntiaverunt in palatio regis intrinsecus.

12. Qui surrexit nocte, & ait ad servos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri: Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, & tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum ejus: Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe (quia ipsi tantùm sunt in universa multitudine Israel, alii enim consumpti sunt *f*) & mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos *g* misitque rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibus, & vasis *h*, quæ projecerant Syri cùm turbarentur: reversique nuntii indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factusque est modius similæ statêre uno, & duo modii hordei statêre uno, juxta verbum Domini.

III. 17. Porro rex ducem illum, in cujus manu incumbebat, constituit *i* ad portā: quem conculcavit turba in introitu portæ, & mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

18. Factumq; est secundùm sermonē viri Dei, quem dixerat regi, quando ait: Duo modii hordei statêre uno erunt, & modius similæ statêre uno, hoc eodē tempore cras in porta Samariæ: 19.

d ut inde per otium tollerent.

e Chald. ad portæ custodes.

f in cibum conversi.

g sc. equites expeditos.

h i. armis bellicis.

i sc. ut præfectum.

19. quando responderat dux ille viro Dei, & dixerat: Etiamsi Dominus fecerit cataractas in cælo, numquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & inde non comedes.

20. Evenit ergo ei sicut prædictum fuerat, & conculcavit eum populus in porta, & mortuus est.

CAPUT VIII.

I. Post septennem famem ab Eliseo prædictam, Sunamitis, quæ ipsius consilio peregrinata erat, reversa suos agros cum fructibus recuperat: 1.

II. Eliseus Benadad ægrotantem respondet moriturum, & Hazael regnaturum: 7.

III. Joram rex Juda percussit Idumæos, cui succedit Ochozias. 20.

a Sup. 4. 35.

1. ELiseus autem locutus est *a* ad mulierem, cujus vivere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare ubicumque repereris: vocavit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis.

2. Quæ surrexit, & fecit juxta verbum hominis Dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in Terra Philisthiim diebus multis *b*.

b Hebr. & 70. septem annis.
c Anno M. 3120. Siquidem 7. sunt post suscitatum puerum. Sup. 4. 37.
d i.e. qui interim ab aliis occupati erant.
e i. discipulo.

3. Cumque finiti essent anni septem *c*, reversa est mulier de Terra Philisthiim: & egressa est ut interpellaret regem pro domo sua, & pro agris suis *d*.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi puero *e* viri Dei dicens: Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus.

5. Cumque ille narraret regi quo modo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cujus vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius ejus, quem suscitavit Eliseus.

6. Et interrogavit rex mulierem: quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, & universos reditus agrorum, à die, quâ reliquit terram usque ad præsens.

II. 7. Venit quoque Eliseus Damascum, & Benadad rex Syriæ ægrotabat: nuntiaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei huc.

19. Da der Fürst dem Mann GOttes antwortete/ und sprach: Wan der HErr schon Fenster am Himmel machet/ soll dan wol geschehen können/ was du sagest? Und er sprach zu ihm: Du wirsts sehen mit deinen Augen/ aber wirst nit davon essen.

20. Also ists ihm gangen/ wie zuvor gesagt war/ und das Volck zertrat ihn im Thor/ daß er starb.

Das VIII. Capitel

I. Die Sunamitische Würthin deß Elisei/ nach dessen Rath/ entgehet dem Hunger/ erhält auch ihre Güter/ 1.

II. Eliseus sagt vor dem Benadad/ König in Syrien/ den Tod/ dem Hazaei aber das Reich/ 7.

III. Joram/ der König in Juda schlagt die Rebellische Idumeer/ nach dessen Tod regiert Ochozias/ 20.

1. ELiseus aber redet mit dem Weib/ dessen Sohn er lebendig gemacht hatte/ und sprach: mache dich auf/ du und dein Hauß/ und ziehe hin ein Frembdling zu seyn/ wo du statt finden magst. Dan der HERR hat eine Theuerung beruffen/ die wird siben Jahr lang über das Land kommen.

2. Da machte sie sich auf/ und thäte nach dem Wort deß Manns GOttes/ und zoge hin mit ihrem Hauß/ und ward eine raume Zeit Frembdling im Land der Philisther.

3. Und als die siben Jahr vollendet waren/ kam das Weib aus dem Land der Philisther widerum: und sie gieng auß/ um ihr Hauß/ und um ihre Aecker beym König anzuhalten.

4. Der König aber redet mit Giezi/ dem Diener deß Manns GOttes/ und sprach: Erzehle mir alle grosse Thaten/ die Eliseus gethan hat.

5. Und als er dem König erzehlete/ wie er einen Todten erwecket hätte/ da ließ sich das Weib gleich sehen/ dessen Sohn er lebendig gemacht hatte/ und rieff den König um ihr Hauß an/ und um ihre Aecker. Da sprach Giezi: Mein Herr König/ diß ist das Weib/ und diß ist ihr Sohn/ den Eliseus auferwecket hat.

6. Und der König fragte das Weib/ u. sie erzehlte es ihm. Und der König gab ihr einen Kammerdiener mit/ und sprach: gib ihr widerum alles was ihr ist/ dazu alles Einkomen der Aecker von dem Tag an daß sie das Land verlassen hat/ bis auf die gegenwärtige Zeit.

II. 7. Auch kam Eliseus gen Damascum/ und Benadad/ der König in Syrien/ war kranck: und sie verkündigten ihm und sprachen: Der Mann GOttes ist herkommen.

8. Und

8. Und der König sprach zu Hazael: Nimm Geschenck mit dir/ und gehe dem Mann GOttes entgegen/ und frage den HErrn durch ihn/ und sprich: Werde ich auch diser meiner Kranckheit entgehen können?

9. Also zoge ihm Hazael entgegen/ und hatte Geschenck bey sich/ und allerhand Güter von Damasco viertzig Cameelen Last. Und als er vor ihm stund/ sprach er: Dein Sohn Benadad / der König in Syrien / hat mich zu dir gesandt / und spricht: kan ich auch von diser meiner Kranckheit genesen?

10. Und Eliseus sprach zu ihm: gehe hin/ und sage ihm: du wirst genesen: aber der HErr hat mir zuerkennen geben/ daß er deß Tods wird sterben.

11. Und er stund bey ihm und ward traurig/ daß er auch sein Angesicht verstellete: und der Mann GOttes weinete.

12. Da sprach Hazael zu ihm: Warum weinet mein Herr? Er aber sprach: darum daß ich weiß / was böses du den Kindern Israel thun wirst. Ihre veste Städt wirst du mit Feur verbrennen und ihre junge Männer mit dem Schwert erwürgen / und ihre kleine Kinder zerschmettern/ und ihre schwangere Weiber zertheilen.

13. U. Hazael sprach: was bin ich doch dein Knecht/ ein Hund daß ich diß grosse Ding thun solte? und Eliseus sprach: der HErr hat mir zuerkennen geben daß du wirst König in Syrien werden.

14. Da er nun von Eliseo zuruck gezogen war/ kam er zu seinem Herrn. Der sprach zu ihm: was hat dir Eliseus gesagt? Er aber antwortete: er hat zu mir gesagt: du wirst widerum gesund werden.

15. Und deß folgenden Tags nam er eine Bethdeck/ und goß Wasser darauf und breitete sie über sein Angesicht/ und da er gestorben war / regierte Hazael an seiner statt.

16. Im fünfften Jahr Joram / deß Sohns Achab/ deß Königs Israel/ und Josaphat / deß Königs Juda/ regierte Joram/ der Sohn Josaphat der König Juda.

17. Er war zwey und dreyßig Jahr alt/ da er anfieng zu regieren/ und regierte acht Jahr lang zu Jerusalem.

18. Und er wandlete in den Weegen der Königen Israel wie das Hauß Achab gewandlet hatte: dan Achabs Tochter war sein Weib: und er thäte/ was böß ist vor dem Angesicht deß HErrn.

19. Aber der HErr wolte Juda nit vertilgen um seines Knechts Davids willen wie er ihm verheissen hatte/ daß er ihm/ und seinen Söhnen alle die Tag einen Leuchter geben wolte.

8. Et ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate mea hac?

9. Ivit igitur Hazael in occursum ejus, habens secum munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cumque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac?

10. Dixitque ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis *f*: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, & conturbatus est usque ad suffusionem vultûs: flevitque vir Dei.

12. Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. *g* Civitates eorum munitas igne succendes, & juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael: Quid enim sum servus tuus canis *h* ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore.

14. Qui cùm recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum. Qui ait ei: Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: Recipies sanitatem.

15. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum *i*, & infudit aquam, & expandit super faciem *k* ejus: quo mortuo, regnavit Hazael pro eo.

16. Anno quinto Joram filii Achab regis Israel, & Josaphat regis *l* Juda regnavit Joram filius Josaphat rex Juda.

17. *m* Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Jerusalem.

18. Ambulavitque in viis regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab: filia enim Achab erat uxor ejus: & fecit quod malum est in conspectu Domini.

19. *n* Noluit autem Dominus disperdere Judam, propter David servum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam *o*, & filiis ejus cunctis diebus.

f sc. quantum ad vim morbi.

g infr. 13. 7.

h i. abjectus.

i Chald. operimentum villosum.

k ut suffocaret ita regem, specie tenus, ut refrigeraret tel reciteret item.

l i. rege Juda, sive cum adhuc esset rex Juda.

m 2. Par. 21. 5.

n 2. Reg. 7. 16.

o i. splendorem regiū.

p Gen. 27. 40. 2. Par. 21. 8. Anno M. 3115. Ant. Chr. 889. q i. montem Seir. r civitas in sorte Juda. Jos. 21. s 2. Par. 22. 1. t Anno M. 3119. u i. patre vivente. x i. solus post mortem patris. y i. filia Achab filii Amri. Confer. v. 18. sub & 2. Par. 22. 2. & 21. 6. z Anno M. 3120.

III. 20. *p* In diebus ejus recessit Edō, ne esset sub Juda, & constituit sibi regem.

21. Venítque Joram Seira *q*, & omnes currus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua.

22. Recessit ergo Edom ne esset sub Juda, usque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna *r* in tempore illo.

23. Reliqua autem sermonum Joram, & universa, quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Juda?

24. Et dormivit Joram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in civitate David, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo.

25. *s* Anno duodecimo Joram filii Achab regis Israel regnavit *t* Ochozias filius Joram regis Judæ.

26. Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset *u*, & uno anno regnavit *x* in Jerusalem: nomen matris ejus Athalia filia Amri *y* regis Israel.

27. Et ambulavit in viis domûs Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domûs Achab fuit.

28. Abiit *z* quoque cum Joram filio Achab, ad prælíandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulneraverunt Syri Joram:

29. qui reversus est ut curaretur, in Jezrahel: quia vulneraverant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Joram rex Juda, descendit invisere Joram filium Achab in Jezrahel, quia ægrotabat ibi.

Caput IX.

I. Jehu in regem Israel uncto mandat Dominus ut deleat domum Achab: 5.
II. Occidit ergo Joram una cum Ochozia rege Juda, 21.
III. Corpus Jezabel à fenestra ipsius jussu, præcipitatæ canes comedunt, juxta Eliæ vaticinium 30.

Eodem anno 3120.

Eliseus autem prophetes vocavit unum de filiis prophetarum, & ait

III. 20. In seinen Tagen fielen die Edomiter ab / daß sie nit unter Juda wären / und setzten einen König über sich.

21. Und Joram kam gen Seira / und alle Wagen mit ihm: und er machte sich auf bey der Nacht / und schlug die Edomiter / die ihn umgeben hatten / und die Oberste über die Wagen / aber das Volck flohe zu seinen Hütten.

22. Also fielen die Edomiter ab / daß sie nit unter Juda wären bis auf den heutigen Tag. Zu derselben Zeit fiel auch Lobna ab.

23. Aber das übrige von den Geschichten Joram / und alles / was er gethan hatte / ist das nit geschriben im Buch der Wort von den Tagen der Könige Juda?

24. Und Joram entschlieff mit seinen Vättern / und ward mit ihnen begraben in der Statt Davids / und Ochozias sein Sohn regierte an seiner statt.

25. Im zwölfften Jahr Joram deß Sohns Achab / deß Königs Israel regierte Ochozias / der Sohn Joram / deß Königs Juda.

26. Und Ochozias war zwey und zwantzig Jahr alt / da er anfieng zu regieren: und er regierte ein Jahr zu Jerusalem. Seiner Mutter Nam war Athalia / ein Tochter Amri / deß Königs Israel.

27. Und er wandlete in den Weegen deß Hauß Achab: und er thäte was böses ist vor dem HErrn / wie das Hauß Achab: dan er war deß Hauß Achab Tochtermann.

28. Er zoge auch mit Joram dem Sohn Achab aus wider Hazael / den König in Syrien zu Ramoth Galaad zu streiten: und die Syrer verwundeten Joram.

29. Der widerum kam gen Jezrahel daß er sich heilen liesse: dan die Syrer hatten ihn verwundet / da er zu Ramoth wider Hazael den König in Syrien stritte. Und Ochozias / der Sohn Joram / der König Juda kam hinab / Joram / den Sohn Achab / zu Jezrahel zubesuchen: dan er lag daselbst kranck.

Das IX. Capitel.

I. Dem neugesalbten König Jehu befilcht GOtt die Außtilgung deß Hauses Achab / 5.
II. Er richtet hin die zween König / Joram und Ochoziam / 21.
III. Jezabel wird zum Fenster hinab gestürtzt / dero Leib die Hund fressen / 30.

ABer Eliseus / der Prophet rieff einem von den Kindern der Propheten / und sprach zu ihm:

Umgürte deine Lenden/ und nimm diß Oelkrüglein in deine Hand / und gehe gen Ramoth Galaad.

2. Und wan du dahin kommen wirst/ so wirst du Jehu: den Sohn Josaphat/ deß Sohns Namsi / sehen: da solst du hinein gehen/ und ihn heissen aufstehen aus dem Mittel seiner Brüder / und ihn führen in die innerste Kammer.

3. Und das Oelkrüglein nemmen/ und dasselbe schütten auf sein Haubt/ und sagen: Diß sagt der HErr: Ich hab dich zum König über Israel gesalbet. Darnach solst du die Thür aufthun / und davon fliehen/ und solst da nit bleiben.

4. Und der Jüngling/ deß Propheten Knab *a* reisete hin gen Ramoth Galaad.

I. 5. Und er gieng daselbst hinein: aber sihe/ die Haubtleuth deß Heers sassen allda/ und er sprach: Ich hab mit dir/ O Fürst/ ein Wort zu reden. Und Jehu sprach: Mit wem von uns allen? Er aber sprach: mit dir/ O Fürst.

6. Und er stund auf / und gieng in die Kammer. Aber er schüttete das Oel über sein Haubt / und sprach: Diß sagt der HErr GOtt Israel: Ich hab dich über das Volck deß HErrn Israel zum König gesalbet/

7. Und du solst das Hauß Achab deines HErrn schlagen / so will ich das Blut meiner Knechten der Propheten/ und das Blut aller Knechten deß HERRN von der Hand Jezabel rächen.

8. Und will das gantze Hauß Achab vertilgen / und erwürgen von Achab / auch der an die Wand bruntzet/ und den geschlossenen/ und den geringsten in Israel.

9. Und will das Hauß Achab machen/ wie das Hauß Jeroboam/ deß Sohns Nabat und wie das Hauß Baasa/ deß Sohns Ahia.

10. Auch sollen Jezabel die Hund fressen auf dem Acker Jezrahel/ und wird niemand seyn/ der sie begrabe. Und er thäte die Thür auf und flohe davon.

11. Jehu aber gieng heraus zu den Knechten seines Herrn/ die sprachen zu ihm: Ists alles richtig? warum ist diser wanwitzig Mensch zu dir kommen? Und er sprach zu ihnen: ihr kennet den Mann/ und wisset was er geredet hat.

12. Sie aber antworteten: das ist nit wahr: du aber vermelde es uns. Und er sprach zu ihnen: Diß und diß hat er zu mir gesagt/ und sprach: Diß sagt der HErr: Ich hab dich zum König gesalbet über Israel.

13. Da eyleten sie / und ein jeglicher nam seinen Mantel / und legten sie ihm unter die Füß in

a Jünger.

illi: Accinge lumbos tuos *a*, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad.

2. *b* Cumque veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat filii Namsi: & ingressus suscitabis *c* eum de medio fratrum *d* suorum, & introduces in interius cubiculum.

3. Tenénsque lenticulam olei, fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dominus: Unxi te regem super Israel. Aperiésque ostium, & fugies, & non ibi subsistes.

4. Abiit ergo adolescens puer *e* prophetæ in Ramoth Galaad,

I. 5. & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitûs sedebant, & ait: Verbum mihi ad te ô princeps. Dixítque Jehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: Ad te ô princeps.

6. Et surrexit & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput ejus, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Unxi te regem super populum Domini Israel,

7. & percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini, de manu Jezabel.

8. *f* Perdámque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum *g*, & novissimum *h* in Israel.

9. Et dabo domum Achab, sicut *i* domum Jeroboam filii Nabat, & sicut domum *k* Baasa filii Ahia.

10. Jezabel quoque comedent canes in agro Jezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuítque ostium & fugit.

11. Jehu autem egressus est ad servos domini sui: qui dixerunt ei: Recténe sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hominem, & quid locutus sit *l*.

12. At illi responderunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Unxi te regem super Israel.

13. Festinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub

pedi-

a i. para te ad iter.
b 3. Reg. 19. 16.
c surgere facies.
d i. sociorum.
e i. discipulus.
f 3. Reg. 21. 21.
g sc. in loco munito.
h sc. derelictum.
i 3. Reg. 15. 29.
k 3. Reg. 16. 3.
l sc. quid loqui soleat.

pedibus ejus, in ſimilitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnavit Jehu.

14. Conjuravit ergo Jehu filius Joſaphat filii Namſi contra Joram: *m* porrò Joram obſederat *n* Ramoth Galaad, ipſe & omnis Iſrael, contra Hazael regem Syriæ:

m Sup. 8. 28.
n ſc. ut recuperaret.

15. & reverſus fuerat ut curaretur in Jezrahel propter vulnera, quia percuſſerant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Jehu: Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de civitate, ne vadat, & nuntiet in Jezrahel.

16 Et aſcendit, & profectus eſt in Jezrahel: Joram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Juda deſcenderat ad viſitandum Joram.

17. Igitur ſpeculator, qui ſtabat ſuper turrim Jezrahel, vidit globum Jehu venientis, & ait: Video ego globum. Dixitque Joram: Tolle currum *o*, & mitte in occurſum eorum, & dicat vadens: Recténe ſunt omnia?

o 70. equitem.

18. Abiit ergo, qui aſcenderat currum, in occurſum ejus, & ait: Hæc dicit rex: Pacatáne ſunt omnia? Dixítque Jehu: Quid tibi & paci *p*? tranſi, & ſequere me. Nuntiavit quoque ſpeculator, dicens: Venit nuntius ad eos, & non revertitur.

p i. cum pace

19. Miſit etiam currum equorum ſecundum: venítque ad eos, & ait: Hæc dicit rex: Numquid pax eſt? Et ait Jehu: Quid tibi & paci? tranſi & ſequere me.

20. Nuntiavit autem ſpeculator, dicens: Venit uſque ad eos, & non revertitur: eſt autem inceſſus quaſi inceſſus Jehu filii Namſi, præceps *q* enim graditur.

q Heb. furioſè.

II. 21. Et ait Joram: Junge currum. Junxerúntque currum ejus, & egreſſus eſt Joram rex Iſrael, & Ochozias rex Juda, ſinguli in curribus ſuis, egreſſique ſunt in occurſum Jehu, & invenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ.

22. Cúmque vidiſſet Joram Jehu, dixit: Pax eſt Jehu? At ille reſpondit: Quæ pax? adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, & veneficia *r* ejus multa vigent.

r per iſta figuratè ſignificat idololatriam v. *Nahum.* 3. 4.

Geſtalt eines Richters⸗Stuls / und blieſen die Poſaunen / und ſprachen: Jehu iſt König worden.

14. Da verſchwur ſich Jehu / der Sohn Joſaphat / deß Sohns Namſi / mit ihnen wider Joram: aber Joram hatte Ramoth Galaad belägert / er und gantz Iſrael wider Hazael / den König in Syryen:

15. Und er war widerkommen / daß er ſich zu Jezrahel heylen lieſſe von den Wunden / dan die Syrer hatten ihn im Streit wider Hazael den König in Syrien verwundet. Und Jehu ſprach: Wan es euch gefällt / ſo ſoll niemand auß der Stadt entrinnen und flüchtig werden / damit er nit hingehe / und die Zeitungen Jezrahel bringe.

16. Und er ſaß auf / und zoge gen Jezrahel: dan Joram lag daſelbſt kranck / und Ochozias / der König Juda / war hinab kommen Joram zu beſuchen.

17. Und der Wächter / der auf dem Thurn zu Jezrahel ſtund ſahe Jehu mit ſeinem Hauffen kommen / und ſprach: Ich ſehe einen Hauffen. Da ſprach Joram: Nehm einen Wagen / und ſende ihnen entgegen / und der dahin ziehet / ſoll ſagen: Stehen alle Sachen wol?

18. Alſo zoge derſelbig hin der auf den Wagen geſtigen war / ihm entgegen / und ſprach: Diß ſagt der König: Seynd alle Ding im Friden: Und Jehu ſprach: Was gehet dich der Frid an? Ziehe vorüber / und folge mir. Das verkündigte der Wächter auch / und ſprach: Der Bott iſt zu ihnen kommen / er kommt aber nit zuruck.

19. Da ſchickte er auch einen andern Wagen mit Roſſen auß: der kam auch zu ihnen und ſprach: Diß ſagt der König: iſts auch Frid? Und Jehu ſprach: Was gehet dich der Frid an: Ziehe vorüber / und folge mir.

20. Das verkündigte der Wächter auch / und ſprach: Er iſt biß zu ihnen kommen / und kommt nit widerum: es iſt aber der Gang / als der Gang Jehu / deß Sohns Namſi / dan er ziehet geſchwind fort.

II. 21. Da ſprach Joram: Spanne den Wagen an: alſo fuhr Joram / der König Iſrael / herauß / und Ochozias / der König Juda / ein jeglicher auf ſeinem Waagen / und zogen hinauß dem Jehu entgegen / und traffen ihn an auf dem Acker Naboth deß Jezraheliten.

22. Und als Joram / den Jehu ſahe / ſprach er: Iſts auch Frid Jehu? Er aber antwortet: Was für Frid? deiner Mutter Jezabel Hurerey / und ihre vilfältige Zauberey / iſt noch im Schwang.

23. Da wandte Joram seine Hand um/ und gab sich auf die Flucht/ und sprach zu Ochozia: Es ist Verrätherey Ochozia.

24. Und Jehu spannete den Bogen mit der Hand/ und schoß Joram zwischen den Schultern: und der Pfeil gieng durch sein Hertz herauß/ und er fiel alsbald dahin.

25. U. Jehu sprach zu Badacer/ dem Obersten: Nehm ihn/ und wirff ihn auf den Acker Naboth deß Jezraheliten: dan ich gedencke noch/ da ich und du auf dem Wagen sassen/ und seinem Vatter Achab folgeten / daß der HErr disen Last auf ihn lude/ und sprach:

26. Wo ich dir nit für das Blut Naboth/ u. für das Blut seiner Kinder / das ich gestern gesehen hab/ spricht der HErr/ auf disen Acker widergelte/ das spricht der HErr. So nehm ihn nun / und wirff ihn auf den Acker/ nach dem Wort deß HErrn.

27. Als aber Ochozias/ der König Juda / diß sahe / flohe er durch den Weeg zum Hauß deß Gartens: und Jehu verfolgete ihn / und sprach: Erschlaget disen auch auf seinem Wagen. Und sie schlugen ihn im Auffgang Gaver/ der bey Jeblaam ist: und er flohe gen Mageddo / und starb daselbst.

28. Und seine Knecht legten ihn auf seinen Wagen / und führeten ihn gen Jerusalem: und begruben ihn in das Grab zu seinen Vättern in der Stadt Davids.

29. Im eylfften Jahr Joram / deß Sohns Achab/ regierte Ochozias über Juda.

III. 30. Und Jehu kam gen Jezrahel. Aber Jezabel/ da sie seinen Einzug hörete/ bestrich ihr Angesicht mit Schminck / und schmuckte ihr Haubt / und sahe zum Finster hinauß/

31. Jehu zum Thor hinein ziehen / und sprach: Kan es dem Zambri auch wohlgehen / der seinen Herrn erwürget hat?

32. Da hub Jehu sein Angesicht zum Fenster auf/ und sprach: Wer ist dise? Da neigeten sich zween oder drey Kammerdiener gegen ihm:

33. Er aber sprach zu ihnen: Stürtzet sie von oben herab/ und sie stürtzten sie herab / und die Wand ward mit Blut besprenget/ und die Pferd zertratten sie mit ihren Füssen.

34. Als er nun hinein gezogen war zu essen und zutrincken/ sprach er: Gehet hin/ und sehet nach dem verfluchten Weib/ und begrabet sie: dan sie ist eines Königs Tochter:

35. Und als sie hingiengen sie zu begraben / fun-

23. Convertit autem Joram manum *s* suam, & fugiens ait ad Ochoziam: Insidiæ Ochozia.

s q. d. habenas.

24. Porrò Jehu tetendit arcum manu, & percussit Joram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor ejus, statímque corruit in curru suo.

25. Dixítque Jehu ad Badacer ducem: Tolle, projice eum in agro Naboth Jezrahelitæ: memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quod Dominus onus *t* hoc levaverit super eum, dicens:

t i. vaticinium de punitione.

26. *u* Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum juxta verbum Domini.

u 3. Reg. 21. 22.

27. Ochozias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam *x* domûs horti: persecutúsque est eum Jehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru suo: & percusserunt eum in ascensu Gaver, qui est juxta Jeblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi.

x i secretiorem.

28. Et imposuerunt eum servi ejus super currum suum, & tulerunt in Jerusalem: sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in Civitate David.

29. Anno undecimo Joram filii Achab, regnavit *y* Ochozias super Judam,

y i. regni particeps est effectus à patre morbo laborante: quo tandem mortuo, ipse in regnum successit, ann. 12. Jorami istius, 4. Reg. 8. 24

III. 30. venítque Jehu in Jezrahel. Porrò Jezabel, introitu ejus audito, depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram

31. ingredientem Jehu per portam, & ait: *z* Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit Dominum suum?

z 3. Reg. 16. 10.

32. Levavítque Jehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quæ est ista? & inclinaverunt se ad eum duo, vel tres eunuchi.

33. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum: & præcipitaverunt eam, aspersúsque est sanguine paries, & equorum ungulæ conculcaverunt eam.

34. Cúmque introgressus esset, ut comederet, biberétque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est.

35. Cúmque issent ut sepelirent eam,

non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus *a*.

a Chald. manuum extremitates.

36. Reversique nuntiaverunt ei. Et ait Jehu: *b* Sermo Domini est, quem locutus est per servum suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel,

b Reg. 21. 23.

37. & erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine est illa Jezabel?

CAPUT X.

I. Jehu 70. filios Achab & 42. fratres Ochoziæ necat, totámque Achab progeniem delet, 1.
II. Sacerdotes Baal callidè convocatos occidit, exustâ illius statuâ, & templo in cloacam verso; 18
III. Sed propter peccata Jehu cæsus est Israel ab Hazael: mortuo Iehu, succedit filius ejus Ioachaz. 31.

Eodem Anno M. 3120. Ant. Chr. 884.

1. ERant autem Achab septuaginta filii in Samaria: Scripsit *a* ergo Jehu litteras, & misit in Samariam, ad optimates civitatis, & ad majores natu, & ad nutritios Achab, dicens:

a sc. tentans illorum animos

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma,

3. eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer *b*, & dixerunt: Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quo modo nos valebimus resistere?

b territi hac belli denuntiatione

5. Miserunt ergo præpositi domûs, & præfecti civitatis, & majores natu, & nutritii, ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcumque jusseris, faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcumque tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundò, dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eâdem horâ cras in Jezrahel. Porrò filii regis, septuaginta viri apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cúmque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrahel.

den sie nichts / als den Haubtschedel / und die Füß / und das Obertheil der Händen.

36. Da kamen sie wider / und zeigeten ihm solches an. Und Jehu sprach: Es ist deß HErrn Wort / das er durch seinen Knecht Eliam / den Thesbiter / geredt hat / da er sprach: Auf dem Acker Jezrahel sollen die Hund der Jezabel Fleisch fressen.

37. Und das Fleisch Jezabel soll auf dem Acker Jezrahel wie Koth auf dem Angesicht der Erden ligen / dergestalt / daß die / so vorüber gehen / sagen sollen: Ist diß die Jezabel?

Das X. Capitel.

I. Jehu befihlt auch die 42. Vetter deß Ochozia / samt den 70. Söhnen Achabs / und gantzen Geschlecht zu tödten / 1.
II. Eben dises thut er durch List allen Baals-Priestern / anbettet doch die guldene Kälber / 18.
III. Derwegen wird vom Hazael Israel geschlagen; Jehu stirbt / und regiert nach ihm sein Sohn Joachaz / 31.

1. AChab aber hatte sibentzig Söhn zu Samaria: da schribe Jehu einen Brief / und sandte denselbigen gen Samaria an die Vornehmste und Elteste der Stadt / und an die Pflegvätter Achabs und sprach:

2. Wan ihr disen Brief empfangen werdet / die ihr euers Herrn Söhn / und Wagen und Roß / und die feste Städt / und Rüstung in eueren Händen habt /

3. So erwöhlet von Stund an einen / der der Beste ist / und der euch gefällt auß den Söhnen eures Herrn und setzt denselben auf seines Vatters Thron / und streittet für das Hauß euers Herrn.

4. Aber sie furchten sich sehr / und sprachen: Sihe / die zween König haben vor ihm nit stehen können / wie sollen wir ihm dan Widerstand thun mögen.

5. Und die über das Hauß gesetzt waren / und über die Stadt / samt den Eltesten und Pflegvättern / sandten zu Jehu / und sprachen: Wir seynd deine Knecht / und wollen alles thun / was du befehlen wirst / wir wollen keinen König über uns setzen: thue du alles / was dir gefällt.

6. Da schrib er zum andernmal einen Brief an sie und sprach: Im Fall ihr mein seyd / und mir Gehorsam leistet / so nehmet die Häubter der Söhn euers Herrn / und kommet morgen gleich um dise Stund zu mir gen Jezrahel. Aber die Söhn deß Königs / sibentzig Männer / wurden von den Vornehmsten der Stadt auferzogen.

7. Da nun diser Brief an sie kommen war / nahmen sie die Söhn deß Königs / und brachten die sibentzig Männer um / und legten ihre Häubter in Körb / und schickten sie zu ihm gen Jezrahel.

8. Es kam aber ein Bott/ der zeigte es ihm an/ und sprach: Sie haben die Häubter der Söhnen deß Königs hergebracht. Er antwortet: Leget sie am Eingang deß Thors auf zween Hauffen biß morgen.

9. Da es nun morgen ward / gieng er herauß / stund allda/ und sprach zu allem Volck: Ihr seyd gerecht: So ich wider meinen Herrn einen Bund geschworen/ und ihn erschlagen hab / wer hat dan dise alle erschlagen?

10. Derwegen erkennet nun/ daß nichts auf die Erden gefallen ist von den Worten deß HErrn/ die der HErr über das Hauß Achabs geredet hat. Und der HErr hat gethan/ was er durch die Hand seines Knechts Eliä geredet hat.

11. Also erschlug Jehu alle die / welche vom Hauß Achab/ zu Jezrahel übrig waren / und alle seine Vornehmste und Verwandte / und Priester / biß daß keine mehr von ihm übrig waren.

12. Und er machte sich auf/ und kam gen Samaria: und als er unter Weeg zum Hauß der Hirten kam/

13. Fand er die Brüder Ochoziä / deß Königs Juda/ und sprach zu ihnen: Wer seyd ihr? Sie antworteten: Wir seynd Ochoziä Brüder / und seynd herab kommen die Söhn deß Königs / und der Königin Söhn zu begrüssen:

14. Und er sprach: Greiffet sie lebendig. Und sie griffen sie lebendig / und erwürgeten sie an dem Brunnen bey dem Hirten-Hauß/ zwey und viertzig Männer / und ließ keinen von ihnen übrig bleiben.

15. Und als er von dannen zoge/ fand er Jonadab/ den Sohn Rechab/ der ihm entgegen kam: und er seegnete ihn / und sprach zu ihm: Ist dein Hertz auch aufrichtig/ wie mein Hertz gegen deinem Hertzen ist? U. Jonadab sprach: Ja. Er antwortete: Ist dem also/ so gib mir deine Hand. Und er gab ihm seine Hand. Er aber hub ihn zu sich auf den Wagē/

16. Und sprach zu ihm: Komm mit mir und sihe meinen Eyfer für den HErrn. Also setzte er ihn auf seinen Wagen/

17. Und führete ihn gen Samaria: und erschlug alle/ die zu Samaria von Achab noch übrig waren/ biß auf den letzten nach dem Wort deß HErrn / das er durch Eliam geredet hatte.

II. 18. Und Jehu versamlete das gantze Volck/ und sprach zu ihnen: Achab hat dem Baal ein wenig gedienet/ aber ich wil ihm vil mehr dienen.

19. Derwegen ruffet zu mir alle Propheten Baals/ und alle seine Diener/ auch alle seine Prie-

8. Venit autem nuntius, & indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum portæ usque manè.

9. Cúmque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum: Justi *c* estis: si ego conjuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit *d* omnes hos?

c Chald. innoxii.

d q. d. omnia facta sunt ex voluntate Domini.

10. *e* Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

e 3. *Reg.* 21. 29.

11. Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, & universos optimates ejus, & notos *f*, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

f Chald. propinquos

12. Et surrexit, & venit in Samariam: cúmque venisset ad Cameram pastorum in via,

13. invenit fratres Ochoziæ regis Juda, dixítque ad eos: Quinam estis vos? Qui responderunt: Fratres Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ.

14. Qui ait: Comprehendite eos vivos, quos cum comprehendissent vivos jugulaverunt eos in cisterna juxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quemquam.

15. Cúmque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab *g* in occursum sibi, & benedixit *h* ei. Et ait ad eum: Numquid est cor tuum rectum *i*, sicut cor meum cū corde tuo? Et ait Jonadab: Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manū suam. At ille levavit eum ad se in currum:

g Rechabitarum institutorem. *Jerem.* 35.

h i. salutavit

i sc. erga me.

16. dixítque ad eum: Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo,

17. duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad unum, juxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam.

II. 18. Congregavit ergo Jehu omnem populum, & dixit ad eos: *k* Achab coluit Baal parum, ego autē colam eum amplius.

k 3. *Reg.* 16. 31.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & universos servos ejus, & cunctos sacer-

dotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicumque defuerit, non vivet. Porrò Jehu faciebat hoc insidiosè *l*, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit: Sanctificate *m* diem solemnem Baal. Vocavítque,

21. & misit in universos terminos Israel, & venerunt cuncti servi Baal: non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo usque ad summum *n*.


40. Aber Jonathans Sohn war Meribbaal / und Meribbaal zeugete Micha:

41. Die Kinder Micha waren Phithon / und Melech / und Tharaa/ und Ahaz.

42. Ahaz aber zeugete Jara / und Jara zeugete Alamath / und Azmoth/ und Zamri: Zamri aber zeugete Moſa:

43. Moſa aber zeugete Banaa: deſſen Sohn Raphaia zeugete Elaſa / von welchem Aſel gebohren iſt.

rabantur, & veniebant in ſabbatis ſuis de tempore uſque ad tempus.

26. His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum, & erant ſuper exedras *k*, & theſauros domûs Domini.

k i. cubicula.

27. Per gyrum quoque templi Domini morabantur in cuſtodiis ſuis: ut cùm tempus fuiſſet, ipſi manè aperirent fores.

28. De horum genere erant & ſuper vaſa miniſterii: ad numerum enim & inferebantur vaſa, & efferebantur.

29. De ipſis & qui credita habebant utenſilia ſanctuarii, præerant ſimilæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus.

30. Filii autem ſacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant.

31. Et Mathathias Levites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus erat eorum, quæ in ſartagine frigebantur.

32. Porrò de filiis Caath fratribus eorum, ſuper panes erant propoſitionis, ut ſemper novos per ſingula ſabbata præpararent.

33. Hi ſunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in exedris *l* morabantur, ut die ac nocte jugiter ſuo miniſterio deſervirent.

l ſc. in locis deputatis, ubi Pſalmi, & hymni publicè decantarentur populúmque inſtruerent: poſteà paſtophoria & Synagogas vocaverunt.

34. Capita Levitarum, per familias ſuas principes, manſerunt in Jeruſalem.

35. In *m* Gabaon autem commorati ſunt pater Gabaon Jehiel, & nomen uxoris ejus Maacha.

m Sup. 8. 29.

36. Filius primogenitus ejus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab,

37. Gedor quoq; & Ahio, & Zacharias, & Macelloth.

38. Porrò Macelloth genuit Samaan: iſti habitaverunt è regione fratrum ſuorum in Jeruſalem, cum fratribus ſuis.

III. 39. *n* Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Jonathan, & Melchiſua, & Abinadab, & Esbaal.

n Sup. 8. 33.

40. Filius autem Jonathan, Meribbaal *o*: & Meribbaal genuit Micha.

o Qui & Miphiboſeth. 2. Reg. 4. 4.

41. Porrò filii Micha: Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz.

42. Ahaz autem genuit Jara, & Jara *p* genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Moſa.

p ſupra c. 8. v. 3. dictus Joada.

43. Moſa verò genuit Banaa: cujus filius Raphaia, genuit Elaſa: de quo ortus eſt Aſel.

44. Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan: hi sunt filii Asel.

CAPUT X.

I. Saul propter varias iniquitates à Philisthæis occiditur cum filiis; 1.
II. Ejus capite à Philisthæis amputato, 8.
III. Reliquum corpus cum filiis sepelitur à viris Jabes Galaad.

1.Reg.31.1 1. PHilisthiim autem pugnabant contra Israel, fugeruntque viri Israel Palæsthinos *a*, & ceciderunt vulnerati in monte Gelboe.

a sc. Philisthæos.

b Anno M. 2949. Ant. Chr. 1055.

2. Cúmque appropinquâssent *b* Philisthæi persequentes Saul, & filios ejus, percusserunt Jonathan, & Abinadab, & Melchisua, filios Saul.

3. Et aggravatum est prælium contra Saul, inveneruntque eum sagittarii, & vulneraverunt jaculis.

4. Et dixit Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & interfice me: ne forte veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger ejus hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum.

5. Quod cùm vidisset armiger ejus, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est.

6. Interiit ergo Saul, & tres filii ejus, & omnis domus illius *c* pariter concidit.

c i. quoad regnum & majestatem.

7. Quod cùm vidissent viri Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt: &, Saul ac filiis ejus mortuis, dereliquerunt urbes suas, & huc illucque dispersi sunt: veneruntque Philisthiim, & habitaverunt in eis.

II. 8. Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorum, invenerunt Saul, & filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Cumque spoliassent eum, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, & ostenderetur idolorum *d* templis, & populis:

d tanquam nobilissimũ spolium ope idolorum relatũ. *Tirin.*

10. arma autem ejus consecraverunt in fano dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon.

III 11. Hoc cùm audissent viri Jabes Galaad, Omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul,

44. Asel aber hatte sechs Söhn mit disen Namen: Ezricam Bocru / Ismahel / Saria / Obdia / Hanan: dise seynd die Söhn Asel.

Das X. Capitel.

I. Saul wird mit seinen Söhnen wegen seiner Sünden im Streit erschlagen / 1.
II. Sein Haubt wird neben den Waffen ins Dagons Tempel aufgehenckt / 8.
III. Die von Jabes begraben ihn samt den Söhnen / 11.

1. ABer die Philisther stritten wider Israel und die Männer Israel flohen vor den Philisthern / und fielen und wurden erschlagen auf dem Berg Gelboe.

2. Und als die Philisther heran trungen / und den Saul samt seinen Söhnen verfolgeten / erschlugen sie Jonathan / und Abinadab / und Melchisua / die Söhn Sauls.

3. Und der Streit gieng hart wider Saul / und die Schützen traffen ihn an / und verwundeten ihn mit Pfeilen.

4. Da sprach Saul zu seinem Waffentrager: Ziehe dein Schwerdt auß / u tödte mich / damit villeicht dise Unbeschnittene nit kommen / und ihren Spott mit mir treiben. Aber sein Waffentrager wolte das nit thun / dan er war sehr erschrocken. Also ergriffe Saul ein Schwert / und fiel darein.

5. Da das sein Waffentrager sahe / nemlich / daß Saul todt war / fiel er auch in sein Schwerdt / und starb.

6. Also kam Saul umbs Leben / und seine drey Söhn / und sein gantz Hauß fiel auf einmal zu Bodẽ.

7. Da solches die Männer Israel sahen / die im flachen Land wohneten / flohen sie davon: und als Saul und seine Söhn todt waren / verliessen sie ihre Stădt und wurden hin und her zerstreuet: und die Philisther kamen / und wohneten darinnen.

II. 8. Und am folgenden Tag / da die Philisther die Erschlagene außzohen / funden sie Saul und seine Söhn auf dem Berg Gelboe ligen.

9. Und nachdem sie ihn außgezohen hatten / hieben sie ihm das Haupt ab / zohen ihm auch die Rüstung auß / und schickten sie in ihr Land / daß es herumb getragen / und in den Templen der Abgöttern / und sonst dem Volck gezeiget wurde.

10. Aber seine Waffen opfferten sie in das Hauß ihres Gottes / und heffteten sein Haubt an im Tempel Dagons.

III. 11. Da das die Männer zu Jabes Galaad höreten / nemlich alles / was die Philisther mit Saul gethan hatten /

12. Machten ſich alle tapffere Männer auf und nahmen die todte Leichnam Saul und ſeiner Söhnen hinweg / und brachten ſie gen Jabes / und begruben ihr Gebein unter den Eichbaum / der zu Jabes war / und faſteten ſiben Tag lang.

13. Alſo ſtarb Saul um ſeiner Miſſethat willen / dieweil er deß HErrn Gebott hat übertretten / das er ihm befohlen hatte / und hat daſſelbig nit gehalten: ja er hat auch über das die Warſagerin gefraget /

14. Und ſeine Hoffnung auf den HErrn nit geſetzt: darum hat er ihn getödtet / und ſein Reich auf David / den Sohn Iſai / gebracht.

Das XI. Capitel.

I. David wird zum König geſalbt und nimmt die Burg Sion ein / 1.

II. Seine Helden / und ihre herrliche Thaten / 10.

III. David wil das mitten durch die Feind hergebrachte Waſſer von Bethlehem nit trincken / 17.

1. DA verſammlete ſich gantz Iſrael zu David gen Hebron und ſprach: Wir ſeynd dein Bein / und dein Fleiſch.

2. Auch geſtern und vorgeſtern / da Saul noch regierte / wareſt du derſelbig / der Iſrael außführte und einführete: dan der HErr dein GOtt hat zu dir geſagt: Du ſolſt mein Volck Iſrael weiden / und du ſolſt ein Fürſt über daſſelbig ſeyn.

3. Alſo kamen alle Aelteſte in Iſrael zum König gen Hebron: und David richtete einen Bund mit ihnen auf vor dem HERRN: und ſie ſalbeten ihn zum König über Iſrael nach dem Wort deß HErrn / ſo er durch Samuel geredet hat.

4. Da zoge David und gantz Iſrael gen Jeruſalem: diſe iſt Jebus / da die Jebuſiter waren / ſo das Land bewohneten.

5. Und die Innwohner Jebus ſprachen zu David: Du ſolſt nit herein kommen. Aber David nahm die Burg Sion ein / diſe iſt Davids Stadt:

6. Und er ſprach: Wer die Jebuſiter am erſten ſchlagen wird / der ſol ein Fürſt und Heerführer ſeyn. Alſo zoge Joab / der Sohn Saruiä / zum erſten hinan / und ward zum Fürſten.

7. Aber David wohnete auf der Burg / und darum ward ſie die Stadt Davids genannt.

8. Und er bauete die Stadt umher von Mello an rings herum: aber Joab bauete das übrig der Stadt.

12. conſurrexerunt ſinguli virorum fortium, & tulerunt cadavera Saul & filiorum ejus: attuleruntque ea in Jabes, & ſepelierunt oſſa eorum ſubter quercum *e*, quæ erat in Jabes, & jejunaverunt *f* ſeptem diebus.

13. Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eò quòd prævaricatus ſit *g* mandatum Domini quod præceperat, & non cuſtodierit illud: ſed *h* inſuper etiam pythoniſſam conſuluerit,

14. nec ſperaverit in Domino: propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnum ejus ad David filium Iſai.

CAPUT XI.

I. Unctus David in regem, devictis Jebuſæis habitat in Jeruſalem, 1.

II. Ejus ſtrenuiſſimi milites, quorum heroica geſta narrantur: 10.

III. Noluit deſideratam bibere aquam, cum fortium ſuorum periculo allatam. 17.

1. CONgregatus eſt igitur omnis Iſrael ad David in Hebron, dicens: Os tuum ſumus, & caro tua.

2. Heri quoque, & nudiustertius, cùm adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas, & introducebas *a* Iſrael: tibi enim dixit Dominus Deus tuus: Tu paſces *b* populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum.

3. Venerunt ergo omnes majores natu Iſrael ad regem in Hebron, & iniit David cum eis fœdus coram Domino: unxeruntque eum regem *c* ſuper Iſrael, juxta ſermonem Domini, quem locutus eſt in manu Samuel.

4. Abiit quoque David, & omnis Iſrael in Jeruſalem. *c* Hæc eſt Jebus, ubi erant Jebuſæi habitatores terræ.

5. Dixeruntque qui habitabant in Jebus ad David: Non ingredieris huc. Porrò David cepit arcem Sion, quæ eſt Civitas David,

6. Dixitque: Omnis qui percuſſerit Jebuſæum in primis *d*, erit princeps & dux *e*. Aſcendit igitur primus Joab filius Saruiæ, & factus eſt princeps.

7. Habitavit autem David in arce, & idcirco appellata eſt Civitas David.

8. Ædificavitque urbem *f* in circuitu à Mello uſque ad gyrum, Joab autem reliqua urbis extruxit.

e ſc. inſignem.
f ſc. pro animabus eorum.
g *Exod.* 17. 14. 1. *Reg.* 15. 3.
h 1. *Reg.* 28. 8.
2 *Reg.* 5. 1. Anno M. 2956.
a ſc. ut dux belli.
b i. reges & diriges.
c 2. *Reg.* 5. 6.
Anno M. 2957. Ant. Chr. 1047.
d i. primus
e ſc. exercitus mei.
f Anno M. 2958.

9. Proficiebátque David vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo.

II. 10. *g* Hi principes virorum fortium *h* David qui adjuverunt eum ut rex fieret super omnem Israel juxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel.

11. Et iste numerus robustorum David: Jesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste levavit hastam suam super trecentos vulneratos *i* unâ vice.

12. Et post eum Eleazar filius patrui *k* ejus Ahohites, qui erat inter tres potentes.

13. Iste fuit cum David in Phesdomim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo *l*, fugerátque populus à facie Philisthinorum.

14. Hi steterunt in medio agri, & defenderunt eum: cumque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo.

15. Descenderunt *m* autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat David, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle Raphaïm.

16. *n* Porrò David erat in præsidio *o*, & statio Philisthinorum in Bethlehem.

III. 17. Desideravit igitur David, & dixit: O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlehem, quæ est in porta.

18. Tres ergo isti per media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad David ut biberet: qui noluit, sed magis libavit *p* illam Domino,

19. dicens: Absit ut in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi.

20. Abisai quoque frater Joab ipse erat princeps trium *q*, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus,

21. & inter tres secundos inclytus, & princeps eorum: verumtamen usque ad tres primos non pervenerat.

g 2. Reg. 23. 8.
h Fortes, & robusti Davidis significant allegorice Christi Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines.
i alii, occisos, quos sc. occiderat.
k Hebr. Dodo, fortè nomen proprium.
l & lenticula ut dicitur 2. Reg. 23. 11.
m 2. Reg. 23. 14.
n 2. Reg. 23. 14.
o sc. arce, in quam se solebat recipere.
p i. obtulit. effundendo.
q sc. aliorum à proximè dictis.

9. Und David nahm zu / gieng fort / und wuchs / und der HErr der Heerschaaren war mit ihm.

II. 10. Diß seynd die Obersten unter den starcken Helden Davids / die ihm geholffen haben / daß er über gantz Israel König wurd / nach dem Wort deß HErrn / das er zu Israel geredet hat:

11. Und diß ist die Zahl der Helden Davids: Jesbaam / der Sohn Hachamoni / der Vornehmste unter dreyssigen: diser hube seinen Spieß auf über drey hundert / die er auf einmal erschlug.

12. Und nach ihm Eleazar / seines Vatters Bruders Sohn / der Ahohiter / der unter den dreyen Gewaltigen war.

13. Diser war mit David zu Pheßdomim / da die Philisther an demseben Ort zum Streit versamlet waren: und der Acker diser Gegend war voll Gersten / und das Volck war geflohen vor dem Angesicht der Philisther.

14. Da stunden dise mitten auf dem Acker / und erhielten ihn: u. sie schlugen die Philisther / und der HErr ließ seinem Volck groß Heyl widerfahren.

15. Und drey von den dreyssig Vornehmsten zogen hinab zu dem Felsen / da David war / zu der Höhl Odollam / als die Philisther im Thal Raphaim ihr Lager geschlagen hatten.

16. Aber David war in der Vestung / der Philisther Besatzung lag zu Bethlehem.

III. 17. Und David verlangte / und sprach: O daß mir jemand vom Wasser auß dem Brunnen am Thor zu Bethlehem gebe!

18. Da zogen dise drey mitten durchs Lager der Philisther / und schöpfften Wasser auß dem Brunnen zu Bethlehem / der am Thor war / und brachtens dem David zu trincken / und er wolte es nit / sondern opfferte es vil mehr dem HErrn /

19. Und sprach: Weit sey von mir / daß ich solches thun sol vor dem Angesicht meines GOttes / und diser Männer Blut trincken: dan sie haben mit Gefahr ihrer Seelen diß Wasser zu mir gebracht. Und um der Ursach willen wolte ers nit trincken: diß thäten die drey Stärckeste.

20. Auch war Abisai / der Bruder Joabs / der Vornehmste unter dreyen: diser hub seinen Spieß auf wider dreyhundert / die er schlug / und war unter dreyen der Namhafftigste.

21. Unter den andern dreyen war er herrlich / und war ihr Oberster: aber er kam nit an die drey erste.

22. Banaias / der Sohn Joiadå eines überauß starcken Manns von Cabseel / der vil Thaten begangen hatte : er schlug zween / die stårckeste der Moabiter: auch zoge er hinab/u. schlug einen Löwen mitten in der Cistern/zu der Zeit/da Schnee lag.

23. Er schlug auch einen Egyptischen Mann / der fünff Elen hoch war / und hatte einen Spieß gleich einem Weberbaum: zu dem gieng er hinab mit einem Stecken / und nam ihm mit Gewalt den Spieß/ den er in der Hand hatte/ und erschlug ihn mit seinem eigenen Spieß.

24. Diß thåte Banaias/ der Sohn Joiadå/ der unter dreyen Helden der Namhafftigste war /

25. Unter dreyssigen der Erste / aber an die drey ist er nit kommen : und David verordnete ihn zu seinem geheimen Rath.

26. Aber die allerstårckeste Månner im Heer waren / Asael / der Bruder Joab / und Elchanan/ seines Vatters Bruders Sohn/von Bethlehem:

27. Sammoth / der Aroriter / Helles / der Phaloniter.

28. Ira Acces Sohn / der Thecuiter/ Abiezer/ der Anathothiter /

29. Sobbochai / der Husathiter / Ilai der Ahohiter /

30. Maharai / der Netophathiter / Heled / der Sohn Baana / der Netophathiter :

31. Ethai / der Sohn Ribai / von Gabaath der Kinder Benjamin/ Banaia / der Pharatoniter/

32. Hurai / vom Bach Gaas / Abiel / der Arbathiter / Azmoth / der Bauramiter / Eliaba/ der Salaboniter.

33. Die Söhn Assem deß Gezoniters/Jonathan/ der Sohn Sage/ der Arariter/

34. Ahiam / der Sohn Sachar/der Arariter /

35. Eliphal/ der Sohn Ur/

36. Hepher/der Mecherathiter/ Ahia/ der Pheloniter /

37. Hesro/ der Carmeliter/ Naarai/ der Sohn Asbai :

38. Joel / der Bruder Nathan/ Mibahar/ der Sohn Agarai/

39. Selec / der Ammoniter/ Naari / der Berothiter/Joabs deß Sohns Saruiå Waffentrager:

40. Ira der Jethriter / Gareb der Jethriter /

41. Urias der Hethiter: Zabad/der Sohn Oholi :

42. Adina / der Sohn Siza/ der Rubeniter/ein Oberster der Rubeniter / und dreyssig mit ihm :

43. Hanan/der Sohn Maacha/ und Josaphat/ der Mathaniter /

44. Ozia / der Astarothiter / Samma und Jehiel die Söhn Hotham deß Aroriters:

22. Banaias filius Joiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel *r* Moab *s*: & ipse descendit, & interfecit leonem *t* in media cisterna *u* tempore nivis *x*.

23. Et ipse percussit virum Ægyptium, cujus statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam ut liciatorium texentium: descendit igitur ad eum cum virga *y*, & rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hastâ suâ.

24. Hæc fecit Banaias filius Joiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus,

25. inter triginta primus, verumtamen ad tres usque non pervenerat: posuit autem eum David ad auriculam suam *z*.

26. Porrò fortissimi viri in exercitu, Asael frater Joab, & Elchanan filius patrui ejus de Bethlehem,

27. Sammoth Arorites, Helles Phalonites,

28. Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites,

29. Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites,

30. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites,

31. Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin, Banaia Pharatonites,

32. Hurai de Torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites.

33. Filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites,

34. Ahiam filius Sachar Ararites,

35. Eliphal filius Ur,

36. Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites,

37. Hesro Carmelites, Naarai filius Asbai,

38. Joel frater Nathan, Mibahar filius Agarai.

39. Selec Ammonites, Naarai Berothites armiger Joab filii Saruiæ.

40. Ira Jethræus, Gareb Jethræus,

41. Urias Hethæus, Zabad filius Oholi,

42. Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta:

43. Hanan filius Maacha, & Josaphat Mathanites,

44. Ozia Astarothites, Samma, & Jehiel filii Hotham Arorites,

45.

r duos leones veros & naturales ut volunt multi, vel duos potentissimos duces, ut volunt S. Hieronym. Liranus.
s sc. Moabitas.
t tertius leo certè naturalis & verus fuit.
u i. fovea.
x sc. quo leones sunt ferocissimi.
y i. baculo.
z i. consiliarium suum.

45. Jedihel filius Samri, & Joha frater ejus Thosaites,

46. Eliel Mahumites, & Jeribai, & Josaia filii Elnaem, & Jethma Moabites, Eliel, & Obed, & Jasiel de Masobia.

CAPUT XII.

I. Nomina fidelium servorum David, qui eum secuti fuerant, cùm Saulem fugeret. 1.

II. Eorum qui venerant, ut eum in regem facerent in Hebron. 23.

1. HI quoque venerunt ad David in Siceleg, cùm *a* adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant fortissimi & egregii pugnatores.

a 1. Reg. 27. 2. Anno M. 2948. Ant. Chr. 1056.

2. tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa jacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus *b* Saul ex Benjamin.

b i. cognatis.

3. Princeps Ahiezer, & Joas filii Samaa, Gabaathites, & Jaziel, & Phallet filii Azmoth, & Baracha, & Jehu Anathotites.

4. Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Jeremias, & Jeheziel, & Johanan, & Jezabad Gaderothites:

5. Et Eluzai & Jerimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia Haruphites.

6. Elcana, & Jesia, & Azareel, & Joezer, & Jesbaam de Carehim *c*:

c Hebr. & 70. Coritæ i. de familia Core.

7. Joela quoque, & Zabadia filii Jeroham de Gedor.

8. Sed & de Gaddi transfugerunt ad David, cùm lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeũ & hastam: eorũ facies quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus:

9. Ezer princeps, Obdias secundus, Eliab tertius,

10. Masmana quartus, Jeremias quint⁹

11. Ethi sextus, Eliel septimus,

12. Johanan octavus, Elzebad nonus,

13. Jeremias decimus, Machbanai undecimus.

14. hi de filiis Gad principes exercitus: novissimus centum militibus præerat, & maximus, mille *d*.

d q. d. duces minores centum militibus, maiores mille præerant.

15. Isti sunt qui transierunt Jordanem, mense primo, quando inundare consuevit super ripas suas: & omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam, & occidentalem.

45. Jedihel/ der Sohn Samri/ und Joha sein Bruder/ der Thosaiter.

46. Eliel der Mahumiter/ und Jeribai/ und Josaia die Söhn Elnaem/ und Jethma der Moabiter/ Eliel und Obed/ und Jasiel von Masobia.

Das XII. Capitel.

I. Die Namen deren/ so dem David beygestanden/ als er vom Saul geflohen/ 1.

II. Auch deren Obersten aus allen Stämmen/ so ihn zu Hebron zum König gemacht/ 23.

1. DIse kamen auch zu David gen Siceleg/ da er noch für Saul dem Sohn Cis flohe/ und sie waren sehr mannhaffte und außbündige Kriegsleut/

2. Geschickt/ den Bogen zu spannen/ und aus den Schlingen mit beyden Händen Stein zu werffen/ und die Pfeil zu richten: von den Brüdern Saul aus Benjamin.

3. Der Oberst Ahiezer/ und Joas/ die Söhn Samaa/ deß Gabaathiters/ und Jaziel/ und Phallet/ die Söhn Azmoth/ und Baracha und Jehu der Anathotiter.

4. Auch Samaias/ der Gabaoniter/ der allerstärckeste unter dreyßigen/ und über dreyßig. Jeremias/ und Jeheziel/ und Johanan/ und Jezabad/ der Gaderothiter.

5. Und Eluzai und Jerimuth/ und Baalia/ und Samaria und Saphatia/ der Haruphiter.

6. Elcana/ und Jesia/ und Azareel/ und Joezer/ und Jesbaam von Carehim.

7. Auch Joela und Zabadia/ die Söhn Jeroham von Gedor.

8. Es flohen auch hinüber zu David/ da er sich verborgen hielt in der Wüst/ von Gaddi sehr starcke Männer/ die allerbeste Kriegsleut/ die Schild und Spieß trugen: ihr Angesicht war/ wie eines Löwen Angesicht/ und waren schnell/ wie die Reh auf den Bergen.

9. Ezer der vornehmste/ Obdias der ander/ Eliab der dritte/

10. Masmana der vierdte/ Jeremias der fünffte:

11. Ethi der sechste/ Eliel der sibende:

12. Johanan der achte/ Elzebad der neundte/

13. Jeremias der zehende/ Machbanai der eilffte.

14. Dise waren von den Kindern Gad Obersten im Heer/ der geringste war über hundert Kriegsleut gesetzt/ der meiste über tausend.

15. Dise seynd welche über den Jordan zogen im ersten Monat/ wan er pflegt außzulauffen über sein Ufer: und sie verjagten alle/ die in den Thäler wohneten/ gegen Aufgang/ und Nidergang.

16.

16. Es kamen aber auch etliche von Benjamin/ und von Juda zu der Festung / darin David sich aufhielt.

17. Und David gieng heraus ihnen entgegen/ und sprach: Wan ihr fridlich zu mir kommen seyd/ mir Beystand zu leisten/ so soll sich mein Hertz mit euch vereinigen: wan ihr mir aber mit List nachstellet/ und seyd auf meiner Feindē Seiten/ da ich doch keine Ungerechtigkeit in meinē Händen hab / so sehe der GOtt unser Vätter darein/ und urtheile.

18. Aber der Geist nahm Amasai ein/ den vornehmsten unter dreyßigen / und er sprach: Wir seynd dein/ O David/ mit dir seynd wir/ du Sohn Isai: Frid/ Frid sey mit dir/ und Frid sey mit deinen Helffern: dan dein GOtt stehet dir bey. Also nahm sie David an/ und setzte sie zu Obersten über die Schaaren.

19. Und es fielen auch etliche von Manasse zu David/ da er mit den Philisthern kam wider Saul zu streiten: und er stritte nit mit ihnen: dan die Fürsten der Philisther sandtē ihn nach gehaltenem Rath widerum zuruck / und sprachen: Er wird sich mit Gefahr unser Häubter zu seinem Herrn Saul widerum wenden.

20. Derwegen als er widerum zoge gen Siceleg/ fielen zu ihm von Manasse Ednas und Jozabad/ und Jedihel/ und Michael/ und Ednas / und Jozabad / und Eliu / und Salathi / die Obersten über tausend waren in Manasse.

21. Dise leisteten dem David Hülff wider die streiffende Kriegsleuth : dan sie waren alle sehr tapffere Männer/ und seynd zu Obersten im Heer worden.

22. Es kamen auch alle Tag etliche zu David / ihm zu helffen/ biß ihrer eine grosse Anzahl wurd/ gleichwie ein Heer Gottes.

II. 23. Diß ist auch die Zahl der Obersten deß Heers/ welche zu David kamen/ da er zu Hebron war/ das Königreich Saul nach dem Wort deß HErrn auf ihn zu bringen.

24. Von den Kindern Juda / die Schild und Spieß trugen/ sechs tausend/ und acht hundert / welche gerüst waren zum Streit.

25. Von den Kindern Simeon siben tausend/ und ein hundert gar tapffere Männer zum Streit.

26. Von den Kindern Levi vier tausend / und sechs hundert.

27. Auch Joiada / der Oberst vom Geschlecht Aaron / und drey tausend / und sibenhundert mit ihm.

28. Darzu Sadoc / ein sehr wohlgearteter

16. Venerunt autem & de Benjamin, & de Juda ad præsidium, in quo morabatur David.

17. Egressúsque est David obviam eis, & ait: si pacificè venistis ad me ut auxiliemini mihi, cor meum jungatur vobis: si autem insidiamini mihi pro adversariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum nostrorum & judicet.

18. Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, & ait: Tui sumus ô David, & tecum fili Isai: pax, pax tibi, & pax *e* adjutoribus tuis. te enim adjuvat Deus tuus. Suscepit ergo eos David, & constituit principes turmæ.

19. Porrò de Manasse transfugerunt ad David, quando veniebat cum Philisthiim adversus Saul, ut pugnaret: & non dimicavit cum eis: *f* quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes: Periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum Saul.

20. Quando igitur reversus est in Siceleg *g*, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Jozabad, & Jedihel, & Michael, & Ednas, & Jozabad, & Eliu, & Salathi, principes millium in Manasse.

21. Hi præbuerunt auxilium David adversus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu.

22. Sed & per singulos dies veniebant ad David ad auxiliandum ei, usque dum fieret grandis numerus, quasi exercit⁹ Dei *h*.

II. 23. Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cùm esset in Hebron, *i* ut transferrent regnum Saul ad eum, juxta verbum Domini.

24. Filii Juda portantes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium.

25. De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum.

26. De filiis Levi, quatuor millia sexcenti.

27. Jojada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti.

28. Sadoc *k* etiam puer egregiæ indolis

e q. d. cuncta prospera eveniant.

f 1. Reg. 29. 4.

g Anno M. 2949.

h maximus & egregius eam maxima sunt quæcumque Dei sunt.

i 2. Reg. 5. Anno M. 2956.

k hic postea sub Salomone pontificatum gessit 3 Reg. 2. 27.

dolis & domus patris ejus, principes vigintiduo.

29. De filiis autem Benjamin fratribus Saul, tria millia: magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul.

30. Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis.

31. Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua venerunt ut constituerent regem David.

32. De filiis quoque Issachar viri eruditi *l*, qui noverant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur.

l sc. doctores, vel in moribus vel in re militari

33. Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde duplici.

34. Et de Nephthali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hastâ, triginta & septem millia.

35. De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcenti.

36. & de Aser egredientes ad pugnam, & in acie provocantes, quadraginta millia.

37. Trans Jordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia.

38. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, uno corde erant, ut rex fieret David.

39. Fuerúntque ibi apud David tribus diebus comedentes & bibentes: præparaverant enim eis fratres sui.

40. Sed & qui juxta eos *m* erant, usque ad Issachar, & Zabulon, & Nephthali, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas *n*, uvam passam, vinum, oleum, boves, arietes ad omnem copiam: gaudium quippe erat in Israel.

m Heb. propingui.

n i. massas caricarum.

CAPUT XIII.

I. A Cariathiarim reducitur arca Domini, omni Israel cum David ante eam ludentibus: 1.

II. Oza arcam contingens à Domino percussus est, 9.

Knab/ und seines Vatters Hauß/ zwey und zwantzig Oberste.

29. Und von den Kindern Beniamin/den Brüdern Saul/ drey tausend: dan es hieng ihrer noch ein grosser Theil an dem Hauß Saul.

30. Ferner von den Kindern Ephraim zwantzig tausend/ und achthundert sehr starcke Männer an Kräfften/ die mannhafft warẽ in ihren Geschlechtẽ.

31. Und aus dem halben Stamm Manasse achtzehentausend Haupt für Haupt mit ihrẽ Namẽ genañt/ kamẽ/ daß sie David zum König machtẽ.

32. Auch von den Kindern Issachar wohl erfahrne Männer / welche zu allen Zeiten zu befehlen wusten/ was Israel thun solte/ zweyhundert Oberste: aber der gantze übrige Stamm folgete ihrem Rath.

33. Auch von Zabulon kamen mit aufrichtigem Hertzen zu Hülff fünfftzig tausend / welche zum Streit auszogen / und in der Schlachtordnung stunden/ mit Wehr und Waffen versehen.

34. Auch von Nephthali tausend Oberste / und mit ihnen siben und dreyssig tausend / die mit Schild und Spieß gerüstet waren.

35. Und von Dan acht und zwantzig tausend/ u. sechshundert/ welche zum Streit gerüstet waren.

36. Und von Aser viertzig tausend / die zum Streit auszogen/ und in der Schlachtordnung heraus forderten.

37. Aber jenseit deß Jordans von den Kindern Ruben / und von Gad / und vom halben Theil deß Stamms Manasse hundert und zwantzig tausend/ welche mit Wehr und Waffen gerüstet waren.

38. Dise alle/ so Kriegsleut waren / und fertig zu streiten / kamen mit vollkommenem Hertzen gen Hebron / daß sie David über gantz Israel zum König machten: so waren auch alle übrige von Israel eines Sinns gesinnet/ daß David König werden solte.

39. Und sie waren daselbst bey David drey Tag lang / und assen und truncken: dan ihre Brüder hatten für sie zubereitet.

40. Auch die umb sie gesessen waren biß gen Issachar / und Zabulon / und Nephthali brachten Brod zu essen auf Eslen / und Camelu / und Maulthieren / und Ochsen: Mehl / Feigen/ Rosinen / Wein / Oel / Rinder / und Wider zu allem Uberfluß: Dan es war Freud in Israel.

Das XIII. Capitel.

I. Die Arch deß Bunds wird von Cariathiarim gebracht: David spilt und tantzt vor derselben/ 1.

II. Oza wird vom HErrn getödtet / weil er die Arch angerührt/ 9.

III.

III. Derowegen wird sie in das Hauß Obededom gesetzt/ 13.

1. DAvid aber hielt Rath mit den Hauptleu-then/welche über tausend und über hundert waren/ und mit allen Fürsten/

2. und sprach zu der gantzen Gemein Jsrael: Wan es euch gefällt/ und wan das Wort/ das ich rede/ vom HERRN unserm GOTT herkommt/ so lasset uns in alle Landschafften Jsrael aussenden/ zu unsern andern Brüdern/ und zu den Priestern und Leviten/ welche in den Vorstädten der Städten wohnen/ daß sie sich zu uns versammlen.

3. Und lasset uns die Arch unsers GOttes/ widerum zu uns führen: dan in den Tagen Sauls haben wir nach ihr nit gefraget.

4. Da antwortet die gantze Gemein/ daß man also thun solte: dan die Red gefiel dem gantzen Volck.

5. Also versammlete David gantz Jsrael von Sihor an in Egypten biß man kommt gen Emath/ die Arch GOTTes von Cariathiarim herzubringen.

6. Und David zoge hinauf sambt allen Männern Jsrael zum Bühel Cariathiarim/der im Land Juda ist/ die Arch GOttes deß HErrn von dannen zu führen/ der über Cherubim sitzt/darüber sein Nam ist angeruffen.

7. Und sie huben die Arch GOttes aus dem Hauß Abinadab auf einen neuen Wagen: und Oza mit seinem Bruder führeten den Wagen.

8. Aber David samt dem gantzen Jsrael spileten vor GOtt aus allen Kräfften/ mit Gesänger/ und mit Cytharn/ mit Harpffen/ mit Trummen/ mit Cymbaln/ und mit Posaunen.

II. 9. Als sie aber zu der Tenn Chidon kamen/ streckete Oza seine Hand aus die Arch zu halten: dan die Ochsen sprungen/ und hatten die Arch ein wenig geneiget.

10. Da erzürnete der HERR wider Oza/ und schlug ihn/ darum/ daß er die Arch angerühret hatte: und er starb daselbst vor dem HERRN.

11. Und David betrübete sich darüber/ daß der HERR den Oza getheilet hatte: und er nennte die Stadt/ Oza Theilung biß auf den heutigen Tag.

12. Und er förchtete der Zeit GOTT/ und sprach: Wie kan ich die Arch GOttes zu mir einführen?

III. 13. Er hat sie auch umb diser Ursach willen zu sich in die Stadt Davids nit geführet/ sondern in das Hauß Obededom/ deß Gethiters abgewisen.

III. Avertit eam David in Domum Obededom, cui benedicit Dominus. 13.

1. INiit autem consilium David cum tribunis, & centurionibus, & universis principibus,

2. & ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis: & à Domino Deo nostro egreditur *a* sermo, quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israel, & ad sacerdotes, & Levitas, qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos,

3. & reducamus arcam Dei nostri ad nos: non enim requisivimus eam in diebus Saul *b*.

4. Et respondit universa multitudo ut ita fieret: placuerat enim sermo omni populo.

5. Congregavit ergo David cunctum Israel à Sihor *c* Ægypti, usque dum ingrediaris Emath, *d* ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim.

6. Et ascendit David, & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Juda, ut afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, ubi invocatum est nomen ejus.

7. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum, de domo Abinadab: Oza auté, & frater ejus minabant *e* plaustrũ

8. Porrò David, & universus Israel ludebant coram Deo omni virtute in canticis, & in citharis, & Psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis.

II. 9. Cùm autem pervenissent ad Aream Chidon *f*, tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: bos quippe lasciviens paululùm inclinaverat eam.

10. Iratus est itaque Dominus contra Ozam, & percussit eum, eò quòd tetigisset arcam: & mortuus est ibi coram Domino.

11. Contristatúsque est David, eò quòd divisisset *g* Dominus Ozam: vocavitque locum illum: divisio Ozæ, usque in præsentem diem.

12. Et timuit Deum tunc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam Dei?

III. 13. Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in civitatem David, sed avertit in domum Obededom Gethæi.

a sc. ut ei placeus.

b præpediti continuis bellis.

c Hebr. Sichor i. nigro & turbido sc. flumine

d 2. Reg. 6. 2.

e i. ducebant.

f 2. Reg. 6. dicitur Nachon.

g sc. separando animam à corpore.

bonis
…anulavit

14. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom trib⁹ mensibus: & benedixit *h* Domin⁹ domui ejus, & omnib⁹ quæ habebat.

CAPUT XIV.

I. David accipit à rege Tyri ligna & artifices ad extruendam sibi domum, 1.
II. Alias ducit uxores, ac multos gignit liberos, 3
III. Consulto Domino bis cædit Philisthæos. 8.

2 Reg. 5. 11.
a i. lapidum ad parietes.

1. MIsit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad David, & ligna cedrina, & artifices parietum *a*, lignorúmque: ut ædificarent ei domum.

2. Cognovítque David quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & sublevatum esset regnum suum super populum ejus Israel.

b 2. Reg. 5. 13.

II. 3. *b* Accepit quoque David alias uxores in Jerusalem: genuítque filios, & filias

4. Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Jerusalem: Samua, & Sobad, Nathan, & Salomon,

5. Jebahar, & Elisua, & Eliphalet,

6. Noga quoque, & Napheg, & Japhia,

c dicitur Eliada 2. Reg. 5.

7. Elisama, & Baaliada, *c* & Eliphalet.

d 2. Reg. 5. 17.
Anno M. 2957. Ant. Chr. 1047.

III. 8. *d* Audientes autem Philisthiim eò quòd unctus esset David in Regem super universum Israel, ascenderunt omnes ut quærerent eum: quod cùm audisset David, egressus est obviam eis.

e Gigantum

9. Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in valle Raphaim *e*.

10. Consuluítque David Dominum, dicens: Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua.

11. Cúmque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi David, & dixit: Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ: & idcirco vocatum est nomen illius loci Baalpharasim *f*.

f idolum divisionum
g hos Philisthæi secum præsidii causa advexerant

12. Dereliqueruntque ibi deos suos *g*, quos David jussit exuri.

13. Alia etiam vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle.

14. Consuluítque rursum David Deum, & dixit ei Deus: Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex adverso pyrorum.

h sc. Angeli

15. Cúmque audieris sonitum gradientis *h* in cacumine pyrorum tunc egre-

---

14. Also blibe die Arch GOttes im Hauß Obededom drey Monat lang: und der HErr seegnete sein Hauß/ und alles was er hatte.

Das XIV. Capitel.

I. Hiram der König Tyri/ schickt dem David Holtz und Werckleut zum Bau/ 1.
II. David erzeigt aus unterschidlichen Weibern vil Kinder/ 3.
III. Schlägt die Philisther zweymal/ 8.

1. UNd Hiram der König zu Tyro sandte Botten zu David/ und Cederholtz/ und Werckmeister/ Maurer und Zimmerleut/ daß sie ihm ein Hauß bauen solten.

2. Und David merckte/ daß ihn der HERR zum König über Israel bestättiget hätte/ und daß sein Reich über sein Volck Israel erhöhet wär.

II. 3. Und David nahm noch andere Weiber zu Jerusalem/ und zeugete Söhn und Töchter.

4. Diß seynd aber die Namen der jenigen/ welche ihm zu Jerusalem gebohren seynd: Samua/ und Sobad/ Nathan/ und Salomon:

5. Jebahar und Elisua/ und Eliphalet:

6. Auch Noga/ und Napheg/ und Japhia/

7. Elisama/ und Baaliada/ und Eliphalet.

III. 8. Als aber die Philisther höreten/ daß David über gantz Israel zum König gesalbet war/ zogen sie alle hinauf ihn zu suchen: Da das David hörete/ zoge er aus ihnen entgegen.

9. Und die Philisther kamẽ/ und lagerten sich weit und breit im Thal Raphaim.

10. Aber David fragte den HErrn/ und sprach: Soll ich hinauf ziehen zu den Philisthern/ u wirst du sie in meine Hand übergeben? Und der HErr sprach zu ihm: Ziehe hinauf/ Ich wil sie in deine Hand übergeben.

11. Und als sie hinauf zogen gen Baalpharasim/ schlug sie David daselbst/ und sprach GOTT hat meine Feind getheilet durch mein Hand/ wie sich die Wasser theilen/ und darum ward der Nam desselben Orths Baalpharasim genannt.

12. Und sie verliessen daselbst ihre Götter/ welche David befahl zu verbrennen.

13. Auf ein andermahl thätẽ die Philisther wider einen Einfall/ u. lagerten sich ausgebreitet im Thal.

14. Und David fragte GOtt abermahl/ und GOtt sprach zu ihm: Du solt nit hinter ihnen hinauf ziehen/ sondern solst von ihnen zuruck weichẽ/ und gegen den Birnbäum über wider sie ankomẽ:

15. Und wan du wirst hören das Geräusch eines/ der auf dem Gipffel der Birnbäum daher tritt/

tritt / alsdan solst du zum Streitt heraus ziehen. Dan GOtt ist vor dir hergangen / das Lager der Philisther zu schlagen.

16. Und David thäte / wie ihm GOtt befohlen hatte und schlug das Lager der Philisther von Gabaon an biß gen Gazera.

17. Und Davids Nam ward berühmet in allen Landen/ und der HErr ließ seinen Schröcken kommen über alle Völcker.

Das XV. Capitel.

I. David führt die Arch in Begleitung deß Volcks in den zu Jerusalem bereiteten Tabernackel/ 1.

II. Michol verachtet David wegen deß Tantzens vor der Archen/ 29.

1. ER bauete ihm auch Häuser in der Stadt Davids: und baute ein Ort für die Arch GOttes/ und richtete ihr einen Tabernackel auf.

2. Da sprach David: Es gezimmt sich nit / daß die Arch GOttes von einem jeglichen getragen werde/ sondern allein von den Leviten / welche der HERR erwählet hat dieselbige zu tragen / und und ihm zu dienen ewiglich.

3. Und er versammlete gantz Israel gen Jerusalem/ damit die Arch GOttes zu ihrem Ort gebracht wurde/ so er für sie zubereitet hatte.

4. Auch zugleich die Söhn Aarons samt den Leviten.

5 Von den Kindern Caath war Uriel der Oberst / und seine Brüder/ zweyhundert und zwantzig.

6. Von den Kindern Merari war Asaia der Oberst/ u. seine Brüder/ zwey hundert u. zwantzig.

7. Von den Kindern Gersom war Joel der Oberst / und seine Brüder hundert und dreyssig /

8. Von den Kindern Elisaphan war Semeias der Oberst und seine Brüder zwey hundert.

9. Von den Kindern Hebron war Eliel der Oberst / und seine Brüder achtzig.

10. Von den Kindern Oziel war Aminadab der Oberst und seine Brüder hundert und zwölff.

11. Und David berieff Sadoc / und Abiathar die Priester / und die Leviten / Uriel / Asaiam / Joel / Semeiam / Eliel / und Aminadab.

12. Und er sprach zu ihnen: Ihr / die ihr die Oberste seyd unter den Levitischen Geschlechter / heiliget euch mit euren Brüdern / und traget die Arch deß HERRN deß GOttes Israel zu dem Ort / das ihr zubereitet ist.

13. Damit jetzt nit auch geschehe / wie im Anfang / wan wir etwas unzimlichs thäten: dan dieweil ihr nit da gewesen seyd / hat uns der HErr geschlagen.

dieris ad bellum. Egressus est enim Deus *i* ante te, ut percutiat castra Philisthiim.

i i. Angelus Dei.

16. Fecit ergo David sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon usque Gazera.

17. Divulgatúmque est nomen David in universis regionibus, & Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes.

CAPUT XV.

I. Deducitur arca Dei in Jerusalem, comitante omni Israel, sacerdotibus verò ac Levitis juxta sua officia ministrantibus: 1.

II. Michol despicit David coram arca saltantem. 29.

FEcit quoque sibi domos in civitate David: & ædificavit locum arcæ Dei tetendítque ei tabernaculum *a*.

a i. à se factum, nam Mosis erat tunc in Gabaa

2. Tunc dixit David: Illicitum est ut à quocumque portetur *b* arca Dei nisi à Levitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi usque in æternum.

b Num. 4. 15.

3. Congregavítque universum Israel in Jerusalem, ut afferretur arca Dei in locum suum, quem præparaverat ei.

4. Necnon & filios Aaron, & Levitas.

5. De filiis Caath, Uriel princeps fuit, & fratres ejus centum viginti.

6. De filiis Merari, Asaia princeps; & fratres ejus ducenti viginti.

7. De filiis Gersom, Joel princeps; & fratres ejus centum triginta.

8. De filiis Elisaphan, Semeias princeps; & fratres ejus ducenti.

9. De Filiis Hebron, Eliel princeps; & fratres ejus octoginta.

10. De filiis Oziel, Aminadab princeps; & fratres ejus centum duodecim.

11. Vocavítque David Sadoc, & Abiathar Sacerdotes, & Levitas, Uriel, Asaiam, Joel, Semeiam, Eliel, & Aminadab:

12. & dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leviticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte *c* arcam Domini Dei Israel ad locum, qui ei præparatus est:

c vestris humeris.

13. *d* ne ut à principio, quia non eratis præsentes *e* percussit nos Dominus; sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus.

d sup. 13. 10.

e sc. portando arcam ut oportebat.

14. Sanctificati sunt ergo sacerdotes, & Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Israel.

15. *f* Et tulerunt filii Levi arcam Dei, sicut præceperat Moyses juxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus.

f Num. 4. 15.

16. Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, ut resonaret in excelsis sonitus lætitiæ.

17. Constitueruntque Levitas; Hemam filium Joel, & de fratribus ejus Asaph filium Barachiæ: de filiis verò Merari, fratribus eorum, Ethan filium Casaiæ.

18. Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine *g*, Zachariam, & Ben, & Jaziel, & Semiramoth, & Jahiel, & Ani, Eliab, & Banaiam, & Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Jehiel janitores.

g sc. dignitatis.

19. Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes.

20. Zacharias autem, & Oziel, & Semiramoth, & Jahiel, & Ani, & Eliab, & Maasias, & Banaias, in nablis arcana *h* cantabant.

h Hebr. super Halamoth, i. instrumentum musicum.

21. Porrò Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Jehiel, & Ozaziu, in citharis pro octava *i* canebant epinicion.

i Hebr. super Seminith, i. instrumento octo chordarum

22. Chonenias autem princeps Levitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valde sapiens.

23. Et Barachias, & Elcana, janitores *k* arcæ.

k i. custodes, ne quisquam prope accederet.

24. Porrò Sebenias, & Josaphat, & Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliezer sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei: & Obededom, & Jehias erant janitores arcæ.

25. *l* Igitur David & omnes majores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini de domo Obededom cum lætitia.

l 2. Reg. 6. 12.

26. Cúmque adjuvisset *m* Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.

m i. confortaret fortè nullum onus senserant.

27. Porrò David erat indutus stolâ byssinâ, & universi Levitæ qui portabant ar-

14. Also heiligten sich die Priester und Leviten die Arch deß HERRN deß GOttes Israel zutragen

15. Und die Kinder Levi trugen die Arch GOttes / wie Moyses befohlen hatte / nach dem Wort deß HErrn / auf ihren Achslen mit Stangen.

16. Und David sprach zu den Obersten der Leviten daß sie Singer verordneten von ihren Brüdern mit Gesänger / Instrumenten / nemlich mit Harpffen / und Leyren / und Cymbaln / damit der Freuden Schall in der Höhe erklinge.

17. Und sie verordneten die Leviten: Hemam / den Sohn Joel / und von seinen Brüdern / Asaph / den Sohn Barachiä / aber von den Kindern Merari ihren Brüdern / Ethan / den Sohn Casaiä.

18. Und ihre Brüder mit ihnen: in der andern Ordnung Zachariam und Ben / und Jaziel / und Semiramoth / und Jahiel / und Ani / Eliab / und Banaiam / und Maasiam / und Mathathiam / und Eliphalu / und Maceniam / und Obededom / und Jehiel / die Thirhüter.

19. Aber die Singer / Heman / und Asaph / Ethan liessen sich mit ehrinen Zymbalen überlaut hören:

20. Zacharias aber und Oziel / und Semiramoth / und Jahiel / und Ani / und Eliab / und Maasias / und Banaias / sungen und spileten auf Harpfen von Geheimnussen.

21. Und Mathathias / und Eliphalu / und Macenias / und Obededom / und Jehiel / und Ozaziu / sungen und spileten auf Zytharn auf der Octav einen Lobgesang für den Sig.

22. Aber Chonenias ein Oberster über die Leviten war über die Weissagung / die Melodey vor zu singen: dan er war sehr verständig.

23. Und Barachias / und Elcana der Archen Thirhüter:

24. Sebenias aber / und Josaphat / und Nathanael / und Amasai / und Zacharias / und Banaias / und Eliezer / die Priester / bliesen die Posaunen vor der Archen GOttes: Und Obededom und Jehias waren Thirhüter der Archen.

25. Also giengen David und alle Eltiste in Israel samt den Obersten / die Arch deß Bunds deß HErrn auß dem Hauß Obededom mit Freuden hinweg zutragen.

26. Und als GOtt den Leviten beystund / welche die Arch deß Bunds deß HErrn trugen / wurden siben Ochsen / und siben Widder geopffert.

27. Und David war bekleydet mit einem langen weissen Kleyd von köstlicher Leinwad / ingleichen alle

alle Leviten / welche die Arch trugen / und die Sin-
ger / und Chonenias / der Oberst über die Pro-
phecey unter den Singern : David aber hatte auch
ein leinenes Ephod an.
28. Also begleitete gantz Israel die Arch deß Bunds
deß HErrn mit Jubel-Gesang / mit Schall der
Trompeten / und mit Posaunen / und Cymbalen
und Harpffen und Cytharn / zusammen klingend.
II. 29. Als nun die Arch deß Bunds deß HErrn biß
zu der Stadt Davids kommen war / schaute Mi-
chol / die Tochter Sauls zum Fenster hinauß / und
sahe den König David springen und spilen / und sie
verachtete ihn in ihrem Hertzen.

Das XVI. Capitel.

I. Bey der Arch wird geopffert / das Volck vom König geseegnet und gespeist / 1.
II. Die Sänger werden verordnet / und ein Lobpsalm gesungen / 4.
III. Der Dienst wird so wol bey der Arch / als auf der Höh zu Gabaon bestellet / 37.

1. Also brachten sie die Arch GOttes / und stelle-
ten sie mitten in den Tabernackel / den Da-
vid für sie aufgerichtet hatte und opfferten Brand-
opffer / und Fridopffer vor GOtt.
2. Und nachdem David die Brandopffer und
Fridopffer vollendet hatte / seegnete er das Volck
im Namen deß HErrn.
3. Und er theilete ihnen allen auß / einem jeglichen
Haubt / vom Mann biß zum Weib / ein Kuchen-
brod / und ein Stuck Rindfleisch gebraten / und
Semmelmehl mit Oel geröstet.
II. 4. Und er verordnete vor der Archen deß HErrn
von den Leviten / daß sie den Dienst verrichten / und
an seine Werck gedencken solten / und preisen und
loben den HErrn den GOtt Israel.
5. Asaph den Obersten / und nach ihm Zachari-
am : ferner Jahiel / und Semiramoth / und Je-
hiel / und Mathathiam / und Eliab / und Banai-
am / und Obededom : Jehiel über die Instrumen-
ten / Harpffen und Leyren : Asaph aber mit den
Cymbaln zu klingen.
6. Und Banaiam / und Jaziel die Priester / die
Posaunen vor der Archen deß Bunds deß HErrn
immerdar zublasen.
7. An dem Tag verordnete David den Asaph
zum Obersten / und seine Brüder den HErrn zu lo-
ben :
8. Lobet den HErrn / und ruffet seinen Namen
an / machet kund unter den Völcker seine Er-
findungen.
9. Singet ihm / und spihlet ihm : und erzehlet al-
le seine Wunderwerck.

cam, cantorésque & Chonenias prin-
ceps prophetiæ inter cantores : David
autem etiam indutus erat ephod li-
neo.
28. Universúsque Israël deducebant
arcam fœderis Domini in jubilo, & sonitu
buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis,
& citharis concrepantes.
II. 29. Cúmque pervenisset arca fœderis
Domini usque ad Civitatem David, Mi-
chol filia Saul prospiciens per fenestram, *n* i. exultantem.
vidit regem David saltantem *n* atque lu-
dentem, & despexit eum in corde suo.

CAPUT XVI.

I. Constituta arca in tabernaculo fœderis, oblatisque victimis, populus à David benedicitur 1.
19. Alles/ sagt er/ ist mir zukommen/ wie es mit der Hand deß HErrn beschriben ist/ damit ich das gantze Werck deß Fürbilds begreiffen möchte.

20. Und David sprach zu seinem Sohn Salomon: Handle männlich/ und sey gestärckt / und mache es: förchte dich nit / und sey nit zaghafft: dan der HErr mein GOtt wird bey dir seyn / und wird nit von dir weichen/ noch dich verlassen / biß du das gantze Werck zum Dienst deß Hauß deß HErrn außführest.

21. Sihe/ die außgetheilte Schaaren der Priester und Leviten / zu allem Dienst im Hauß deß HErrn stehen dir bey/ und seynd bereit/ und es wissen/ so wol die Fürsten/ als das Volck alles zu thun/ was du gebietest.

CAPUT XXIX.

I. Recensentur impensæ à David in ædificium templi præparatæ, quibus principes ac populus plurima adjiciunt donaria; 1

II. Ungitur rursus Salomon in regem pro patre David, 22.

III. Qui anno regni quadragesimo in pace quievit. 26.

Das XXIX. Capitel.

I. Deß Davids und deß gantzen Volcks Steur zum Bau/ samt dem Lob GOttes / 1.

II. Salomon wird abermal zum König gesalbet/ 22.

III. Bald darauf verscheidet David nach viertzigjähriger Regierung/ 26.

a Anno M. 2989. Ant. Chr. 1015.

1. LOcutusque *a* est David rex ad omnem ecclesiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum: opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo.

2. Ego autem totis viribus meis præparavi impensas domus Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos *b*, & diversorum colorum, omnémque pretiosum lapidem, & marmor Parium *c* abundantissimè:

b similes fuco ob varietatem colorum.
c album & præcellens ab insula Paro, quæ una est ex Cycladibus

3. Et super hæc, quæ obtuli in domum Dei mei de peculio meo aurum & argentum, do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparavi in ædem sanctam.

4. Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi.

5. Et ubicumque opus est aurum de auro, & ubicumque opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & si quis sponte offert, impleat manum

1. UNd David der König sprach ferner zu der gantzen Gemein: GOTT hat Salomon meinen Sohn allein erwöhlet/ der noch ein Kind / und sehr zart ist: diß ist aber ein groß Werck / dan es wird nit einem Menschen/ sondern GOtt / eine Wohnung zubereitet.

2. Ich aber hab die Nothdurfft zum Hauß meines GOttes nach meinem gantzen Vermögen zubereitet/ Gold zu guldenen Geschirren / Silber zu silbernen / Ertz zu ehrenen / Eisen zu eisernen/ und Holtz zu höltzernen Geschirren: und Onychstein/ eingefaßte polierte Stein/und Stein v' unterschidlichen Farben / und allerhand Edelgestein / und Marmelstein auß Paros in Uberfluß.

3. Uber das/ was ich in das Hauß meines GOttes von meinem eigenen Gut geopffert hab / Gold und Silber/ das schencke ich zum Tempel meines GOttes: außgenommen/ was ich sonst zu der heiligen Wohnung bereitet hab.

4. Drey tausend Centner Golds vom Gold auß Ophir / und siben tausend Centner bewehrten Silbers/ die Wänd deß Tempels zu überziehen.

5. Und daß alles Werck/ dazu Gold vonnöthen ist/ von Gold/und alles dazu Silber vonnöthen ist/ von Silber/ durch die Hand der Werckmeister gemacht werde: ist nun jemand/ der freywillig opffert/

fert / der mag heutiges Tags seine Hand füllen / und dem HErrn opffern / was er wil.

6. Darauf gelobten die Fürsten der Geschlechten / und die Obersten über die Stämm Israel / und die Haubtleut über tausend und über hundert / und die Befehlhaber über die Güter des Königs.

7. Und gaben zum Werck deß Hauß GOttes fünff tausend Centner Golds / und zehen tausend Gulden: zehen tausend Centner Silbers / und achtzehen tausend Centner Ertz / und hundert tausend Centner Eisens.

8. Und bey welchem Stein gefunden wurden / die gaben sie durch die Hand Jahiels / deß Gersoniters / in die Schätz des Hauß deß HErrn.

9. Und das Volck war frölich / da sie freywillig ihre Gelübd thäten: dan sie opfferten dieselbige dem HErrn von gantzem Hertzen: so erfreuete sich der König David auch mit grosser Freud.

10. Und er lobete den HErrn vor der gantzen Gemein / und sprach: Gelobet seyest du HErr / du GOtt Israel unsers Vatters von Ewigkeit zu Ewigkeit.

11. Dein ist die grosse Herrlichkeit / O HErr / und die Macht / und die Ehr / und der Sig: dir sey Lob: dan alles / was im Himmel und auf Erden ist / das ist dein. Dein / O HErr ist das Reich / und du bist über alle Fürsten.

12. Dein seynd die Reichthum / und dein ist die Ehr: Du herrschest über alle / in deiner Hand ist Krafft und Macht: in deiner Hand ist Grösse und Herrschafft über alles.

13. Und nun unser GOtt / wir dancken dir / und loben deinen herrlichen Namen.

14. Wer bin ich / und was ist mein Volck / daß wir dir diß alles sollen verheissen können? Es ist alles dein: und wir haben dir gegeben / was wir von deiner Hand empfangen haben.

15. Dan wir seynd Frembdling und Einkömmling vor dir / wie alle unsere Vätter. Unsere Tag seynd gleich einem Schatten auf Erden: und ist da kein bleiben.

16. HErr unser GOtt / diser gantze Vorrath / den wir in Uberfluß bereitet haben / damit deinem heiligen Namen ein Hauß gebauet wurde / kommt auß deiner Hand / und ist alles dein.

17. Ich weiß wol / mein GOtt / daß du die Hertzen prüffest / und liebest die Einfalt: daher ich auch in Einfältigkeit meines Hertzen mit Freuden diß alles geopffert habe: und ich hab mit hohen Freuden gesehen / daß dein Volck / das sich allhie gefunden hat / dir Gaaben hat geopffert.

18. HERR du GOTT Abraham / und

suam hodie, & offerat quod voluerit Domino.

6. Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque, & centuriones, & principes possessionum regis.

7. Dederuntque in opera domûs Dei auri talenta quinque millia, & solidos *d* decem millia: argenti talenta decem millia. & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum.

d i. aureos.

8. Et apud quemcumque inventi sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Jahiel Gersonitis.

9. Lætatusque est populus, cùm vota sponte promitterent *e*: quia corde toto offerebant ea Domino: sed & David rex lætatus est gaudio magno.

e Hebr. offerreat

10. Et benedixit Domino coram universa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternum *f*.

f 70. à sæculo & usque in sæculum, i. e. per totam æternitatem.

11. Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine regnum, & tues super omnes principes.

12. Tuæ divitiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia: in manu tua magnitudo & imperium omnium.

13. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.

14. Quis ego, & quis populus meus, ut possimus hæc tibi universa promittere *g*? tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi.

g Hebr. sponte offerre

15. Peregrini enim sumus coram te, & advenæ, sicut omnes patres nostri. *h* Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.

h Sap. 2. 5

16. Domine Deus noster, omnis hæc copia, quam paravimus ut ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia.

17. Scio Deus meus quòd probes corda, & simplicitatem *i* diligas, unde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa hæc: & populum tuum, qui hîc repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.

i Hebraicè rectitudinem Græcè iustitiam quia designat animi candorem & rectam intentionem Matt. 6. 22.

18. Domine Deus Abraham, & Isaac, &

& Israel patrum nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat.

19. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut custodiat mandata tua, testimonia tua, & cæremonias tuas, & faciat universa: & ædificet ædem, cujus impensas paravi.

20. Præcepit autem David universæ ecclesiæ: Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum: & inclinaverunt se, & adoraverunt Deum, & deinregem.

21. Immolaveruntque victimas Domino: & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & universo ritu abundantissimè in omnem Israel *k*.

k i. pro totius Israelis salute.

II. 22. Et comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cum grandi lætitia. *l* Et unxerunt secundò Salomonem filium David. Unxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem *m*.

l 3. Reg. 1. 34.

m Salomon jam tum suggerente Davide decreverat exauctorare abiatharum

23. Seditque Salomon super solium Domini in regem pro David patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel.

24. Sed & universi principes, & potentes, & cuncti filii regis David dederunt manum *n*, & subjecti fuerunt Salomoni regi.

n in signum subjectionis

25. Magnificavit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel.

III. 26. Igitur David filius Isai regnavit super universum Israel.

27. *o* Et dies, quibus regnavit super Israel, fuerunt quadraginta anni, in Hebron regnavit septem annis, & in Jerusalem annis triginta tribus.

o 3. Reg. 2. 11.

28. Et mortuus est *p* in senectute bona, plenus dierum, & divitiis, & gloria: & regnavit Salomon filius ejus pro eo.

p Anno M. 2990. Ant. Chr. 1014.

29. Gesta autem David regis priora, & novissima scripta sunt in Libro Samuelis Videntis, & in Libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad Videntis.

Isaac und Israel unserer Vätter / bewahre disen Willen ihres Hertzen ewiglich / und laß dises Gemüth immerdar zu deiner Verehrung bleiben.

19. Gib auch meinem Sohn Salomon ein vollkommenes Hertz/daß er deine Gebott / und deine Zeugnussen/und deine Ceremonien halte/ und alles ins Werck richte: und daß er das Hauß baue / dazu ich den Vorrath gemacht hab.

20. Und David befahl der gantzen Gemein: Lobet den HERRN unsern GOTT. Und die gantze Gemein lobete den HERRN den GOTT ihrer Vätter: und sie neigeten sich / und betteten GOTT an / und darnach den König.

21. Und sie opfferten dem HErrn Schlacht-Opffer / und am folgenden Tag opfferten sie Brandopffer/ tausend Ochsen/ tausend Widder/ und tausend Lämmer samt ihren Tranckopffern / und mit allen Bräuchen/ mit grossem Uberfluß in gantz Israel.

II. 22. Und sie assen und truncken an demselbigen Tag vor dem HErrn mit grosser Freud. Und sie salbeten Salomon/ den Sohn Davids / zum andernmal. Sie salbeten ihn aber dem HERRN zum Fürsten / und Sadoc / zum Hohenpriester.

23. Und Salomon saß auf dem Thron deß HErrn / ein König an der statt Davids seines Vatters/ und es gefiel ihnen allen wol: und gantz Israel war ihm gehorsam.

24. Und alle Fürsten und Gewaltige / und alle Kinder deß Königs Davids gaben ihm die Händ/ und waren dem König Salomon unterthänig.

25. Und der HERR machte den Salomon groß über gantz Israel/ und gab ihm solche Herrlichkeit deß Königreichs/ als kein König in Israel vor ihm gehabt hatte.

III. 26. Also regierte David/ der Sohn Isai / über gantz Israel.

27. Und die Täg / daß er über Israel regieret hat/ waren viertzig Jahr: Zu Hebron regierte er siben Jahr/ und zu Jerusalem drey und dreyssig Jahr.

28. Und er starb im guten Alter / voller Tag / und Reichthum und Ehr: und Salomon sein Sohn regierte an seiner statt.

29. Aber die erste und letzte Geschicht deß Königs David seynd geschriben im Buch Samuel deß Sehers / und im Buch deß Propheten Nathan/ und im Buch Gad deß Sehers/

30. Von seinem gantzen Königreich / und von seiner Tapfferkeit / und von der Zeit / so unter ihm verlauffen ist / so wol in Israel / als in allen Königreichen der Landen.

Das ander Buch der Königen Chronick / Hebreisch / Dibre Haiamim.

Das I. Capitel.

I. Salomon opffert zu Gabaon tausend Brandopffer / 1.
II. Erlangt von GOtt die Weißheit / und grosse Ehr und Reichthum / 7.
III. Die Anzahl seiner Wägen und Reuter / 14.

ALso ward Salomon / der Sohn Davids / in seinem Reich bestätiget / und der HERR sein GOTT war mit ihm / und erhub ihn je länger / je höher.
2. Und Salomon befahl dem gantzen Israel / den Haubtleuten über tausend und über hundert / und den Fürsten und Richtern in gantz Israel / und den Obersten der Geschlechten:
3. Und er zohe mit der gantzen Gemein auf die Höh zu Gabaon / da der Tabernacel deß Bunds GOttes war / welchen Moyses der Knecht GOttes in der Wüst gemacht hatte.
4. Aber David hatte die Arch GOttes von Cariathiarim zu dem Ort geführet / das er für sie zubereitet / und da er ein Tabernackel für sie aufgeschlagen hatte / nemlich zu Jerusalem.
5. Es war auch daselbst vor dem Tabernackel deß HErrn der ehrine Altar / welchen Beseleel / der Sohn Uri deß Sohns Hur gemacht hatte: den auch Salomon und die gantze Gemein besuchte.
6. Und Salomon tratt hinauf zu dem ehrinen Altar / vor den Tabernackel deß Bunds deß HErrn / und opfferte auf demselben tausend Opffer.
II. 7. Aber sihe in derselbigen Nacht erschine ihm GOtt / und sprach: Begehre was du wilst / das ich dir geben sol.
8. Und Salomon sprach zu GOtt: Du hast grosse Barmhertzigkeit gethan an meinem Vatter David: und hast mich an seiner statt zum König gesetzt.
9. So laß nun / O HErr GOtt / dein Wort er-

30. Universique regni ejus *q*, & fortitudinis, & temporum *r*, quæ transierunt sub eo, sive in Israel, sive in cunctis regnis terrarum.

q sc. ratio
r laborum & afflictionum.

LIBER SECUNDUS Paralipomenon HEBRAICE Dibre Haiamim.

CAPUT I.

I. Salomon mille hostias offert in Gabaon, 1
II. Dominus illi nocte apparens petitam dat sapientiam, additis divitiis & gloria: 7.
III. Ille postea currus & equites congregat. 14.

COnfortatus est ergo Salomon filius David in regno suo, & Dominus Deus ejus erat cum eo, & magnificavit eum in excelsum *a*.
2. Præcepitque Salomon universo Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & judicibus omnis Israel, & principibus familiarum:
3. Et abiit cum universa multitudine in Excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.
4. *b* Arcam autem Dei adduxerat David de Cariathiarim, in locum quem præparaverat ei, & ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Jerusalem.
5. Altare quoque æneum, *c* quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisivit *d* Salomon, & omnis Ecclesia.
6. Ascenditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias.
II. 7. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis, ut dem tibi.
8. Dixitque Salomon Deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam: & constituisti me regem pro eo.
9. Nunc ergo Domine Deus impleatur

3. Reg. 3. 1
Ann. M. 2990.
Ant. Chr. 1014.
a i. sublimiter & vehementer.
b 2 *Reg.* 6. 17.
1. *Par.* 16. 1
c *Exod* 38. 8.
d i. abiit sc. ibi in Gabaon.

tur sermo tuus, quem pollicitus es David patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm pulvis terræ.

e Sap. 9.10 10. *e* Da mihi sapientiam & intelligentiam, ut ingrediar & egrediar *f* coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum dignè, qui tam grandis est, judicare?

f ut omnis publica actio sit talis, qualis regem decet

11. Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc magìs placuit cordi tuo, & non postulasti divitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, ut judicare possis populum meum, super quem constitui te regem:

12. Sapientia & scientia data sunt tibi: divitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus *g* nec ante te nec post te fuerit similis tui.

g sc. Israelita.

13. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Jerusalem coram tabernaculo fœderis, & regnavit [illegible] super Israel.

h 3. Reg. 10. 26. III. 14. *h* Congregavitque sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum, & fecit eos esse in urbibus quadrigarum, & cum rege in Jerusalem.

15. Præbuitque rex argentum & aurum in Jerusalem quasi lapides, & cedros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna.

16. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, & de Coa, à negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio,

17. quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: similiter de universis regnis Hethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

CAPUT II.

I. Salomon operarios ordinat pro templo ædificando 1.

II. Cum rege Hiram convenit de mittendo erudito artifice, lignisque ad templi structuram cædendis. 11.

III. Numerus & ordo operariorum. 17.

1. DEcrevit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi.

2. Et numeravit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octo

füllet werden / das du meinem Vatter David verheissen hast: dan du hast mich zum König gemacht über dein Volck / das groß ist / und so unzahlbar / als der Staub der Erden.

10. So gib mir nun Weißheit und Verstand / daß ich eingehe und außgehe vor deinem Volck. Dan wer kan diß dein Volck / das so groß ist / der Gebühr nach richten?

11. Und GOtt sprach zu Salomon: Dieweil solches deinem Hertzen mehr gefallen hat / und du weder Reichthum noch Gut / noch Ehr / noch die Seelen deiner Feinden / noch vil Tag deines Lebens begehret hast / sondern um Weißheit und Verstand gebetten / damit du mein Volck richten könnest / darüber ich dich zum König gesetzt hab:

12. So ist dir Weißheit und Verstand gegeben: aber Reichthum und Gut und Ehr wil ich dir geben / also daß keiner von den Königen welche vor dir gewesen seynd / und nach dir kommen werden / dir gleich seyn sol.

13. Also kam Salomon von der Höh zu Gabaon gen Jerusalem vor dem Tabernackel deß Bunds und regierte über Israel.

III. 14. Und er versammlete ihm Wägen und Reuter: und er hatte vierzehen hundert Wagen / und zwölff tausend Reuter: und er verordnete / daß sie in den Wägen-Stätten wären / und bey dem König zu Jerusalem.

15. Und der König gab Silber und Gold zu Jerusalem / wie die Stein / und Cederholtz / wie die wilde Feigenbäum / welche in grosser Anzahl auf dem flachen Feld wachsen.

16. Es wurden ihm aber auß Egypten und von Coa Pferd zugeführet von den Kauffleuten deß Königs / welche hinzohen / und sie um Geld kieffen.

17. Einen Wagen mit vier Pferdten für sechshundert Silberling / und ein Pferdt für hundert und fünfftzig: imgleichen ward der Kauff gehalten in allen Königreichen der Hethiter / und von den Königen in Syrien.

Das II. Capitel.

I. Salomon verordnet die Werckleut zum Bau deß Tempels / 1.

II. Hiram / der König zu Tyro / schickt ihm einen Baumeister / und Holtz zum Bau / 11.

III. Die Zahl und Ordnung der Bauleuten / 17.

1. SAlomon aber nahm ernstlich für / dem Namen deß HErrn ein Hauß zu bauen / und einen Palast für sich selbst.

2. Und er zehlete sibentzig tausend Mann / die auf den Achslen tragen solten und achtzig tausend / die

Stein

Stein hauen solten in den Bergen / und über dieselbigen drey tausend und sechs hundert Oberste. *a*

3. Er schickte auch zu Hiram dem König zu Tyro und sprach: Wie du mit meinem Vatter David gethan hast/und ihm Cederholtz gesandt hast ein Hauß für sich zu bauē darin er auch gewohnet hat:

4. Also thue auch mit mir / damit ich dem Namen deß HErrn meines GOttes ein Hauß baue / und dasselbig heilige / das wohlriechende Opffer vor ihm anzuzünden/ und Rauchwerck von köstlicher Specerey/ und die Schaubrod ewiglich vorzulegen/ und die Brandopffer / welche Israel befohlen seynd/ deß Morgends und Abends, und auf die Sabbat und Neumonat / und auf die Festtäg deß HErrn unsers GOttes ewiglich zu opfferen.

5. Dan das Hauß/ so ich zu bauen begehre / ist groß : dan unser GOtt groß ist über alle Götter.

6. Wer wird dan vermögen / ihm nach seiner Würdigkeit ein Hauß zu bauen ? Kan ihn der Himmel/ und die Himmel aller Himmel nit begreiffen : wer bin ich dan / daß ich ihm ein Hauß möge bauen ? Aber dazu ists allein gemeynt / daß man Rauchwerck vor ihm anzünde.

7. Derwegen sende mir einen wohlerfahrnen Mann/ der in Gold und Silber / in Ertz und Eisen/ in Purpur Scharlach/ und mit Himmelblauer Seiden wircken könne und der geschnitzt Werck außzugraben wisse mit den Werckmeistern / die ich im Jüdischen Land/ und zu Jerusalem bey mir hab/ welche mein Vatter David zuvor bestellet hat.

8. Schicke mir auch Cederholtz / und Dännenholtz / und Feichtenholtz vom Libano. Dan ich weiß / daß deine Knecht die Bäum am Libano zu hauen wissen / so sollen meine Knecht mit deinen Knechten seyn.

9. Daß man mir sehr vil Holtz zubereite. Dan das Hauß/ so ich zu bauen begehre / sol über die Massen groß und herrlich seyn.

10. Zu dem wil ich den Werckleuten deinen Knechten / die das Holtz hauen werden / zur Speiß geben / an Weitzen / zwantzig tausend Cor / und so vil Cor an Gersten / und zwantzig tausend Krūg Weins / auch an Oel zwantzig tausend Sat.

II. 11. Hiram aber/ der König zu Tyro/ antwortet durch einē Brieff den er dem Salomon zusandte / u. sprach: dieweil der HErr sein Volck geliebet hat/ so hat er dich verordnet über dasselbig zu herschen.

12. Und sagte noch weiter : Gebenedeyet sey der HErr der GOtt Israel / der Himmel und Erden gemacht hat/ und der dem König David einen wei-

a Vorsteher

ginta millia qui cæderent lapides in montibus , præpositosque eorum tria millia sexcentos.

3. *a* Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens : Sicut egisti cum David patre meo, & misisti ei ligna cedrina ut ædificaret sibi domum, in qua & habitavit:

4. Sic fac mecum, ut ædificem domum nomini Domini Dei mei, ut consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda *b* aromata, & ad propositionem panum sempiternā, & ad holocautomata mane, & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solemnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.

5. Domus enim, quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos.

6. Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? si cælum, & cæli cælorum capere eum nequeunt: quantus ego sum, ut possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantùm, ut adoleatur incensum coram illo.

7. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui noverit operari in auro, & argento, ære, ac ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus, quos mecum habeo in Judæa, & Jerusalem, quos præparavit David pater meus.

8. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina *c*, & pinea de Libano: scio enim quòd servi tui noverint cædere ligna de Libano, & erunt servi mei cum servis tuis,

9. ut parentur mihi ligna plurima. Domus enim, quam cupio ædificare, magna est nimis, & inclyta.

10. Præterea operariis, qui cæsuri sunt ligna, servis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros *d* totidem, & vini viginti millia metretas, olei quoque sata viginti millia.

II. 11. Dixit autem Hiram rex Tyri per litteras, quas miserat Salomoni: Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum.

12. Et addidit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cælū & terram, qui dedit David regi filium sapientem & erudi-

a 3. Reg. 5. 2.

b incendenda ad faciendum fumum odoratum

c i. Juniperi, sic 70. at Hebr. abiegna.

d corus seu chomer continet 10 epha, epha tria sata. *Sa.*

eruditum & ſenſatum atque prudentem, ut ædificaret domum Domino, & palatium ſibi.

13. Miſi ergo tibi virum prudentem & ſcientiſſimum Hiram, patrem meum *e*.

14. filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius *f*, qui novit operari in auro, & argento, ære, & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, & byſſo, & coccino: & qui ſcit cælare omnem ſculpturam, & adinvenire prudenter quodcumque in opere neceſſarium eſt cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei David patris tui.

15. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte ſervis tuis.

16. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Joppe: tuum autem erit transferre in Jeruſalem.

III. 17. Numeravit igitur Salomon omnes viros proſelytos, qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem, quam dinumeravit David pater ejus, & inventi ſunt centum quinquaginta millia, & tria millia ſexcenti.

18. Fecitque ex eis ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent: tria autem millia & ſexcentos præpoſitos operum populi.

e patris mei ſervum & architectū, qui etiam me docuit. q. d. qui mihi eſt velut pater. *f* ſc. habitatione forſan & natione.

sen/ gelerten/ sinnreichen/ und vorsichtigen Sohn gegeben hat/ damit er dem HErrn ein Hauß/ und ihm selbst einen königlichen Palast bauete.

13. Derwegen sende ich dir einen vernünfftigen/ und sehr kunstreichen Mann/ Hiram/ meinen Vatter/

14. Den Sohn eines Weibs auß den Töchtern Dan/ dessen Vatter ein Tyrer war/ der in Gold zu arbeiten weiß/ und in Silber/ in Ertz/ und Eysen/ und Marmelstein/ und Holtz/ auch in Purpur und Himmelblauer Seiden/ und köstliche Leinwad und Scharlach: und der auch allerhand geschnitzte Werck außgraben kan/ und klüglich alles erdencken/ was die Nothdurfft im Werck erfordert/ mit deinen Werckmeistern und mit den Werckmeistern meines Herrn/ deines Vatters Davids.

15. Also sende nun deinen Knechten/ was du mein Herr verheissen hast/ Weitzen und Gersten/ und Oel und Wein.

16. Wir wollen aber das Holtz vom Libano abhauen/ so vil du wirst vonnöthen haben/ und wollens auf Flössen auf dem Meer gen Joppe bringen: dir aber wird obligen/ dasselbig gen Jerusalem zu bringen.

III. 17. Und Salomon zehlete alle Beschnittene auß frembden Völckern/ welche im Land Israel wohneten/ nach der Anzahl/ die sein Vatter David gezehlet hatte/ und es befunden sich hundert/ drey und fünfftzig tausend/ und sechs hundert.

18. Und er machte auß denselbigen sibentzig tausend die auf den Achselnlast tragen solten/ und achzig tausend die Stein auß den Bergen zuhauen/ aber drey tausend und sechs hundert Vorsteher/ das Volck zum Werck anzuhalten.

CAPUT III.

I. Conſtructio templi: deſcribitur ejus latitudo & altitudo, 1.
II. Sanctum ſanctorum cum ſuo apparatu, 8.
III. Velum & duæ columnæ ante fores templi. 14.

1. ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jeruſalem in monte Moria, qui demonſtratus fuerat David patri ejus, in loco, quem paraverat David *a* in area Ornan Jebuſæi.

2. Cœpit autem ædificare menſe ſecundo *b*, anno quarto regni ſui *c*.

3. Et hæc ſunt fundamenta, quæ jecit Salomon, ut ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in menſura prima *d* ſexaginta, latitudinis cubitos viginti.

3. Reg. 6. 1.
a 2. Reg. 24. 25. 1. Par. 21. 26.
b Hebr. addit, *die ſecundo*,
c Anno M. 2992. Ant. Chr. 1012.
d ſc. comprehendente Sanctum & Sancta ſanctorum.

Das III. Capitel.

I. Beschreibung der Höh und Breit deß Tempels und Vorhofs/ 1.
II. Item deß Hauß deß Allerheiligsten samt dem guldenen Zierat/ 8.
III. Deß Vorhangs und der ehrinen Säulen/ 14.

1. UNd Salomon fieng an das Hauß deß HErrn zu bauen/ zu Jerusalem auf dem Berg Moria/ der seinem Vatter David gezeigt war/ auf dem Platz/ den David auf der Tenn Ornan deß Jebusiters zubereitet hatte.

2. Er fieng aber an zu bauen im andern Monat/ im vierdten Jahr seines Königreichs.

3. Und diß seynd die Gründ/ welche Salomon gelegt hat/ das Hauß GOttes zu bauen/ in die Läng nach der ersten Maaß sechtzig Elen/ und in die Breit zwantzig Elen.

4. Den Vorhof aber machte er forn an/ der sich streckte in die Läng / nach der Maaß der Breit am Hauß auf zwantzig Elen : die Höh aber war hundert und zwantzig Elen / und er übergüldete es inwendig mit dem allerfeinsten Gold.

5. Und das grosse Hauß bedeckte er mit höltzenen Dannentaflen / und überzoge es durchauß mit guldenen Blättern vom allerbesten Gold : und grube darein Palmenbäum und gleichwie Ketten / die in einander geflochten waren.

6. Er pflasterte auch den Boden deß Tempels mit sehr köstlichem Marmelstein / überauß zierlich.

7. Es war aber vom allerlautersten Gold / das zu Blättern geschlagen war/ damit er das Hauß / und seine Balcken / und Pföst / und Wänd / und Thüre überzohe: u er grube Cherubim auf die Wänd

II. 8. Er machte auch das Hauß deß Allerheiligsten : Die Läng war nach der Breit deß Hauß / zwantzig Ellen / und die Breit imgleichen zwantzig Ellen : und er überzohe dasselbig mit guldenen Blättern / ungefähr mit sechs hundert Centner.

9. Auch machte er guldene Nägel / also daß ein jeglicher Nagel am Gewicht fünfftzig Sickel hielt : und er bekleydete die Kammern auch mit Gold.

10. Ferner machte er im Hauß deß Allerheiligsten zween Cherubim / nach Bildhauers Arbeit / und überdeckte sie mit Gold.

11. Die Flügel der Cherubim streckten sich zwantzig Ellen lang auß / also daß ein Flügel fünff Ellen hielt / und rührete die Wand deß Hauß an : der ander hielt auch fünff Elen / und streckte sich biß an deß andern Cherubs Flügel.

12. Imgleichen hielt ein Flügel deß andern Cherubs auch fünff Elen / und rührete die Wand an : u. sein ander Flügel/ der auch fünff Ellen lang war/ streckte sich biß an den Flügel deß andern Cherubs.

13. Also waren die Flügel der beyden Cherubim außgebreitet / und streckten sich auß in die zwantzig Elen : sie aber stunden aufrecht auf ihren Füssen, und ihre Angesichter waren zu dem äussern Hauß gewendet.

III. 14. Er machte auch einen Vorhang von Himmelblauer Seiden// Purpur Scharlach/ und köstlichem Leinwad/ und wirckete Cherubim darein.

15. Dazu machte er zwo Säulen vor der Thür deß Tempels / welche fünff und dreyssig Elen hoch waren : und die Capitäl oben darauf hielten fünff Elen.

16. Deßgleichen machte er gleich wie kleine Ket-

4. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum juxta mensuram latitudinis domûs, cubitorum viginti : porrò altitudo centum viginti cubitorum erat : & deauravit eam intrinsecus auro mundissimo.

5. Domum quoque majorem *e* texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum : sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se invicem complectentes.

6. Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo.

7. Porrò aurum erat probatissimum *f*, de cujus laminis texit domum, & trabes ejus, & postes, & parietes, & ostia : & cælavit cherubim in parietibus.

II. 8. Fecit quoque domum Sancti sanctorum : longitudinem juxta latitudinem domûs, cubitorum viginti : & latitudinem similiter viginti cubitorum : & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis.

9. Sed & clavos *g* fecit aureos, ita ut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent : cænacula quoque texit auro.

10. Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario : & texit eos auro.

11. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita ut una ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domûs : & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.

12. Similiter cherub alterius ala, quinq; habebat cubitos, & tangebat parietem : & ala ejus altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat.

13. Igitur alæ utriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti : ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum *h*.

III. 14. *i* Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso : & intexuit ei cherubim.

15. *k* Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos *l* habebant altitudinis : porrò capita earum, quinque cubitorum.

16. Necnon & quasi catenulas *m* in oracu-

e Sanctum seu Sanctuarium, quod est medium inter porticum & Sanctum sanctorum.

f Hebr. ex Paruaim i. Peru, juxta quosdam.

g sc. quibus laminæ parieti affigerentur.

h sc. Sanctum.

i Matth. 27. 51.

k Ierem. 52. 20.

l sc. utraq;.

m sc. quales erant in oraculo.

raculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.

17. Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo templi, unam à dextris, & alteram à sinistris: eam, quæ à dextris erat, vocavit Jachin *n*; & quæ ad lævam, Booz *o*.

n i. firmitas.
o i. fortitudo.

Caput IV.

I. Construitur altare æneum, mare fusile, 1.

II. Decem conchæ, candelabra, mensæ, phialæ, 6.

III. Cætera quoq; ad templi ornatũ pertinentia. 18.

1. FEcit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis.

2. *a* Mare etiam fusile decem cubitis à labio usque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus *b* triginta cubitorum ambiebat gyrum ejus.

3. Similitudo quoque boum erat subter illud, & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus *c* alvum maris circuibant. Boves autem erant fusiles:

4. Et ipsum Mare super duodecim boves impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alii tres ad Occidentem: porrò tres alii Meridiem, & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari.

5. Porrò vastitas *d* ejus habebat mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilii: capiebátque tria millia metretas.

II. 6. Fecit quoque conchas decem: & posuit quinq; à dextris, & quinq; à sinistris, ut lavarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lavabantur.

7. Fecit autem & candelabra aurea decem secundùm speciem, quâ jussa erant fieri: & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris.

8. Necnon & mensas decem: & posuit eas in templo, quinque à dexteris, & quinque à sinistris: phialas quoque aureas centum.

9. Fecit etiam atrium sacerdotum, &

a 3. Reg. 7. 23.
b Circulus seu peripheria maris ænei erat triginta cubitorum
c id est Ordinibus.
d i. crassitudo.

ten im Heiligthum/und machte sie oben auf die Capitäl der Säulen/ auch machte er hundert Granatäpffel / die er zwischen die Kettlein hinein hefftete.

17. Und die Säulen setzte er in den Vorhoff deß Tempels / eine zur rechten / die andere zur lincken Seiten: die auf der rechten Seiten war/ nennte er Jachin / und die zur lincken / Booz.

Das IV. Capitel.

I. Wie der Altar / und das gegossene Meer beschaffen gewesen/ 1.

II. Wie vil Kessel / Leuchter / Tisch/ Säulen und Schaalen gemacht worden/ 6.

III. Beschaffenheit der übrigen Geschirr und Instrumenten/ 18.

1. ER machte auch einen ehrinen Altar / der zwantzig Elen lang / und zwantzig Elen breit / und zehen Elen hoch war.

2. Dazu das gegossen Meer / das von einem Rand zum andern zehen Elen weit / und rings herum in die Rund gemacht war: es war fünff Elen hoch / und eine Schnur von dreyssig Elen kunte es in die Rund begreiffen.

3. Unter dem Meer waren Ochsenbilder / und außwendig giengen zwo Reyen außgestochenen Wercks in die zehen Elen um den Bauch deß Meers herum. Aber die Ochsen waren gegossen:

4. Und das Meer selbst war auf zwölff Ochsen gesetzt / deren drey gegen Mitternacht / und andere drey gegen Nidergang / und drey andere gegen Mittag und die übrige drey gegen Aufgang sahen: und sie trugen das Meer/so auf sie gesetzt war: aber das Hintertheil der Ochsen / war inwendig unter dem Meer.

5. Und seine Dicke war ein Hand breit / und sein Rand war wie eines Bechers Rand / oder wie eine offene Lilien / und hielt drey tausend Maaß.

II. 6. Und er machte zehen Kessel / und setzte fünff davon zur rechten Seiten / und fünff zur lincken/ darin alles zu waschen / was sie zum Brandopffer würden opffern: aber im Meer wuschen sich die Priester.

7. Er machte auch zehen guldene Leuchter nach ihrer Gestalt/wie befohlen war dieselbige zu machẽ: und er setzte sie in den Tempel / fünff zur rechten Seiten / und fünff zur lincken.

8. Deßgleichen zehen Tisch: die er auch in den Tempel setzte / fünff zur rechten Seiten / und fünff zur lincken: auch hundert guldene Schaalen.

9. Er machte auch den Vorhof für die Priester/

und einen ansehnlichen grossen Vorhof / und Thi-
ren an demselben Vorhof/die er mit Ertz überzohe.
10. Aber das Meer setzte er auf der rechten Sei-
ten gegen Aufgang zu Mittag.
11. Hiram aber machte auch Häven/und Fleisch-
kreul a und Becken b/u.also vollendete er das gan-
tze Werck deß Königs im Hauß GOttes.
12. Nemlich/die zwo Säulen mit den Capitäln/
und Knöpffen / und die gewundene Reiffen/ welche
die Knöpff über den Capitäln bedeckten:
13. Jmgleichen die vier hundert Granat-Aepffel
an den beyden gewundenen Reiffen / also / daß zwo
Reyen Granatäpffel an einem jeglichen Reiff hien-
gen / welche die Capitäln und Knöpff der Säulen
bedeckten.
14. Auch machte er die Füß samt den Kesselnc/
die er auf dieselbige Füß setzte:
15. Ein Meer / und zwölff Ochsen unter das
Meer.
16. Und Häfen und Fleischkreuel / und Becken.
Alle Geschirr machte Hiram sein Vatter dem Sa-
lomon zum Hauß deß HErrn auß lauterstem
Ertz.
17. Und der König ließ sie giessen in der Gegend
deß Jordans in der leimichten Erden zwischen So-
chot / und Saredatha.
III. 18. Es waren aber der Geschirren unzahlbar
vil / dergestalt / daß das Gewicht deß Ertz unbe-
kant war.
19. Also machte Salomon alle Geschirr deß
Hauß GOttes / und den guldenen Altar / und die
Tisch / und die Schaubrod darauf:
20. Auch die Leuchter mit ihren Lampen/ daß sie
vor dem Heiligthum nach Gewonheit leuchten sol-
ten / vom reinstem Gold.
21. Dazu etwas Blumenwerck / und Leuchter/
und guldene Liechtbutzer: alles war vom allerfeine-
sten Gold gemacht.
22. Auch die Geschirr zum köstlichen Rauchwerck/
u. die Rauchfässer/u. Schaalen/u. Mörsel võ reinstẽ
Gold. Er machte auch die Thiren deß inwendigen
Tempels/ das ist/zum Allerheiligsten/ mit geschnitztẽ
Werck/u. die Thiren deß Tempels waren außwendig
von Gold. Also ward das gantze Werck vollendet/
das Salomon im Hauß deß HErrn gemacht hat.

Das V. Capitel.

I. Die Arch und alle Gereitschafft deß Tempels wird prächtig vom gantzen Volck hinein getragen/ 1.
II. Die Priester und Leviten loben GOtt darbey/mit Stimm- und Instrumenten/ 11.
III. Die Herrlichkeit GOttes erfüllet den Tempel/ 13.

1. UNd Salomon brachte alles hinein/ was Da-
vid sein Vatter gelobt hatte/ Silber und

a Fleisch Gablen. b Schaalen. c Becken.

basilicam grandem e: & ostia in basilica,
quæ texit ære.
10. Porrò Mare posuit in latere dextro
contra Orientem ad Meridiem.
11. Fecit autem Hiram lebetes, & crea-
gras, & phialas: & complevit omne opus
regis in domo Dei:
12. Hoc est, columnas duas, & episty-
lia, & capita, & quasi quædam retia-
cula, quæ capita tegerent super epistylia.
13. Malogranata quoque quadringen-
ta, & retiacula duo, ita ut bini ordines
malogranatorum singulis retiaculis jun-
gerentur, quæ protegerent epistylia, & ca-
pita columnarum.
14. Bases etiam fecit, & conchas, quas
superposuit basibus:
15. Mare unum, boves quoque duo-
decim sub mari.
16. Et lebetes, & creagras, & phialas.
Omnia vasa fecit Salomoni Hiram
pater ejus f in domo Domini ex ære
mundissimo.
17. In regione Jordanis fudit ea rex
in argillosa terra, inter Sochot, & Sa-
redatha.
III. 18. Erat autum multitudo vasorum
innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus
æris.
19. Fecitque Salomon omnia vasa do-
mûs Dei, & altare aureum, & mensas, &
super eas panes propositionis:
20. Candelabra quoque cum lucernis
suis ut lucerent ante oraculum juxta ri-
tum ex auro purissimo:
21. Et florentia quædam g, & lucernas,
& forcipes aureos: omnia de auro mun-
dissimo facta sunt.
22. Thymiateria quoque, & thuribula,
& phialas, & mortariola ex auro purissi-
mo. Et ostia cælavit templi interioris,
id est, in Sancta sanctorum: & ostia tem-
pli forinsecus aurea. Sicque completum
est omne opus, quod fecit Salomon in
domo Domini.

CAPUT V.

I. Oblatis plurimis donariis, Arca continens tabulas Moysi in oraculum inducitur, 1.
II. Sacerdotes & Levitæ Deum laudant vocibus & organis. 11.
III. Gloria Domini templum implet. 13.

1. INtulit igitur Salomon omnia, quæ
voverat David pater suus, argen-
tum,

e Atrium magnum pro populo, porticibus undique circumdatum.

f Hebr. Abiu fortè cognomen erat.

g Hebraicè flores, nempe opere fusili imitabantur flores liliorũ, vel alios.

3. Reg. 7. 51.

tum, & aurum, & universa vasa posuit in thesauris domûs Dei.

a 3. Reg. 8. 1. Anno M. 3001. Ant. Chr. 1003.

2. *a* Post quæ congregavit majores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel in Jerusalem, ut adducerent arcam fœderis Domini de Civitate David, quæ est Sion.

b festo tabernaculorum.

3. Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solemni *b* mensis septimi.

4. Cumque venissent cuncti seniorum Israel, portaverunt Levitæ arcam,

5. & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi. Porrò vasa sanctuarii, quæ erant in tabernaculo, portaverunt Sacerdotes cum Levitis.

6. Rex autem Salomon, & universus cœtus Israel, & omnes, qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes, & boves absque ullo numero: tanta enim erat multitudo victimarum.

7. Et intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est, ad oraculum templi, in Sancta sanctorum subter alas cherubim:

8. Ita ut cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis.

9. Vectium autem, quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi usque in præsentem diem.

c sc. ex lege vel saltem illo tempore.

10. Nihilque erat aliud *c* in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus ex Ægypto.

d i. oraculo.

II. 11. Egressis autem Sacerdotibus de sanctuario *d*, (omnes enim Sacerdotes, qui ibi potuerant inveniri, sanctificati *e* sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos divisus erat *f*)

e sc. præparati ad illud festū.

f q. d. illo die distinctio illa non observabatur.

12. tam Levitæ quàm cantores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Eman, & qui sub Idithun, filii, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis Sacerdotes centum viginti canentes tubis.

Gold / und alle Gereitschafft / und legte es in die Schätz deß Hauß GOttes.

2. Darnach versammlete er die Aelteste in Israel / und alle Fürsten der Stämmen / und die Häubter der Geschlechten / von den Kindern Israel gen Jerusalem damit sie die Arch deß Bunds deß HErrn auß der Stadt Davids / welche Sion ist / dahin brächten.

3. Also kamen alle Männer Israel zum König / auf den hohen Festtag im sibenden Monat.

4. Da nun alle Aelteste in Israel ankommen waren / trugen die Leviten die Arch /

5. Und brachten sie hinein / samt aller Gereitschafft deß Tabernackels. Aber die Geschirr deß Heiligthums / welche in dem Tabernackel waren / trugen die Priester mit den Leviten.

6. Aber der König Salomon / und die gantze Gemein Israel / und alle / die vor der Archen versammlet waren / opfferten Widder und Rinder / ohn einige Zahl: dan so groß war die Meng d' Schlachtopffer.

7. Und die Priester trugen die Arch deß Bunds deß HErrn an ihre statt / das ist / zum Heiligthum deß Tempels zum allerheiligsten Ort unter die Flügel der Cherubim:

8. Also / daß die Cherubim ihre Flügel über das Ort außstreckten / da die Arch gesetzt war / und die Arch mit ihren Stangen bedeckten.

9. Dieweil aber die Stangen / damit die Arch getragen ward / etwas zu lang waren / so sahe man ihre Knöpff vor dem Heiligthum: wer aber ein wenig hinauß kam / der kunte sie nit sehen. Also war die Arch daselbst biß auf den heutigen Tag.

10. Und es war nichts anders in der Arch / dan die zwo Taflen / welche Moyses zu Horeb darein gelegt hatte / als der HErr den Kindern Israel das Gesatz gab / da sie auß Egypten zogen.

II. 11. Nachdem aber die Priester auß dem Heiligthum gangen waren (dan alle Priester / die man allda hat finden können / waren geheiliget: so war auch zu der Zeit die Abwechßlung und Ordnung der Diensten unter ihnen noch nit gemacht)

12. Da waren so wohl die Leviten / als die Singer / das ist / so wohl die unter Asaph / als die unter Eman / und unter Idithun waren / auch ihre Kinder und Brüder / mit köstlichem Leinwad bekleydet / und sungen zusammen mit Cymbaln und Harpffen und Cytharn / und stunden an der Seiten gegen Aufgang neben dem Altar / und hundert und zwantzig Priester bey ihnen / welche die Posaunen bliesen.

III. 13. Da sie sich nun alle zugleich mit Posaunen / mit der Stimm / mit Cymbaln / mit Psaltern / und allerhand Sing-Instrumenten hören liessen / und ihre Stimm in die Höh erhuben / hat man den Schall weit und fern gehöret / dergestalt / daß da sie anfiengen den HErrn zu loben / und zu sagen: Lobet den HErrn / dan er ist gut / und seine Barmhertzigkeit wehret ewiglich: das Hauß GOttes mit einer Wolcken erfüllet ward /

14. Und die Priester wegen der Finsternuß nit stehen / noch ihren Dienst verrichten kunten. Dan die Herrligkeit deß HErrn hatte das Hauß GOttes erfüllet.

Das VI. Capitel.

I. Salomon sagt GOtt offentlich Danck für die Erfüllung der Verheissungen / so seinem Vatter geschehen / 1.
II. Bittet / daß GOtt das im Tempel bettende Volck / allzeit erhören wolle / 14.

1. DA sprach Salomon: Der HErr hat verheissen im Duncklen zu wohnen:

2. Ich aber hab seinem Namen ein Hauß gebauet / daß er daselbst wohnen sol ewiglich.

3. Und der König wandte sein Angesicht / und seegnete die gantze Gemein Israel / (dan die gantze Schaar stund / und merckte auf) und er sprach.

4. Gebenedeyet sey der HErr der GOtt Israel / der mit dem Werck erfüllet hat / was er zu meinem Vatter David geredet hat / da er sagt:

5. Von dem Tag an / daß ich mein Volck hab auß Egyptenland geführet / hab ich keine Statt erwählet von allen Stämmen Israel / daß man meinem Namen ein Hauß darinnen bauen sol: so hab ich auch keinen andern Mann erwählet / daß er ein Fürst seyn sol über mein Volck Israel:

6. Sondern Jerusalem hab ich ausserwählet / daß daselbst mein Nam seyn soll: auch hab ich David außerwählet / daß ich ihn verordnete über mein Volck Israel.

7. Und als David mein Vatter willens war / dem Namen deß HErrn / deß GOttes Israel ein Hauß zu bauen /

8. Sprach der HErr zu ihm: Daß du vorhabens gewesen bist / meinem Namen ein Hauß zu bauen / daran hast du zwar wohl gethan / daß du solchen Willen gehabt hast.

9. Aber du solst das Hauß nit bauen / sondern dein Sohn / der auß deinen Lenden wird kommen / derselbig sol meinem Namen ein Hauß bauen.

10. Also hat der HErr sein Wort erfüllet / das er geredet hatte: und ich bin auf kommen an meines Vatters Davids Statt / und hab mich auf den

III. 13. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diversi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus; longè sonitus audiebatur, ita ut cùm Dominum laudare cœpissent & dicere: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus; impleretur domus Dei nube,

14. nec possent Sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleverat enim gloria *g* Domini domum Dei. — *g* i. præsentia & majestas nube repræsentata.

CAPUT VI.

I. Salomon populo Israel benedicit gratias Deo agens de impletione promissionis factæ David; 1.
II. Orat supplex, ut orantium in templo vota Deus exaudiat. 14.

1. TUnc Salomon ait: Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine: — 3. *Reg.* 8. 12. Eodem anno 3001.

2. Ego autem ædificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum.

3. Et convertit rex faciem suam, & benedixit universæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) & ait:

4. Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est David patri meo, opere complevit, dicens:

5. A die, quâ eduxi populum meum de Terra Ægypti, non elegi civitatem *a* de cunctis tribubus Israel, ut ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quemquam alium virum, ut esset dux in populo meo Israel, — *a* sc. aliam, quàm Jerusalem.

6. sed elegi Jerusalem, ut sit nomen meum in ea, & elegi David, ut constituerem eum super populum meum Israel.

7. Cumque fuisset voluntatis David patris mei, ut ædificaret domum nomini Domini Dei Israel,

8. dixit Dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, ut ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti hujuscemodi habere voluntatem.

9. Sed non tu ædificabis domum, verùm filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

10. Complevit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro David patre meo, & sedi super

per thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificavi domum nomini Dei Israel.

11. Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel.

12. Stetit ergo coram altari Domini ex adverso universæ multitudinis Israel, & extendit manus suas.

13. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ *b*, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitque super eam: & deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, & palmis in cælum levatis,

b 70. atrii, sc. populi.

II. 14. ait: *c* Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cum servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo:

c 2. Mach. 2. 8.

15. Qui præstitisti servo tuo David patri meo quæcumque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat.

16. Nunc ergo Domine Deus Israel, imple servo tuo patri meo David quæcumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui vias suas, & ambulaverint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me.

17. Et nunc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David.

25. Constituit quoque Levitas in domo Domini, cum cymbalis, & psalteriis, & citharis secundùm dispositionem David regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ, siquidem Domini præceptum fuit per manum prophetarum ejus.

26. Steteruntque Levitæ tenentes organa David *m*, & Sacerdotes tubas.

27. Et jussit Ezechias ut offerrent holocausta super altare: cumq; offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diversis organis, quæ David rex Israel præparaverat, concrepare.

28. Omni autem turbâ adorante, cantores, & ii, qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec compleretur holocaustum.

29. Cumque finita esset oblatio, incurvatus est rex, & omnes qui erant cum eo, & adoraverunt.

30. Præcepítque Ezechias, & principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David *n*, & Asaph Videntis: qui laudaverunt eum magnâ lætitiâ, & incurvato genu *o* adoraverunt.

31. Ezechias autem etiam hæc addidit: Implestis *p* manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente devotâ.

32. Porrò numerus holocaustorũ, quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos.

33. Sanctificaveruntq; *q* Domino boves sexcentos, & oves tria milia.

34. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent: unde & Levitæ fratres eorum adjuverunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites *r*: Levitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm Sacerdotes.

35. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum: & completus est cultus domûs Domini.

36. Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eò quòd ministerium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat.

m i. instrumenta musica à David inventa.

n Ex hoc loco colligunt aliqui DD. non omnes Psalmos esse unius Davidis, sed quosdam ab aliis compositos fuisse.

o 70. procidentes.

p i. consecrâstis.

q i. obtulerunt.

r 70. sacerdotes.

CAPUT XXX.

I. Ezechias missis in omnem Israel & Judam nuntiis, populum convocat, & exhortatur ad immolandum Phase; 1.

II. Nuntii à quibusdam subsannantur, 10.

III. Solemnitas azymorum bis septem diebus cum ingenti lætitia, plurimis oblatis victimis celebratur 15.

Eodem an. 3278.

1. MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel & Judam: scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, & facerent Phase Domino Deo Israel.

2. Inito ergo consilio regis & principum, & universi cœtus Jerusalem, decreverunt ut facerent Phase mense secundo.

3. Non enim potuerant facere in tempore suo *a*, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Jerusalem.

a propter purgationem institutam.

Sup. 29. 17. Ex lege, Num. 9. 10. & 11.

4. Placuitque sermo regi, & omni multitudini.

5. Et decreverunt ut mitterent nuntios in universum Israel de Bersabee usque Dan, ut venirent, & facerent Phase Domino Deo Israel in Jerusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est *b*.

b i. debito ritu & tempore

6. Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum ejus, in universum Israel & Judam, juxta id quod rex jusserat, prædicantes: Filii Israel, revertimini ad Dominum Deum Abrahã, & Isaac, & Israel: & revertetur *c* ad reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum.

c sc. Deus favendo.

7. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis.

8. Nolite indurare cervices vestras *d*, sicut patres vestri: tradite manus *e* Domino, & venite ad sanctuarium ejus, quod sanctificavit in æternum: servite Domino Deo patrum vestrorum, & avertetur à vobis ira furoris ejus.

d sc. ad detrectandum jugum. e sc. in signum [illegible] & obedientiæ.

9. Si enim vos reversi fueritis ad Dominum: fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non avertet faciem suam à vobis, si reversi fueritis ad eum.

Das XXX. Capitel.

I. Ezechias lasset durch seine Botten gantz Judäam und Israel nach Jerusalem zum Oster-Fest beruffen/ 1.

II. Dern Ermahnung etliche verspotten/ vil aber folgen/ 10.

III. Das Oster-Fest wird vierzehen Tag lang mit höchstem Gepräng gehalten/ 15.

1. UNd Ezechias schickte aus zum gantzen Israel und Juda: er schrib auch Brief an Ephraim und Manasse / daß sie kämen zum Hauß deß HErrn gen Jerusalem / und dem HErrn dem GOtt Israel Phase hielten.

2. Und der König samt den Obersten / und der gantzen Gemein zu Jerusalem hielten Rath und beschlossen/im andern Monat das Phase zu halten.

3. Dan sie hattens zu seiner Zeit nit halten können/ weil der Priester so vil nit geheiliget waren / daß ihrer genug dazu wären : so war auch das Volck gen Jerusalem noch nit zusammen kommen.

4. Also gefiel das Wort dem König wol / und der gantzen Gemein.

5. Und sie beschlossen/ daß sie Botten außsenden wolten in gantz Israel von Bersabee biß gen Dan/ daß sie kämen/ und dem HErrn dem GOtt Israel zu Jerusalem das Phase hielten: dan ihrer vil hatten nit gethan / wie es im Gesatz vorgeschriben ist.

6. Und die lauffende Botten giengen auß mit den Brieffen/ auf deß Königs und seiner Fürsten Befehl in gantz Israel und Juda / und rieffen öffentlich auß/ wie der König befohlen hatte : Ihr Kinder Israel/ bekehret euch widerum zu dem HErrn/ dem GOTT Abrahams/ und Isaac/ und Israel / so wird er sich zu den Ubrigen kehren/ die der Hand deß Königs von Assyrien entrunnen seynd.

7. Werdet nit/ wie eure Vätter und Brüder / die vom HErrn dem GOtt ihrer Vätter abgewichen seynd/ der sie zum Untergang übergeben hat / wie ihr selbst sehet.

8. Verhärtet eure Nacken nit / wie eure Vätter : gebet dem HErrn die Hand / und kommet zu seinem Heiligthum / das er geheiliget hat ewiglich: dienet dem HErrn dem GOTT eurer Vätter/ so wird der Grimm seines Zorns von euch abgewendet werden.

9. Dan wan ihr euch zum HErrn widerum bekehret/ so werden eure Brüder / und eure Kinder Barmhertzigkeit habẽ vor ihrẽ Herrn/die sie gefänglich hinweg geführet haben / und werden widerum in diß Land kommen : dan der HErr euer GOtt ist gütig und barmhertzig / und er wird sein Angesicht nit von euch wenden / wan ihr euch zu ihm bekehret.

10.

II. 10. Also reyseten die lauffende Botte geschwind von einer Stadt zur andern / durchs Land Ephraim und Manasse biß zu Zabulon: aber sie verlachten sie / und triben ihren Spott mit ihnen.

11. Gleichwol etliche Männer von Aser und Manasse und Zabulon folgeten disem Rath / und kamen gen Jerusalem.

12. In Juda aber war die Hand deß HErrn / daß er ihnen einerley Hertz gab / nach dem Befehl deß Königs / und der Fürsten / das Wort deß HErrn ins Werck zurichten.

13. U. es kam gen Jerusalem ein grosses Volck zusammen / im andern Monath / das Fest der ungesäuerten Brod zu halten.

14. Und sie machten sich auf / und zerstöreten die Altär so zu Jerusalem waren / und kehreten alles um / darauff den Abgöttern Rauchwerck angezündet ward / und wurffens in den Bach Cedron.

III. 15. Sie opfferten aber das Phase am vierzehenden Tag deß andern Monats. Nachdem auch die Priester und Leviten endlich geheiliget waren / opfferten sie Brand-Opffer im Hauß deß HERRN.

16. Und sie stunden in ihrer Ordnung / nach der Anstellung u. nach dem Gesatz Moysis deß Manns GOttes: die Priester aber empfiengen das Blut / das man außgiessen sollte / auß den Händen der Leviten:

17. Darum daß ein groß Volck noch nit geheiliget war / und daß derowegen die Leviten das Phase für die jenige opfferten / die noch nit geheiliget vor den HErrn waren kommen.

18. Dan ein grosser Theil deß Volcks von Ephraim / und Manasse / und Issachar und Zabulon / die nit geheiliget waren / aß das Phase nit auf die Weiß / wie geschriben ist: und Ezechias bat für die selbige / und sprach: Der gütige HErr wird Gnad erzeigen

19. Allen welche von gantzem Hertzen den HERRN den GOtt ihrer Vätter suchen / und wirds ihnen nit zurechnen / daß sie nit gnugsam geheiliget seynd.

20. Und der HErr erhörete ihn / und ward dem Volck gnädig.

21. Und die Kinder Israel/ die zu Jerusalem gefunden wurden / hielten das Fest der ungesäuerten Brod siben Tag lang mit grosser Freud/ und lobten den HErrn täglich wie auch die Leviten und Priester mit den Instrumenten / die zu ihrem Ambt dieneten.

22. Und Ezechias redet zum Hertzen allen

II. 10. Igitur cursores pergebant velociter de civitate in civitatem, per terrā Ephraim & Manasse usque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos.

11. Attamen quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon, acquiescentes consilio *f*, venerunt Jerusalem.

12. In Juda verò facta est manus *g* Domini ut daret eis cor unum, ut facerent juxta præceptum regis & principum, verbum Domini.

13. Congregatiq; sunt in Jerusalē populi multi, ut facerent solemnitatem azymorum, in mense secundo:

14. Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Jerusalem, atque universa, in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes, projecerunt in torrentem Cedron.

III. 15. Immolaverunt autem Phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Levitæ tandem *h* sanctificati: obtulerunt holocausta in domo Domini.

16. Steteruntque in ordine suo juxta dispositionem, & legem Moysi hominis Dei: Sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Levitarum,

17. eò quòd multa turba sanctificata non esset: & idcircò immolarent Levitæ Phase his *i*, qui non occurrerant sanctificari Domino.

18. Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Issachar, & Zabulon, quæ sanctificata non fuerat, comêdit Phase, non juxta quod scriptum est: & oravit pro eis Ezechias, dicens: Dominus bonus propitiabitur

19. cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum: & non imputabit eis quòd minùs sanctificati sunt.

20. Quem exaudivit Dominus, & placatus est populo *k*.

21. Feceruntque filii Israel, qui inventi sunt in Jerusalem, solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies: Levitæ quoque, & sacerdotes, per organa, quæ suo officio congruebant.

22. Et locutus est Ezechias ad cor omnium

f Hebr. humiliantes se

g i. favor seu gratia

h Hebr. pudore affecti, sc. ob negligentiam suam cùm viderent populi alacritatem

i pro his, qui non erant purificati

k 70. sanavit populum

nium Levitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Domino *l*: & comederunt septem diebus solemnitatis, immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrum suorum.

l id est, in Domini canticis, laudibus & lege.

23. Placuitque universæ multitudini ut celebrarent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio.

24. Ezechias enim rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ovium: principes verò dederant populo tauros mille, & oves decẽ millia: sanctificata est ergo sacerdotũ plurima multitudo.

25. Et hilaritate perfusa omnis turba Juda, tam Sacerdotum & Levitarum, quàm universæ frequentiæ, quæ venerat ex Israel; proselytorum quoque de terra Israel, & habitantium in Juda.

26. Factáque est grandis celebritas in Jerusalem, qualis à diebus Salomonis filii David regis Israel in ea urbe non fuerat.

27. Surrexerunt autem Sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum: pervenítque oratio in habitaculum sanctum cæli.

CAPUT XXXI.

I. Populus idola lucósque in Juda & Ephraim demolitur: 1.

II. Ezechias Sacerdotes & Levitas restituit in ordinem ministerii: 2.

III. Populo largiter offerente, constituit, qui servarent ac Levitico generi oblata distribuerent. 8

Eodem anno 3278.

I. 1. CUmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inventus fuerat in urbibus Juda, & fregerunt simulacra, succideruntque lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt, non solum de universo Juda & Benjamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitùs everterent: reversique sunt omnes filii Israel in possessiones & civitates suas.

II. 2. Ezechias autem constituit turmas sacerdotales, & Leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, tam Sacerdotum videlicet quàm Levitarum, ad holocausta & pacifica, ut ministrarent & confiterentur, canerén tque in portis castrorum Domini. *a*

a templi Domini, ubi per vices & turmas velut milites solebant convenire.

3. Pars autem regis erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum, mane semper & vespere, Sabbatis quoque,

Leviten / die deß HERRN gute Erkantnuß hatten: und sie assen die siben Tag deß Fests / und schlachteten die Frid-Opffer / und lobten den HERRN den GOTT ihrer Vätter.

23. Und die gantze Gemein ließ ihr gefallen / noch siben andere Täg lang Fest zu halten: daß sie auch thäten / in grosser Freud.

24. Dan Ezechias / der König Juda / gab dem Volck tausend Ochsen / und siben tausend Schaaff: die Fürsten aber gaben dem Volck tausend Ochsen / und zehen tausend Schaaff: also heiligte sich eine grosse Meng der Priester.

25. Und die gantze Schaar Juda / so wol die Priester und Leviten / als auch die gantze Gemein / die auß Israel kommen war / auch die beschnittene Frembdling auß dem Land Israel / und die in Juda wohneten / waren voller Freud.

26. Und ward ein sehr groß Fest zu Jerusalem gehalten / deßgleichen von den Tagen Salomons / deß Sohns Davids / deß Königs Israel / in diser Stadt nit gewesen war.

27. Und die Priester und Leviten stunden auf / und seegneten das Volck: und ihre Stimm ward erhöret / und ihr Gebett kam zu der heiligen Wohnung deß Himmels.

Das XXXI. Capitel.

I. Die Abgötterey wird durch gantz Juda und Israel vertilget / 1.

II. Ezechias setzt die Priester und Leviten in vorige Würde / 2.

III. Macht Anordnung / wie der Vorrath deß Opffers sol außgetheilt werden / 8.

I. ALs nun diß gebührlich verrichtet war / zogen alle Kinder Israel auß / welche in den Städten Juda befunden wurden / und zerbrachen die abgöttische Bilder / und hieben die dunckele Wäld ab / und verwüsteten die Höhen / und zerstöreten die Altär / nit allein in gantz Juda und Benjamin / sondern auch in Ephraim und Manasse / biß sie es gantz vertilgeten: und alle Kinder Israel kehreten wider um zu ihren Gütern und Städten.

II. 2. Ezechias aber verordnete die Schaaren der Priester und Leviten nach ihrer Außtheilung / einen jeglichen zu seinem eignen Ambt / nemlich so wol zum Ambt der Priester / als der Leviten zu den Brandopffern / und Fridopffern / damit sie dieneten / auch danckten und Lob sungen in den Choren deß Heerlagers deß HERRN.

3. Aber dem König für seinen Theil lag ob / daß von seinem eignen Gut das Brandopffer morgens und Abends für und für geopffert wurde / auf die Sab-

Sabbat/ und Neumonat / und andere Festtäg / wie im Gesatz Moysis geschriben ist.

4. Er befahl auch dem Volck/ das zu Jerusalem wohnete/ daß sie den Priestern und Leviten ihr Theil geben/ damit sie fleissig dem Gesatz des HERRN außwarten könnten.

5. Da diß dem gemeinen Volck zu Ohren kam / brachten die Kinder Israel vil Erstlingen von Früchten / Wein / Oel und Honig. Und opfferten auch den Zehenden von allem / was die Erd hervor bringet.

6. Und die Kinder Israel und Juda / die in den Städten Juda wohneten/ brachten auch Zehenden von Rindern und Schaaffen/ den Zehenden von dem Geheiligten/ das sie dem HErrn ihrem GOtt gelobt hatten: diß alles trugen sie herbey / und machten sehr vil Hauffen:

7. Im dritten Monat fiengen sie an den Grund der Hauffen zu legen / und vollendeten sie im sibenden Monat.

III. 8. Als nun Ezechias und seine Fürsten herein kamen/ sahen sie die Hauffen / und preyseten den HErrn/ und sein Volck Israel.

9. Und Ezechias fragte die Priester und Leviten/ warum die Hauffen also gelegt wären?

10. Da antwortet ihm Azarias/ der Hohepriester vom Geschlecht Sadoc und sprach: Von der Zeit/ daß man angefangen hat / die Erstling im Hauß deß HErrn zu opffern / haben wir gessen / und seynd satt worden/ und es ist sehr vil überbliben/ darum/ daß der HErr sein Volck geseegnet hat/ diß aber was du sihest/ ist die Füll deß jenigen/ was überbliben ist.

11. Und Ezechias befahl / daß man Scheuren am Hauß deß HErrn zubereiten solte. Da sie das gethan hatten /

12. Trugen sie treulich hinein so wol die Erstlingen/ als die Zehenden/ und alles / was sie gelobt hatten. Aber hierüber war Chonenias / der Levit / der Oberst/ und Semei sein Bruder der ander.

13. Nach dem war Jahiel/ und Azarias / und Nahath/ und Asael/ und Jerimoth/ auch Jozabad/ und Eliel/ und Jesmachias/ Mahath/ und Banaias/ die Vorsteher unter der Hand Choneniä/ und Semei seines Bruders/ nach dem Befehl deß Königs Ezechiä/ und Azariä / deß Hohenpriesters im Hauß GOttes/ denen alles zugehörete.

14. Core aber/ der Sohn Jemna/ ein Levit / der Thürhüter am Thor gegen Aufgang / war über die Ding gesetzt/ die dem HErrn freywillig geopffert worden/ auch über die Erstlingen / und über das Geheiligte in das Heilig der Heiligen.

& Calendis, & solemnitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege Moysi.

4. Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes Sacerdotibus, & Levitis, ut possent vacare legi Domini *b*.

b totos se impendere ad Dei & templi ministerium juxta præscriptum legis divinæ, expediti à cura rerum temporalium

5. Quod cùm percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulére primitias filii Israel frumenti, vini, & olei, mellis quoque: & omnium, quæ gignit humus, decimas obtulerunt.

6. Sed & filii Israel & Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum & ovium, decimásque sanctorum, quæ voverant Domino Deo suo: atque universa portantes, fecerunt acervos plurimos.

7. Mense tertio cœperunt acervorum jacere fundamenta, & mense septimo *c* compleverunt eos.

c ineunte ann. M. 3279. Quo mense collecta fructuum totius anni absolvitur. *Exod.* 23. 16.

III. 8. Cúmque ingressi *d* fuissent Ezechias & principes ejus, viderunt acervos, & benedixerunt Domino ac populo Israel.

d sc. templum

9. Interrogavitque Ezechias Sacerdotes & Levitas, cur ita jacerent acervi.

10. Respondit illi Azarias Sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima, eò quòd benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista, quam cernis.

11. Præcepit igitur Ezechias, ut præpararent horrea *e* in domo Domini. Quod cùm fecissent,

e 70. pastophoria.

12. intulerunt tam primitias, quàm decimas, & quæcumque voverant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Levita, & Semei frater ejus, secundus *f*,

f sc. ejus vicarius.

13. post quem Jahiel, & Azarias, & Nahath, & Asael, & Jerimoth, Jozabad quoque, & Eliel, & Jesmachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus *g* Choneniæ, & Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domûs Dei, ad quos omnia pertinebant.

g seu cura.

14. Core verò filius Jemna Levites & janitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur Domino, primitiísque & consecratis in Sancta sanctorum.

15. Et sub cura ejus Eden, & Benjamin, Jesue, & Semeias, Amarias quoque & Sechenias in civitatibus Sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque majoribus:

h q. d. præter. *i* i. conveniebat. *k* seu pro; *l* i. officiis.

16. Exceptis *h* marib⁹ ab annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebantur templum Domini *i*, & quidquid per singulos dies conducebat in *k* ministerio, atq; observationibus *l* juxta divisiones suas,

17. Sacerdotibus per familias, & Levitis à vigesimo anno & supra, per ordines & turmas suas,

18. universæque multitudini, tam uxoribus, quàm liberis eorum utriusque sexûs, fideliter cibi, de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur.

19. Sed & filiorum Aaron per agros, & suburbana urbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent universo sexui masculino de Sacerdotibus, & Levitis.

20. Fecit ergo Ezechias universa quæ diximus in omni Juda: operatúsque est bonum & rectum & verum coram Domino Deo suo.

21. in universa cultura ministerii domûs Domini, juxta legem & ceremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecítque & prosperatus est.

CAPUT XXXII.

I. Sennacherib Judam invadente, Ezechias populum hortatur fidere in Domino; sed ille minis & blasphemiis nititur eum avertere: & orantibus Ezechia & Isaia post dissipatum ab Angelo exercitum fugiens à filiis occiditur: 1.
II. Ezechias felicitate elatus, Deum offendit; 24.
III. Tentatur; succedit ei impius filius Manasses. 31.

4. *Reg.* 18. 13. *Eccli.* 48. 20 *Isai.* 36. 1. Anno M. 3291. Ant. Chr. 713 *a* sc. rei narratæ.

1. POst quæ & hujuscemodi veritatem *a*, venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Judam, obsedit civitates munitas, volens eas capere.

2. Quod cùm vidisset Ezechias, venisse scilizet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Jerusalem,

3. inito cum principibus consilio, virísq; fortissimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra urbem: & hoc omnium decernente sententiâ,

15. Und unter seiner Aufsicht waren Eden/ und Benjamin/ Jesue/ und Semeias/ auch Amarias und Sechenias/ in den Städten der Priester/ daß sie ihren Brüdern/ so wohl den Kleinen als den Grossen ihre Theil treulich außtheilen solten.

16. Außgenommen die Knäblein von drey Jahren/ und darüber/ sonst allen/ die zum Tempel deß HErrn eingiengen/ und alles verrichteten/ was sich Tag für Tag gebührete im Dienst/ und in den Bräuchen/ nachdem sie außgetheilet waren:

17. Den Priestern nach ihren Geschlechten: und den Leviten von zwantzig Jahren und darüber/ nach ihrer Ordnung und ihren Schaaren.

18. Darzu dem gantzen Hauffen/ so wohl den Weibern/ als ihren Söhnen und Töchtern/ wurd treulich von dem Geheiligten Speiß dargereichet.

19. Es waren auch Männer verordnet von den Kindern Aaron auf dem Land und in den Vorstädten aller Städten/ daß sie allen Mannsbildern von Priestern und Leviten ihre Theil außtheileten.

20. Also vollbrachte Ezechias alles/ was gesagt worden/ im gantzen Juda/ und thäte vor dem HErrn seinem GOtt/ was gut/ und recht/ und warhafftig ist.

21. Und er wolte in aller Ubung deß Diensts im Hauß deß HErrn nach dem Gesatz u nach den Ceremonien seinen GOtt von seinem gantzen Hertzen suchen: das thäte er auch und es ist ihm wohlgangen.

Das XXXII Capitel.

I. Sennacherib überziehet Judäam: aber in einer Nacht erschlagt ein Engel von seinem Kriegsheer/ hundert und achtzig tausend Mann/ und Sennacherib wird von seinen Söhnen getödtet/ 1.
II. Ezechiä Kranckheit/ Hoffart/ Macht/ und Reichthum/ 24.
III. Wird von GOtt verlassen/ und bekommt zum Nachfolger seinen Sohn Manassen/ 31.

1. NAchdem diß/ und dergleichen Ding treulich verrichtet waren/ kam Sennacherib der König in Assyrien/ und zoge in das Land Juda/ und belagerte die veste Städt/ vorhabens dieselbige einzunehmen.

2. Da das Ezechias sahe/ daß nemlich Sennacherib kommen war/ und die gantze Kriegsmacht wider Jerusalem gerichtet ware:

3. Nahm er Rath mit den Fürsten und tapfferften Männern/ daß sie die Häubter *a* der Brunnen verstopffen solten/ die ausser der Stadt waren: da sie das nun alle einmüthiglich beschlossen/

a Quel.

4. Ver

4. Versammlete er eine grosse Meng / und sie verstopfften alle Brunnen / auch den Bach der mitten im Land floß / und sprachen: damit die König von Assyrien nit kommen / und Uberfluß an Wasser finden.

5. Und er wandte grossen Fleiß an / und bauete alle Mauren / die verfallen waren / und machte Thürn darauf / und draussen noch eine andere Mauer: auch besserte er Mello an der Stadt Davids / und machte allerley Waffen und Schild.

6. Und er verordnete Oberste über die Kriegsleut im Heer / und forderte sie alle zusammen in der Gassen am Thor der Stadt / und redet ihnen zu Hertzen / und sprach:

7. Handelt männlich / und seyd starck: förchtet euch nit / und seyd nit zaghafft vor dem König von Assyrien / und vor dem gantzen Hauffen / der bey ihm ist / dan es seynd mit uns vil mehr / als mit ihm.

8. Dan mit ihm ist ein fleischlicher Armb: aber mit uns ist der HErr unser GOtt / der unser Helffer ist / und streitet für uns. Mit solchen Worten Ezechiä / deß Königs Juda / ward das Volck gestärcket.

9. Nach disen Geschichten sandte Sennacherib / der König von Assyrien / seine Knecht gen Jerusalem (dan er selbst lag mit dem gantzen Heer vor Lachis) zu Ezechia dem König Juda / und zu allem Volck / das in der Stadt war / und sprach:

10. Diß sagt Sennacherib / der König von Assyrien: Worauf habt ihr euer Vertrauen / die ihr zu Jerusalem bleibet / und seyd belagert?

11. Betrieget nit euch Ezechias daß er euch mit Hunger und Durst in den Tod übergebe / da er spricht / daß euch der HErr euer GOtt auß der Hand deß Königs von Assyrien erretten werde?

12. Ist nit der Ezechias der seine Höhe und Altär zerstöret hat / und hat Juda und Jerusalem befohlen und gesagt: Ihr sollet vor einem Altar anbetten / und auf demselben sollet ihr Rauchwerck anzünden?

13. Wisset ihr nit / was ich und meine Vätter allen Völckern der Landen gethan haben? Seynd auch die Götter der Heyden / und aller Landen so mächtig gewesen / daß sie ihre Land auß meiner Hand haben erlösen können?

14. Wer ist von allen Göttern der Heyden / die meine Vätter verwüstet haben / der sein Volck auß meiner Hand hat erretten können / daß euch euer GOtt auch auß diser Hand sol können erretten?

4. congregavit plurimam multitudinem, & obturaverunt cunctos fontes, & rivum, qui fluebat in medio terræ *b*, dicentes: Ne veniant reges Assyriorum, & inveniant aquarum abundantiam.

b sc. prope Jerusalem.

5. Ædificavit quoque, agens industriè, omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum: instauravítque Mello in civitate David *c*, & fecit universi generis armaturam & clypeos:

c i. monte Sion.

6. Constituítque principes bellatorum in exercitu: & convocavit universos in platea *d* portæ civitatis, ac locutus est ad cor eorum dicens:

d i. consolans.

7. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo.

8. Cum illo enim est brachium carneũ: nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster pugnátque pro nobis. Confortatusq; est populus hujuscemodi verbis Ezechiæ regis Juda.

9. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum servos suos in Jerusalem (ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis *e*) ad Ezechiam regem Juda, & ad omnem populum, qui erat in urbe, dicens:

e ab expeditione Ægyptiacâ contra Sethonem in Palestinam reversus. *Vid. Isai.* 20

10. Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Jerusalem?

11. Num Ezechias decipit vos, ut tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum?

12. Numquid non iste est Ezechias, qui destruxit excelsa illius *f*, & altaria, & præcepit Juda & Jerusalem, dicens: Coram altare uno adorabitis, & in ipso comburetis incensum?

f sc. hoc falsò imputat Ezechiæ. *v.* 4. *Reg.* 18.

13. An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? numquid prævaluerunt dii gentium, omniumq; terrarum, liberare regionem suam de manu mea?

14. quis est de universis diis gentium, quas vastaverunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, ut possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu *g*.

g 70. de mea.

15. Non

15. Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vanâ persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec *h* Deus vester poterit eruere vos de manu mea.

h Hebr. quantò magis.

16. Sed & alia multa locuti sunt servi ejus contra Dominum Deum, & contra Ezechiam servum ejus.

17. Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est adversùs eum: Sicut dii gentiũ cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista *i*.

i 70. mea.

18. Insuper & clamore magno, linguâ Judaica, contra populum qui sedebat in muris Jerusalem, personabat, ut terreret eos, & caperet civitatem.

19. Locutusque est contra Deum Jerusalem, sicut adversùm deos populorum terræ, opera manuum hominum.

20. Oraverunt igitur Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetes, adversùm hanc blasphemiam, ac vociferati sunt usque in cælum.

21. *k* Et misit Dominus angelum *l*, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum: reversusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum Dei sui *m*, filii qui egressi fuerant de utero ejus, interfecerunt eum gladio.

k *Tob.* 1. 21. *l* Idq; paucis diebus post partam contra Æthiopes victoriam ut *ex Isai cap.* 18 & 20. colligere est. *m* Fanum Nesroch dei sui in Ninive.

22. Salvavítque Dominus Ezechiam & habitatores Jerusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit eis quietem per circuitum.

23. Multi etiam deferebant hostias & sacrificia Domino in Jerusalem, & munera Ezechiæ regi Juda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus.

II. 24. *n* In diebus illis ægrotavit Ezechias usq; ad mortem, & oravit Dominum: exaudivitque eum, & dedit ei signum.

n 4. *Reg.* 20. 1. *Isai.* 38. 1. Anno M. 3291. Ant. Chr. 713.

25. Sed non juxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, quia elevatum est cor ejus: & facta est contra eum ira, & contra Judam & Jerusalem.

15. Darum lasset euch von Ezechia nit betriegen/ noch mit eitlen Worten bereden / und in Schimpff führen/ und glaubet ihm nit. Dan so kein GOtt aller Völcker und Königreich sein Volck auß meiner Hand / und auß der Hand meiner Vätter hat erlösen können / so wird auch folgen/ daß euch euer GOTT auß meiner Hand nit wird erretten können.

16. Vil andere Ding mehr redeten seine Knecht wider GOtt den HErrn / und wider Ezechiam seinen Knecht.

17. Er schrib auch Brieff / die voller Lästerung waren wider den HErrn den GOtt Israel/ und er redet also wider ihn: Gleich wie die Götter der andern Völcker ihr Volck nit haben auß meiner Hand erretten können / also wird auch der GOtt Ezechiä sein Volck auß diser Hand nit erretten können.

18. Uber das rieff er mit lauter Stimm in Jüdischer Sprach gegen dem Volck / das auf der Mauren zu Jerusalem war/ damit er sie erschröckẽ/ und die Stadt gewinnen möchte.

19. Und er redet wider den GOtt Jerusalem / wie wider die Götter der Völcker im Land/ die von Menschen Händen gemacht seynd.

20. Aber der König Ezechias / und Isaias/ der Sohn Amos / der Prophet / betteten wider dise Gotteslästerung / und rieffen überlaut biß in den Himmel.

21. Und der HErr sandte einen Engel / der erschlug alle starcke Männer / und Kriegsleut / auch den Obersten über das Heer deß Königs von Assyrien: und er zoge mit Schanden widerum zuruck in sein Land. Und als er in das Hauß seines GOttes gieng / erschlugen ihn seine Söhn mit dem Schwerdt / die von seinem Leib gebohren waren.

22. Also errettete der HErr den Ezechias / und die Innwohner Jerusalem / auß der Hand Sennacherib / deß Königs von Assyrien / und auß der Hand aller andern / und schaffte ihnen Ruh von allen Seiten.

23. Auch brachten ihrer vil dem HErrn Gaaben / und Opffer gen Jerusalem/ und Ezechiä/ dem König Juda / Geschenck. Der nach disem hoch erhoben ward vor allen Völckern.

II. 24. In denselbigen Tagen war Ezechias kranck biß zum Tod / und er bat den HErrn: der erhörte ihn auch/ und gab ihm ein Zeichen.

25. Aber er vergolte nit widerum nach den Gutthaten / die er empfangen hatte: dan sein Hertz erhube sich: und der Zorn gieng an wider ihn / und wider Juda und Jerusalem.

26. Und er demüthigte sich hernach/ dieweil sein Hertz war erhoben gewesen/ er so wohl/ als die Innwohner Jerusalem. Und derwegen kam der Zorn deß HErrn über sie nit in den Tagen Ezechiä.

27. Aber Ezechias war reich und hoch berühmt: und er hatte sehr vil grosse Schätz für sich gesammlet an Silber/ und Gold/und köstlichen Steinen/ und Specerey/und allerhand Wehr und Waffen/ und an Geschirren/ die vil wehrt waren.

28. Er hatte auch Häuser für Getreid / Wein / und Oel/und Ställ für allerhand Vieh/ auch Hütten für die Schaaf.

29. Er bauete Städt für sich : dan er hatte Heerd von Schaafen / und unzahlbar vil Viehs. Dieweil ihm der Herr ein überauß grosses Gut gegeben hatte.

30. Diß ist der Ezechias/ der den obern Brunn deß Wassers Gihon verstopffte / und leitets hinunter zum Nidergang der Stadt Davids. In allen seinen Wercken handelte er glücklich nach seinem Willen.

III. 31. Aber in der Bottschafft der Fürsten von Babylon / die zu ihm gesandt-waren / nach dem Wunderzeichen zu fragen / das sich auf Erden zugetragen hatte / verließ ihn GOtt / damit er versucht wurde / und alles bekannt wurde / was in seinem Hertzen war.

32. Was aber mehr ist von denGeschichten Ezechiä/u.von seinerBarmhertzigkeit / das ist geschriben in dem Gesicht Isaiä / deß Sohns Amos / deß Propheten/u.imBuch derKönigenJuda u. Israel.

33. Und Ezechias entschlieff mit seinen Vättern / und sie begruben ihn im obern Theil der Gräber der Kinder Davids : und gantz Juda / und alle Innwohner Jerusalem begiengen seine Hinfart : und Manasses sein Sohn regierte an seiner statt.

Das XXXIII. Capitel.

I. Manasses wird wegen seiner Laster gefangen nach Babylon geführt / 1.

II. Nach erzeigter Reu / kommt er wider in sein Reich / und er neuert den Gottesdienst/ 12.

III. Dem folgt im Reich sein Sohn Amon / und nach dessen Hinrichtung Josias / 20.

1. MAnasses war zwölff Jahr alt / da er anfieng zu regieren/und er regierte fünff und fünffzig Jahr zu Jerusalem.

2. Er thäte aber Böses vor dem HErrn / nach den Greulen der Heyden / die der HErr vor den Kindern Israel vertilget hatte:

26. Humiliatusque est postea, eò quòd exaltatum fuisset cor ejus, tam ipse, quàm habitatores Jerusalem : & idcircò non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ.

27. Fuit autem Ezechias dives, & inclytus valdè, & thesauros sibi plurimos congregavit argenti & auri & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum universi generis, & vasorum magni pretii.

28. Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium jumentorum, caulásque pecorum,

29. & urbes ædificavit sibi : habebat quippe greges ovium, & armentorum innumerabiles *o*, eò quòd dedisset ei Dominus substantiam multam nimis.

o Hebr. plurimos.

30. Ipse est Ezechias, qui obturavit superiorem fontem *p* aquarum Gihon, & avertit eas subter ad Occidentem urbis David: in omnibus operibus suis fecit prosperè quæ voluit.

p 70. exitum.

III. 31. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento *q*, quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus ut tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde ejus.

q propter solem decem lineis retrogressum. 4. *Reg.* *c.* 20. 9.

32. Reliqua autem sermonumEzechiæ, & misericordiarum ejus, scripta sunt in visione Isaiæ filii Amos prophetæ, & in libro regum Juda & Israel.

33. Dormivítque Ezechias cum patribus suis *r*, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum David: & celebravit ejus exequias universus Juda, & omnes habitatores Jerusalem : regnavítque Manasses filius ejus pro eo.

r Anno M. 3306. Ant. Chr. 698.

CAPUT XXXIII.

I. Manasses ob suas impietates captivus in Babylonem ducitur : 1.

II. In afflictione ad Deum conversus, suo regno restituitur, & idolis abjectis Dei cultum restaurat : 12.

III. Impius filius Amon ei succedit : & hoc interfecto, regnat pius ejus filius Josias. 20.

1. DUodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset,& quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem.

4. *Reg.* 21. 1 Eodem anno 3306.

2. Fecit autem malum coram Domino juxta abominationes gentium, quas subvertit Dominus coram filiis Israel:

3. Et conversus instauravit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater ejus: construxítque aras Baalim, & fecit lucos, & adoravit omnem militiam cæli *a*, & coluit eam.

4. Ædificavit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus: *b* In Jerusalem erit nomen meum in æternum.

5. Ædificavit autem ea cuncto exercitui cæli *c* in duobus atriis *d* domûs Domini.

6. Transiréque fecit filios suos per ignem in valle Benennom *e*: observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat, habebat secum magos, & incantatores: multáque mala operatus est coram Domino, ut irritaret eum.

7. Sculptile quoque, & conflatile signum posuit in domo Dei, *f* de qua locutus est Deus ad David, & ad Salomonem filium ejus, dicens: In domo hac & in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum.

8. Et moveri non faciam pedem Israel de terra, quam tradidi patribus eorum: ita dumtaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctámque legem, & cæremonias, atque judicia per manum Moysi.

9. Igitur Manasses seduxit Judam, & habitatores Jerusalem, ut facerent malum super omnes gentes, quas subverterat Dominus à facie filiorum Israel.

10. Locutusque est Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt.

11. Idcircò superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperuntque Manassen *g*, & vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem *h*.

II. 12. Qui postquā coangustatus est, oravit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum.

13. Deprecatúsque est eum, & obsecravit intentè: & exaudivit orationem ejus, reduxítque eum Jerusalem in regnum suum, & cognovit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus.

14. Post hæc ædificavit murum extra

a signa Zodiaci, septem planetas & reliqua sidera.
b 2. Reg. 7. 10.
c i. astris.
d sc. sacerdotum & populi.
e i. filii Hennom.
f 3 Reg. 8. 17.
g Hebr. addit, *in spinis.*
h Manassem anno regni 22. adductum esse captivum & 23. anno ante suum obitum pœnitentiam egisse, autores sunt Hebræi à Kimchi in 4. *Ezech.* citati. Et certè brevem fuisse ejus captivitatem inde colligitur, quod nulla ratione ejus habitâ, 55. annus regnasse in Jerusalem legitur, *supr. v.* 1.

3. Und er kehrete sich um / und bauete die Höhen widerum auf / welche Ezechias sein Vatter verwüstet hatte: und er bauete Altär für Baalim / und machte dunckle Wäld / und bettete alle Heerschaaren deß Himmels an / und ehrete sie.

4. Auch bauete er Altär im Hauß deß HERRN / von welchem der HERR gesagt hatte: Zu Jerusalem soll mein Nam seyn ewiglich:

5. Er bauete sie aber dem gantzen Heer deß Himmels in beyden Vorhöfen am Hauß deß HErrn.

6. Er ließ auch seine Kinder durchs Feur gehen im Thal Benennom: und gab acht auf die Träum / und gieng dem Vogelgeschrey nach / begab sich auf die Kunst der Zauberer / und hatte Zauberer und Wahrsager bey sich: und er thäte vil Böses vor dem HERRN / ihn zu reitzen.

7. Er setzte auch geschnitzte und gegossene abgöttische Bilder auf im Hauß GOttes / von welchem GOtt zu David und zu Salomon seinem Sohn gesagt hatte / und gesprochen: In disem Hauß / und zu Jerusalem / welche ich auß allen Stämmen Israel erwählet hab / wil ich meinen Namen setzen ewiglich.

8. Und ich wil den Fuß Israel sich nit bewegen lassen auß dem Land / das ich ihren Vättern hab eingeben: dergestalt allein / wofern sie bewahren und thun / was ich ihnen befohlen hab / das gantze Gesatz / die Ceremonien und Recht durch die Hand Moysis.

9. Also verführte Manasses Judam und die Inwohner Jerusalem / daß sie mehr Böses thäten / dan alle Heyden / die der HErr vor dem Angesicht der Kinder Israel vertilget hatte.

10. Und der HErr redet mit ihm / und mit seinem Volck / und sie wolten nit aufmercken.

11. Darum führte er über sie die Oberste deß Heers deß Königs von Assyrien: und sie nahmen Manassen gefangen / und führeten ihn mit Ketten und Fesseln verhafftet gen Babylon.

II. 12. Nachdem er nun beängstiget war / bat er den HErrn seinen GOtt: und er thäte ernstlich Buß vor dem GOtt seiner Vätter.

13. Und er bate / und flehete emsig: und er erhörte sein Gebett / und führte ihn widerumb gen Jerusalem in sein Königreich: da erkannte Manasses / daß eben der HErr GOtt wäre.

14. Darnach bauete er die Mauer ausserhalb der

der Stadt Davids/ gegen Nidergang Gihon im Thal / da man zum Fischthor hinein gehet/ und zohe sie herum biß an Ophel/ und machte sie sehr hoch: auch verordnete er Oberste über das Heer in allen vesten Städten Juda:

15. Er schaffte auch die frembde Götter hinweg und das Bild auß dem Hauß deß HErrn: darzu die Altär/ die er auf dem Berg deß Hauß deß HErrn/ und zu Jerusalem gemacht hatte/ und warff es alles zu der Stadt hinauß.

16. Und er richtete widerum zu den Altar deß HErrn/ und opfferte auf demselbigen Schlachtopffer/ und Fridopffer. und Lobopffer: und er befahl Juda dem HErrn dem GOtt Jsrael zu dienen.

17. Gleichwol thäte das Volck noch Opffer dem HErrn seinem GOtt auf den Höhen.

18. Was übrig ist von den Geschichten Manasse/ und sein Gebett zu seinem GOtt: auch die Wort der Seher/ welche mit ihm im Namen deß HErrn deß GOttes Jsrael geredet haben/ das ist in den Reden von den Königen Jsrael begriffen.

19. Und sein Gebett / wie er erhöret ist / und alle seine Sünd / und Verachtung / auch die Oerter / da er Höhen gebauet hat / und dunckle Wäld gemacht / und Bilder/ ehe dan er Buß thäte / dise Ding seynd beschriben in den Reden Hozai.

III. 20. Also entschlieff Manasses mit seinen Vättern / und sie begruben ihn in seinem Hauß: und sein Sohn Amon regierte an seiner statt.

21. Amon war zwey und zwantzig Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und regierte zwey Jahr zu Jerusalem.

22. Und er thäte Böses vor dem Angesicht deß HErrn / wie sein Vatter Manasses gethan hatte. Er opfferte auch und dienete allen Abgöttern / welche Manasses gemacht hatte.

23. Und er förchtete sich nit vor dem Angesicht deß HErrn/wie sich Manasses sein Vatter dafür geförchtet hatte sondern er begieng vil grössere Sünd

24. Und seine Knecht verschwuren sich wider ihn zusammen/ und erschlugen ihn in seinem Hauß.

25. U. die übrige Meng deß Volcks/ nachdem sie die jenige umgebracht hatten/ welche den Amon hatten erschlagen/ machte Josiam seinen Sohn zum König an seiner statt.

Das XXXIV. Capitel.

I. Josias vertilget die Abgötterey und verbessert den Tempel deß HErrn / 1.

civitatem David ad Occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ piscium per circuitum usque ad Ophel, & exaltavit illum vehementer: constituitque principes exercitûs in cunctis civitatibus Juda munitis:

15. Et abstulit deos alienos, & simulacrum de domo Domini: aras quoque, quas fecerat in monte domûs Domini, & in Jerusalem, & projecit omnia extra urbem.

16. Porrò instauravit altare Domini, & immolavit super illud victimas; & pacifica, & laudem: præcepitq; Judæ ut serviret Domino Deo Israel.

17. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.

18. Reliqua autem gestorum Manasse: & obsecratio ejus ad Deum suum: verba quoque Videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel.

19. Oratio quoque ejus & exauditio, & cuncta peccata atque contemptus, loca etiam in quibus ædificavit excelsa, & fecit lucos & statuas, antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozai.

III. 20. Dormivit *i* ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua *k*: regnavitq; pro eo filius ejus Amon.

21. Vigintiduorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset, & duobus annis regnavit in Jerusalem.

22. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater ejus: & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolavit atque servivit.

23. Et non est reveritus faciem Domini, sicut reveritus est Manasses pater ejus: & multò majora deliquit *l*.

24. Cúmque conjurassent adversùs eum servi sui, interfecerunt eum in domo sua.

25. Porrò reliqua populi multitudo, cæsis iis, qui Amon percusserant, constituit regem Josiam filium ejus pro eo.

CAPUT XXXIV.

I. Josias idolorum cultu sublato, templum instaurat, 1.

i Anno M, 3361. Ant. Chr. 643.

k Quod animo pœnitenti dicitur moriturus optasse.

l Hebr. multiplicavit delicta.

II. Reperto legis libro conterretur, 14.

III. Convocato populo, lectóque libro, fœdus cum Domino percussit. 29.

4. Reg. 22. 1. *a* Anno M. 3363. Ant. Chr. 641.

1. OCto annorum erat Josias cùm regnare cœpisset *a*, & triginta & uno anno regnavit in Jerusalem.

2. Fecitque quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulavit in viis David patris sui: non declinavit neque ad dextram, neque ad sinistram.

b Ergo anno ætatis 16. *c* Et pater tamen quia hoc anno Eliachim suscepit: is enim ann. 25. fuit cùm regnare inciperet.

3. Octavo autem anno *b* regni sui, cùm adhuc esset puer *c*, cœpit quærere Deum patris sui David: & duodecimo anno postquam regnare cœperat, mundavit Judam & Jerusalem ab excelsis, & lucis, simulacrisque & sculptilibus.

Infr. 36. 5. & 4. Reg. 23. 36. *d* Idololatrarum.

4. Destruxeruntque coram eo aras Baalim: & simulacra, quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, & sculptilia succîdit atque comminuit: & super tumulos eorum, qui eis immolare consueverant, fragmenta dispersit.

5. Ossa præterea sacerdotum *d* combussit in altaribus idolorum, mundavitq; Judam & Jerusalem.

6. Sed & in urbibus Manasse, & Ephraim, & Simeon, usque Nepthali cuncta subvertit.

7. Cúmque altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contrivisset in frusta, cunctáque delubra demolitus esset de universa terra Israel, reversus est in Jerusalem.

e Ann. M. 3380. Ant. Chr. 624.

8. Igitur anno octavodecimo *e* regni sui, mundatâ jam terrâ, & templo Domini, misit Saphan filium Eseliæ, & Maasiam principem civitatis, & Joha filium Joachaz à commentariis, ut instaurarent domum Domini Dei sui.

9. Qui venerunt ad Helciam Sacerdotem magnum: acceptámque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregaverant Levitæ, & janitores de Manasse, & Ephraim, & universis reliquiis Israel, ab omni quoque Juda, & Benjamin, & habitatoribus Jerusalem,

10. tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operariis in domo Domini, ut instaurarent templum, & infirma quæque sarcirent.

II. Wird bestürtzt wegen Erfindung eines Gesatz-Buchs/ ordnet alles nach demselben / 14.

III. Berufft das gantze Volck / und erneuert den Bund mit GOtt/ 29.

1. JOsias war acht Jahr alt / da er anfieng zu regieren / und er regierte ein und dreyssig Jahr zu Jerusalem.

2. Und er thäte was recht war vor dem Angesicht deß HErrn / und wandelte auf den Weegen Davids seines Vatters: davon wiche er nit ab / weder zur Rechten noch zur Lincken.

3. Aber im achten Jahr seines Königreichs/ da er noch ein junger Knab war/ fieng er an den GOtt seines Vatters Davids zu suchen: und im zwölfften Jahr nach dem Anfang seiner Regierung/ reinigte er Juda und Jerusalem von den Höhen / und von den duncklen Wälden/und von den Abgöttern/und geschnitzten Bildern.

4. Und sie zerstöreten vor ihm die Altär Baalim/ und zerbrachen die Bilder / die darauf gesetzt waren: auch hiebe er die danckle Wäld ab/ und schlug die Bilder zu kleinen Stucken/ und zerstreuete die Stücklein über die Gräber der jenigen / die ihnen zu opffern gepflegt hatten.

5. Uber das verbrandte er auch das Gebein der Priester auf den Altärn der Abgötter / und reinigte Judam und Jerusalem.

6. Auch warff er alles über hauffen in den Städten Manasse / und Ephraim / und Simeon/ biß an Nephthali.

7. Und nachdem er die Altär umgeworffen/ und die danckle Wäld samt den geschnitzten Bildern zu Stucken geschlagen / und alle Häuser der Abgötter eingerissen hatte im gantzen Land Israel/ kehrete er wider um gen Jerusalem.

8. Und im achtzehenden Jahr seines Königreichs/ da nun das Land und der Tempel deß HErrn gereiniget war / sandte er Saphan / den Sohn Eselia / und Maasiam / den Obersten über die Stadt/ und Joha / den Sohn Joachaz / den Cantzler/ das Hauß deß HErrn seines GOttes zu bessern.

9. Dise kamen zu Helcia dem Hohenpriester / und empfiengen das Geld von ihm / das in das Hauß deß HErrn gebracht war / und das die Leviten und Thirhüter von Manasse und Ephraim und von allen/ die in Israel überbliben waren/ auch von gantz Juda und Benjamin / und von den Innwohnern Jerusalem zusammen gebracht hatten:

10. Und sie gabens den jenigen in die Händ/ welche über die Werckleut verordnet waren im Hauß deß HErrn / den Tempel / und alles / was verfallen war zu bessern.

11. Aber.

11. Aber dise gaben das Geld den Werckmeistern und Steinmetzen / daß sie Stein kaufften auß den Steingruben/und Holtz zu den Fugen deß Gebäues/ und zu den Balcken der Häuser / so die König Juda verwüstet hatten.

12. Und sie richteten alles treulich ins Werck. Es waren aber über die Arbeiter verordnet Jahath / und Abdias/ von den Kindern Merari/ Zacharias/ und Mosollam / von den Kindern Caath / die das Werck fortriben: und waren alle Leviten/ die auf Instrumenten spilen kunten.

13. Uber die aber / welche zu allerhand Nothdurfft Läst trugen / waren die Schreiber und Meister auß den Leviten Thirhüter.

11. Und sie sungen zusammen Lob-Gesang / und Danck dem HErrn: dan er ist gut / dan seine Barmhertzigkeit über Israel wehret ewiglich. Und alles Volck rieff mit grossem Geschrey / in dem es den HERRN lobete / darumb / daß der Tempel deß HERRN gegründet war.

12. Auch sehr vil von den Priestern und Leviten / und die Oberste der Vätter / und die Aelteste / welche den vorigen Tempel gesehen hatten / als nun auch diser Tempel vor ihren Augen gegründet war / weineten sie mit lauter Stimm: und vil rieffen überlaut von Freuden / und erhuben ihre Stimm.

13. Und niemand kunte die Stimm und das Geschrey der jenigen / die sich erfreueten / von der Stim deß weinenden Volck unterscheiden: dan das Volck rief vermischt untereinander mit grossem Geschrey / und die Stimm ward weit gehöret.

II. 6. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat.

7. Dederunt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoq;, & potum, & oleum, Sidoniis Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Joppe, juxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.

8. Anno *c* autem secundo adventûs eorum ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel *d* filius Salathiel, & Josue *e* filius Josedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, & constituerunt Levitas à viginti annis & supra, ut urgerent opus Domini.

9. Stetitque Josue & filii ejus, & fratres ejus, Cedmihel & filii ejus, & filii Juda, quasi vir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad, & filii eorum, & fratres eorum Levitæ.

10. Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, steterunt Sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David *f* regis Israel.

11. Et concinebant in hymnis, & confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset *g* templum Domini.

12. Plurimi etiam de Sacerdotibus & Levitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum priùs cùm fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magnâ: & multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem.

13. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletûs populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

c Anno M. 3469.
d Hic erat summus princeps politicus.
e Hic erat summus princeps Ecclesiasticus seu pontifex.
f id est, per Psalmos à David compositos.
g Id est fundamenta templi instaurata essent.

CAPUT IV.

I. Israelis hostes inhabitantes urbes Samariæ, non admittuntur ut simul ædificarent; 1.
II. Judæos falsò deferunt. 6.
III. Templi ædificationem usque ad secundum Darii annum intermitti procurant. 17.

1. AUdierunt autem hostes Judæ *a* & Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israel:

2. & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum, dixerunt eis: Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolavimus victimas à diebus Asor Haddan *b* regis Assur, qui adduxit nos huc.

3. Et dixit eis Zorobabel, & Josue, & reliqui principes patrum Israel: Non est vobis & nobis *c* ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

4. Factum est igitur, ut populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret eos in ædificando.

5. Conduxerunt *d* autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & usq; ad regnum Darii *e* regis Persarum.

II. 6. In regno autem Assueri *f*, in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ & Jerusalem.

7. Et in diebus Artaxerxis *g* scripsit Beselam Mithridatès, & Thabeel, & reliqui, qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.

8. Reum Beelteem, & Samsai scriba scripserunt epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi hujuscemodi:

9. Reum Beelteem *h*, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi, & Ælamitæ,

10. & cæteri de Gentibus, quas transtulit Asenaphar *i* magnus & gloriosus:

Eodem ann. 3469.
a sc. Samaritani ex vers. 10.
b Sive *Assaradon.* Is fuit, Salmanasaris filius infrà v. 10 *Asenaphar.* quoque dictus, qui Cuthæos in Samariam traduxerat.
c Quidquã commune in hac fabrica.
d Largitione & pecunia: Inde Danielis trium septimanarum luctus ortus est, anno imperii Cyri 3. qui est M. 3470. *Vid Daniel c.* 10.
e Scilicet Hystaspis filii, qui regnum auspicatus est anno M. 3483.
f i. Cambyses, qui Cyri major filius, & successor in regno fuit anno M. 3475.
g Is esse videtur Oropastes magus, qui mortuo Cambyse fratrem regis Smerdim mentitus, per aliquot menses regnum obti-

Das IV. Capitel.

I. Die Samaritaner wollen auch am Tempel bauen / werden aber abgewiesen / 1.
II. Verklagen die Juden fälschlich bey Assuero und Artaxerxe / 6.
III. Erhalten hiermit / daß der Tempel-Bau eingestellt wird / 17.

1. ES höreten aber die Feind Juda und Benjamin / daß die Kinder der Gefängnuß dem HERRN dem GOtt Israel einen Tempel baueten.

2. Und sie tratten zu Zorobabel / und zu den Obersten der Vätter / und sprachen zu ihnen: Lasset uns mit euch bauen / dan wir suchen auch euren GOtt / wie ihr: sihe / wir haben Opffer geopffert / von den Tagen Asorhaddan deß Königs zu Assur / der uns hieher geführet hat.

3. Und Zorobabel und Josue samt den andern Obersten der Vätter in Israel sprachen zu ihnen: Es gebühret euch / und uns nit / daß wir zusammen unserm GOtt ein Hauß bauen solten / sondern wir selbst wollen allein dem HErrn unserm GOtt bauen / wie Cyrus / der König in Persien / uns befohlen hat.

4. Also trug sich zu / daß das Volck im Land die Händ deß Volcks Juda aufhielte / und verhinderte sie im Bauen.

5. Und sie dingeten Rathgeber wider sie / daß sie ihren Rath zerstöreten / alle die Tag Cyri / deß Königs in Persien / auch biß an das Königreich Darii deß Königs in Persien.

II. 6. Aber unter dem Königreich Assueri / im Anfang seines Reichs / schriben sie eine Anklag wider die jenige / die in Juda und zu Jerusalem wohneten.

7. Und in den Tagen Artaxerxis schribe Beselam Mithridates / und Thabeel / samt den andern / die in ihrem Rath waren / an Artaxerxem / den König in Persien: aber der Brieff der Anklag war auf Syrisch geschriben / und man laß ihn in Syrischer Sprach.

8. Reum Beelteem und Samsai der Schreiber schriben dem König Artaxerxi von Jerusalem einen Brieff / der also lautet:

9. Reum Beelteem / und Samsai / der Schreiber / samt den andern ihren Räthen / die Diniter / Apharsathachiter / Terphaliter / Apharsiter / Erchuiter / Babylonier / Susanechiter / Dieviter / und Aelamiter /

10. Und andere von den Völckern / die der grosse und hochberühmte Asenaphar herüber geführet hat /

hat / und sie in den Städten Samariä / und in den andern Landschafften jenseit deß Flusses fridlich wohnen heissen.

11. (Diß ist nun der Inhalt deß Brieffs / den sie ihm zuschickten:) Dem König Artaxerxi / deine Knecht / die Männer / so jenseit deß Stroms wohnen / wünschen dir Heyl.

12. Es sey dem König zu wissen / daß die Juden / welche von dir zu uns herauf gezogen seynd / gen Jerusalem in die widerspennige u. sehr böse Stadt ankommen seynd / die sie auch bauen / und führen ihre Mauren auf / und fügen das Gewänd zusamen.

13. So sey nun dem König kund / im fall dieselbig Stadt gebauet wird / u. ihre Mauren widerum aufgeführet / alsdan werden sie Schatzung / Zoll / und jährliche Zinsen nit erlegen / und wird der Schad biß an die König gelangen.

14. Wir aber eriñern uns deß Saltz / das wir im Palast gessen habẽ / u. dieweil uns unbillich duncket / daß wir den Schaden deß Königs sehen solten / so haben wir hingesandt / u. solches dem König zuerkeñen gebẽ

15. Damit du nachschlagest in den Büchern der Historien deiner Vätter: so wirst du in den Büchern geschriben finden / und wissen / daß dise Stadt eine widerspenstige / auch den Königen und Landschafften schädliche Stadt ist / u. daß in derselbigen Krieg v'alten Tagen seynd erwecket wordẽ: um welcher Ursach willen auch dieselbig Stadt zerstöret ist.

16. So fügen wir dem König zu wissen / wofern dise Stadt sol gebauet / und ihre Mauren widerum aufgeführet werdẽ / alsdan wirst du über dem Fluß nichts zum Eigenthum behalten.

III. 17. Da sandte der König ein Antwort an Reum Beelteem / und Samsai den Schreiber / und an die andere Inwohner Samariä / die in ihrem Rath waren / samt denen / so über dem Fluß wohneten / und wünschte ihnen Heyl und Frid.

18. Die Anklag / welche ihr uns zugeschickt habt / ist offentlich vor mir gelesen worden.

19. So ist auch von mir befohlen: und sie haben aufgesucht / und befunden / daß dise Stadt von alten Tagen wider die König sich aufgelehnet hat / daß auch Aufruhr und Krieg in ihr erwecket werden.

20. Dan es seynd sehr tapffere König zu Jerusalem gewesen / welche über alles Land geherrschet haben / das über dem Fluß ist / haben auch Schatzung und Zoll / und Zinsen darauß empfangen.

21. So höret nun unser Bedencken: Ihr sollet denselben Männer verbieten / daß die Stadt nit

& habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen *k* in pace:

11. (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, servi tui, viri qui sunt trans Fluvium, salutem dicunt.

12. Notum sit regi, quia Judæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem & pessimam, quam ædificant extruentes muros ejus, & parietes componentes.

13. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa ædificata fuerit, & muri ejus instaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & usque ad reges hæc noxa perveniet *l*.

14. Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcircò misimus & nuntiavimus regi,

15. ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & invenies scriptum in commentariis: & scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est, & nocens regibus & provinciis, & bella *m* concitantur in ea ex diebus antiquis: quamobrem & civitas ipsa destructa est.

16 Nuntiamus nos regi, quoniam si civitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluvium non habebis.

III. 17. Verbum *n* misit rex ad Reum Beelteem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluvium, salutem dicens & pacem.

18. Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me,

19. & à me præceptum est: & recensuerunt, inveneruntque quoniam civitas illa à diebus antiquis adversum reges rebellat, & seditiones, & prælia concitantur in ea:

20. nam & reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui & dominati sunt omni regioni, quæ trans Fluvium est: tributum quoque & vectigal, & reditus accipiebant.

21. Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos ut urbs illa non

Ddddd 2 ædifi-

nuit, *Justin. Herodot. & alii.* idq; anno M. 3482.
h alii, Beelteem i. præfectus.
i i. Señache, rib.
k sc. Euphratem.
l sc. fraudato tributo.
m Chald. rebelliones.
n i. responsum.

a Hinc pater malè à quibusdam de hoc Dario intelligi, quòd de Assuero dicitur sup. v. 6. siquidem accusati sunt Judæi coram Assuero, in ipso regni ejus principio, cùm nonnisi anno 2. regni Darii hujus coram ipso sint accusati, anno M. 3485.

ædificetur, donec si fortè à me jussum fuerit.

22. Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges.

23. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.

24. Tunc intermissum est opus domûs Domini in Jerusalem, & non fiebat usque ad annum secundum *a* regni Darii regis Persarum.

gebauet werde / biß daß es etwan von mir möchte befohlen werden.

22. Sehet zu / daß ihr diß nit hinlässig außrichtet / damit nit allgemach ein Unrath wider die König anwachse.

23. Also ward die Abschrifft deß Befehls deß Königs Artaxerxis / vor dem Reum Beelteem und vor Samsai dem Schreiber / und ihren Räthen gelesen: und sie zogen eilends gen Jerusalem zu den Juden / u. verbottens ihnen mit starckem Arm und Gewalt.

24. Da ward das Werck am Hauß deß HErrn zu Jerusalem unterlassen / und geschahe nichts / biß zum andern Jahr der Regierung Darii deß Königs in Persien.

Caput V.

I. Aggæi & Zachariæ exhortatione, templi ædificatio repetitur; iterum conantur hoc impedire principes trans Flumen in Samaria constituti. 1.

II. Qui Dario scribunt. 5.

a Deo inspirante hortati sunt populum ad resumendam templi fabricam.

b i. nepos.

1. PRophetaverunt *a* autem Aggæus Propheta, & Zacharias filius *b* Addo prophetantes ad Judæos, qui erant in Judæa & Jerusalem, in nomine Dei Israel.

2. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos.

c Anno M. 3485.

3. *c* In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarii eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium ut domum hanc ædificaretis, & muros ejus instauraretis?

4. Ad quod respondimus eis quæ essent nomina hominum auctorum ædificationis illius.

d divina providentia, favor, & auxilium.

II. 5. Oculus autem Dei *d* eorum factus est super senes Judæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent adversus accusationem illam.

6. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans Flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores ejus Arphasachæi, qui erant trans Flumen, ad Darium regem.

Das V. Capitel.

I. Auf Aggäi und Zachariä Weissagung wird der Bau unter Dario wider angefangen / welches Thathanai unterstehet zu verhindern. 1.

II. Die Sach gelangt schrifftlich an König Darium / 5.

1. ES weissagten aber Aggäus der Prophet / und Zacharias / der Sohn Addo / und sie weissagten zu den Juden / die im Jüdischen Land / und zu Jerusalem waren / im Namen deß GOttes Israels.

2. Da machten sich auf Zorobabel / der Sohn Salathiel / und Josue / der Sohn Josedec / und fiengen an den Tempel GOttes zu Jerusalem zu bauen / und mit ihnen die Propheten GOttes / die ihnen Beystand thäten.

3. Aber zu derselben Zeit kam zu ihnen Thathanai / der der Oberst war jenseit deß Flusses / und Stharbuzanai / und ihre Räth / und sprachen also zu ihnen: Wer hat euch den Rath gegeben / diß Hauß zu bauen / und seine Mauren aufzuführen?

4. Darauf wir ihnen antworteten / wie die Männer mit Namen genannt wurden / die dises Baues Anfänger wären.

II. 5. Aber auf die Aelteste der Juden kam das Aug ihres GOttes / und sie kuntens ihnen nit verbieten. Und es gefiel ihnen / daß man die Sach an Darium gelangen liesse / alsdan möchten sie sich diser Anklag halben verantworten.

6. Diß ist die Abschrifft deß Schreibens / das Thathanai der Oberst über die Landschafft jenseit deß Flusses / und Stharbuzanai / und seine Räth / die Arphasachiter so über dem Fluß waren / an den König Darium gesandt haben.

7. Die Wort/die sie ihm sandten/ waren also geschriben: Dem König Dario allen Friden.

8. Es sey dem König zu wissen / daß wir in das Jüdisch Land gezogen seynd / zu dem Hauß deß grossen GOttes / das von unbehauenen Steinen gebauet wird / und es werden Balcken in die Wänd gelegt: und das Werck wird mit Fleiß aufgeführet/ und wächst in ihren Händen.

9. Darum haben wir die Aelteste gefraget / und also zu ihnen gesagt: Wer hat euch Macht gegeben/ diß Hauß zu bauen / und dise Mauren aufzurichten?

10. Wir haben sie auch um die Namen der jenigen gefraget/damit wir es dir zu wissen thäten: und haben die Namen ihrer Männer aufgeschriben / welche Fürsten unter ihnen seynd.

11. Aber sie gaben uns solche Wort zur Antwort: und sprachen: Wir seynd Knecht GOttes deß Himels/und der Erden / und bauen disen Tempel/ der vor vilen Jahren zuvor gebauet war / welchen ein grosser König in Israel gebauet / und aufgerichtet hat.

12. Nachdem aber unsere Vätter den GOtt deß Himmels zum Zorn beweget haben / hat er sie in die Hånd Nabuchodonosors deß Königs zu Babylon deß Chaldeers übergeben / und diß Hauß verwüstet / und sein Volck gen Babylon hinweg geführet.

13. Aber im ersten Jahr Cyri / deß Königs zu Babylon / ließ derselbig König Cyrus ein Gebott außgehen / daß man diß Hauß aufbauen solte.

14. So hat auch Cyrus der König / die guldene und silberne Geschirr deß Tempels GOttes welche Nabuchodonosor auß dem Tempel zu Jerusalem genommen/und in den Tempel zu Babylon gebracht hatte/ auß dem Tempel zu Babylon hervor getragen/ und sie wurden einem gegeben/ deß Nam war / Sassabasar / den er auch zum Obersten setzte /

15. Und sprach zu ihm : Nimm dise Geschirr / und ziehe hin/ und bringe sie in den Tempel / der zu Jerusalem ist/ und man baue das Hauß GOttes an seinem Ort.

16. Also kam dazumal derselbig Sassabasar / und legte den Grund deß Tempels GOttes zu Jerusalem und von der Zeit an wirds gebauet biß hieher / und ist noch nit vollzogen.

17. Derwegen im fall es der König für gut ansihet / so lasse er aufsuchen/ in der Buchkammer deß Königs / die zu Babylon ist / ob vom König Cyro befohlen sey/ daß man das Hauß GOttes zu Jerusalem aufbauen sol / und überschicke uns hierüber deß Königs Meynung.

7. Sermo *e*, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis.

e i. sententia epistolæ.

8. Notum sit regi, isse nos ad Judæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum.

9. Interrogavimus ergo senes illos, & ita diximus ei: Quis dedit vobis potestatem ut domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis?

10. Sed & nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nuntiaremus tibi: scripsimúsque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

11. Hujuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei cæli & terræ, & ædificamus templum, quod erat extructum ante hos annos multos, quódque rex Israel magnus *f* ædificaverat & extruxerat.

f Salomon.

12. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi, domum quoque hanc destruxit, & populum ejus transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum ut domus Dei hæc ædificaretur.

14. Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Jerusalem, & asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit.

15. dixítque ei: Hæc vasa tolle, & vade, & pone ea in templo, quod est in Jerusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit & posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, & ex eo tempore usque nunc ædificatur, & necdum completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat *g* in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam à Cyro rege jussum fuerit, ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

g Chald. quæratur.

CAPUT VI.

I. Darius Cyri decretum de templo extruendo in bibliotheca invenit, 1.
II. Jubet compleri, suppeditato sumptu; 6.
III. Templum absolutum, cum lætitia plurimisque victimis dedicatur, ac Pascha celebratur. 14.

Eodem anno 3485. Ant. Chr. 619.

1. TUnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone.

2. & inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in Medena *a* provincia, volumen unum talísque scriptus erat in eo commentarius *b*:

a Hebr. Medai i. Mediæ seu Medorum regnũ, jam à Persis in provinciam redactum. *b* Chald. memoriale.

3. Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decrevit ut domus Dei ædificaretur, quæ est in Jerusalem, in loco ubi immolent hostias, & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta,

4. ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis novis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Jerusalem in locum suum, quæ & posita *c* sunt in templo Dei.

c i. certo ponenda sunt.

II. 6. Nunc ergo Thathanai dux regionis, quæ est trans Flumen, Stharbuzanai, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumen, procul recedite ab illis,

7. & dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, & à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent in loco suo.

8. Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris *d* Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quæ dantur de regione trans Flumen, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus.

d i. senioribus.

9. Quòd si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundùm ritum Sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia *e*.

e alii mora. 70. mutatio.

10. Et offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorum ejus.

Das VI. Capitel.

I. Darius last auffsuchen / was Cyrus deß Tempels halben habe befohlen/ 1.
II. Befihlt dem Thathanai und andern / den Bau nit zu verhindern / sondern zu befördern / 6.
III. Der Tempel wird außgebaut und geweyht / und das Osterfest mit Freuden gehalten/ 14.

1. DA gab der König Darius Befehl / und sie suchten auf in der Buchkammer der Bücher / welche im Land Babylon hinterlegt waren.

2. Und es befand sich zu Ecbatanis / das ein Schloß ist in der Landschafft Meden gelegen / ein Buch/und in demselben war also zur Nachrichtung geschriben.

3. Im ersten Jahr deß Königs Cyri: Der König Cyrus hat beschlossen/daß man das Hauß Gottes zu Jerusalem bauen sol an dem Ort / da sie die Opffer opffern / und daß sie den Grund legen sollen / der sechtzig Elen in die Höh / und sechtzig Elen in die Weit tragen könne/

4. Nach der Ordnung drey Wänd von unbehauenen Steinen / und deßgleichen Ordnung von neuem Holtz: die Kosten aber sollen auß deß Königs Hauß gegeben werden.

5. So sol man auch die guldene u. silberne Geschirr deß Tempels Gottes/ welche Nabuchodonosor auß dem Tempel zu Jerusalem genommen/und gen Babylon geführet hat/ widerum geben/damit sie in den Tempel zu Jerusalem an ihr Ort gebracht werden/ welche auch in den Tempel Gottes hinterlegt seynd.

II. 6. Derwegen du Thathanai/ du Fürst der Landschafft/die jenseit deß Flusses ist/u. du Stharbuzanai samt euren Räthen den Apharsachitern/die ihr über dem Fluß wohnet weicht von ihnen weit hinweg/

7. Und lasset zu / daß diser Tempel GOttes von den Fürsten der Juden/ und von ihren Aeltesten gemacht werde/und daß sie diß Hauß GOttes an seinem Ort bauen.

8. So ist auch von mir befohlen / was ihnen die Priester der Juden thun sollen / damit das Hauß GOttes gebauet werde/nemlich/ daß man auß dem Kasten deß Königs/ das ist/ von den Renten/ welche von der Landschafft jenseit deß Flusses gegeben werden/den Kosten disen Männern fleissig sol reichen / damit das Werck nit aufgehalten werde.

9. Wofern ihnen Kälber / und Lämmer / und Böck zum Brandopffer dem GOtt deß Himmels/ auch Getreid / Saltz / Wein und Oel / nach dem Brauch der Priester / die zu Jerusalem seynd/vonnöthen seyn wird / das sol man ihnen täglich geben/ damit in keinem Ding Klag sey.

10. Und sie sollen dem GOtt deß Himmels Opffer thun / u. bitten für das Leben deß Königs / und seiner Kinder.

11.

11. Derwegen ist von mir ein Befehl außgangē/ daß/welcher Mensch diß Gebott ändert/ aus desselbigen Hauß sol man einen Balcken nehmen / und aufrichten/und ihn daran hencken: und sein Hauß sol offentlich verkaufft werden.

12. Aber GOtt der gemacht hat/ daß sein Nam daselbst wohnet / der zerstöre alle Königreich und Völcker/ die ihre Hand außstrecken zu widerstreben/ und diß Hauß GOttes/ das zu Jerusalem ist/ einzureissen. Ich Darius hab disen Schluß verordnet/ und wil / daß man ihn mit Fleiß erfüllen soll.

13. Und Thathanai der Oberst über die Landschafft jenseit deß Flusses/ und Stharbuzanai/ und seine Räth/ richteten alles dergestalt mit Fleiß ins Werck/ wie Darius/ der König befohlen hatte.

III. 14. Aber die Aelteste der Juden baueten/ und es gieng ihnen glücklich fort/ nach der Weissagung Aggäi/ deß Propheten/ und Zachariä/ deß Sohns Addo: und sie baueten und führetens auß/ dieweil es der GOtt Israel befahl/ auch dieweil es Cyrus befahl/ und Darius und Artaxerxes / die König in Persien:

15. und sie vollendeten diß Hauß GOttes biß auf den dritten Tag deß Monats Adar/ das ist das sechste Jahr deß Reichs Darii deß Königs.

16. Aber die Kinder Israel/ die Priester und Leviten/ und andere von den Kindern der Gefängnuß/ hielten die Einweyhung deß Hauß GOttes mit Freuden.

17. Und sie opfferten zur Einweyhung deß Hauß GOttes hundert Kälber / zwey hundert Widder/ vierhundert Lämmer / und zwölff Geißböck für die Sünd deß gantzen Israels / nach Anzahl der Stämmen Israel.

18. Und sie stelleten die Priester in ihre Ordnung / und die Leviten in ihre Aembter über das Werck GOttes zu Jerusalem/ wie geschriben ist im Buch Moysis.

19. Und die Kinder Israel / welche auß der Gefängnuß kommen waren / hielten auch Ostern am vierzehenden Tag deß ersten Monats.

20. Dan die Priester und Leviten hatten sich gereiniget / wie ein Mann: und waren alle rein / das Osterlamb für alle Kinder der Gefängnuß/ und für ihre Brüder die Priester / und für sich selbst zuopffern.

21. Und die Kinder Israel assen / die aus der Gefängnuß widerum kommen waren / auch alle / die sich von der Unsauberkeit der Heyden im Land zu ihnen abgesöndert hatten / den HERRN den GOtt Israel zu suchen.

11. A me ergo positum est decretum: Ut omnis homo, qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem ejus publicetur. *f*

12. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna *g*, & populum qui extenderit manum suam ut repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, & Stharbuzanai, & consiliarii ejus, secundùm quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

III. 14. Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo: & ædificaverunt & construxerunt jubente Deo Israel, & jubente Cyro *h*, & Dario, & Artaxerxe, regibus Persarum:

15. & compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darii regis.

16. Fecerunt autem filii Israel, Sacerdotes & Levitæ & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

17. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, juxta numerum tribuum Israel.

18. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus suis super opera Dei in Jerusalem, *i* sicut scriptum est in libro Moysi.

19. Fecerunt autem filii Israel transmigrationis, Pascha *k* quartadecima die mensis primi:

20. Purificati enim fuerant Sacerdotes & Levitæ quasi unus: omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, & fratribus suis Sacerdotibus & sibi.

21. Et comederunt filii Israel, qui reversi fuerant de transmigratione, & omnes *l* qui se separaverant à coinquinatione Gentium terræ ad eos, ut quærerent Dominum Deum Israel.

f 70. fit in direptionem, Chal. fiat sterquilinium seu latrina.

g 70. omnem regem

h Cyro primùm jubente, & Dario postea confirmante. Sed Artaxerxen qui hîc Dario adjungitur, consortem imperii fuisse opinamur: unum videlicet è septem Persis qui Magum oppresserant, & Dario rege electo, magnam potestatem retinuerant. Eum enim non esse Artaxerxem Longimanum hujus Darii nepotem, vel inde apparet, quod hoc decretum datum est antequam absolveretur templi ædificium, quod tamen 6. hujus Darii anno completum est, ut hîc notatur v. 15.

i Num. 3. 6 & 8. 9

k Primum in 2. templo celebratum An-

22.

M. 3489. Ant. Chr. 515. *l* sc. proselyti *m sive Assyriæ*, i. Darii Hystasp. qui Babylone, quæ ab eo defecerat, Zopyri opera recuperata, non minus Assyrii quàm Persici Imperatoris titulum jam jure obtinebat *Herod l. 3. sub fin & Iust. l. 1* *a* Is est qui longimanus dictus est Darii Hystasp. nepos, & Xerxis filius cui per Artabanum jugulato, successit. Ann. M. 3531. *b* i. summi & primi. *c* per singularem Dei favorem & potentem operationem. *d* Anno M. 3537. Ant Chr. 467. postquam ascendit, Zorobabel cum suis, ann. 69. *Sup cap. 1. & 2.*

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, & converterat cor regis Assur *m* ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere Domus Domini Dei Israel.

CAPUT VII

I. Esdras scriba, assumptis comitibus, Jerusalem ascendit, 1.
II. Cum edicto & muneribus regis, ut doceat legem Dei, populúmque regat; 11.
III. Propterea Esdras benedicit Dominum. 27.

1. POst hæc autem verba in regno Artaxerxis *a* regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helciæ,

2. filii Sellum, filii Sadoc, filii Achitob,

3. filii Amariæ, filii Azariæ, filii Maraioth,

4. filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci,

5. filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron sacerdotis ab initio *b*.

6. Ipse Esdras ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel: & dedit ei rex secundùm manum Domini Dei ejus *c* super eum, omnem petitionem ejus.

7. Et ascenderunt de filiis Israel, & de filiis Sacerdotum, & de filiis Levitarum, & de cantoribus, & de janitoribus, & de Nathinæis in Jerusalem anno septimo *d* Artaxerxis regis.

8. Et venerunt in Jerusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis.

9. Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se.

10. Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & judicium.

II. 11. Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus & præceptis Domini, & ceremoniis ejus in Israel.

12. Artaxerxes rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo, salutem.

22. Und sie hielten das Fest der ungesäuerten Brod siben Tag lang mit Freuden / dieweil der HErr sie erfreuet hatte / und das Hertz deß Königs Assur zu ihnen gewendet / daß er im Werck deß Hauß deß HErrn / deß GOttes Israel ihren Händen Beystand thäte.

Das VII. Capitel.

I. Esdras / ein Priester und Lehrer des Gesatzs / wird von Artaxerxe / nach Jerusalem geschickt. 1.
II. Mit schrifftlichem Befehl / die Juden im Namen deß Königs zubesuchen / zu lehren / und zu regieren / 11.
III. Worüber Esdras GOtt Lob und Danck sagt / 27.

1. Aber nach disen Geschichten / als Artaxerxes / der König in Persien / regierte / zoge herauf Esdras / der Sohn Saraiä / deß Sohns Azariä / deß Sohns Helciä /

2. Deß Sohns Sellum / deß Sohns Sadoc / deß Sohns Achitob /

3. Deß Sohns Amariä / deß Sohns Azariä / deß Sohns Maraioth /

4. Deß Sohns Zarahiä / deß Sohns Ozi / deß Sohns Bocci /

5. Deß Sohns Abisue / deß Sohns Phinees / deß Sohns Eleazar / deß Sohns Aaron / deß Priesters von Anfang.

6. Diser Esdras zoge von Babylon herauf / und er war ein wolgeübter Schrifftgelehrter im Gesatz Moysis / das GOtt der HErr dem Israel gegeben hat. Und der König gab ihm alles / was er begehrte / nachdem die Hand deß HErrn seines GOttes über ihn war.

7. Und im sibenden Jahr deß Königs Artaxerxis zogen etliche hinauf gen Jerusalem von den Kindern Israel / u. von den Kindern der Priester / u. von den Kindern der Leviten / u. von den Singern / und von den Thorhütern / und von den Nathineern.

8. Und sie kamen gen Jerusalem im fünfften Monat / das ist das sibende Jahr deß Königs.

9. Dan am ersten Tag deß ersten Monats fieng er an herauf zu ziehen von Babylon / und am ersten Tag deß fünfften Monats kam er gen Jerusalem / nach der guten Hand seines GOttes über ihn.

10. Dan Esdras bereitete sein Hertz / daß Gesatz deß HErrn zu suchen / und das Gebott und Recht zu thun / und in Israel zu lehren.

II. 11. Diß ist aber die Abschrifft deß Befehlschreibens / das der König Artaxerxes dem Priester Esdra gab / dem Schrifftgelehrten / der im Wort und in den Gebotten deß HErrn / und in seinen Ceremonien in Israel wol erfahren war.

12 Artaxerxes ein König der Königen wünschet Heyl dem Priester Esdra / dem hochgelehrten Schreiber im Gesatz GOttes deß Himmels. 13.

13. Es ist von mir beschlossen / daß alle die jenige in meinem Reich von dem Volck Israel / und von seinen Priestern / und von den Leviten / denen gefalt gen Jerusalem zu ziehen / mit dir reysen mögen.

14. Dan du bist gesandt vom Angesicht deß Königs / und seiner siben Räthen / das Jüdisch Land und Jerusalem / nach dem Gesatz deines GOttes / das in deiner Hand ist / zubesuchen:

15. Auch das Silber und Gold dahin zubringen / das der König / und seine Räth dem GOtt Israel / dessen Tabernackel zu Jerusalem ist / freywillig geopffert haben.

16. Du solst alles Silber und Gold / was du in der gantzen Landschafft Babylon finden magst / und was das Volck willig opffern wird / und was die Priester / auß freyem Willen zum Hauß ihres Gottes / das zu Jerusalem ist / geben werden /

17. Frey empfangen / und mit Fleiß kauffen vom selbigen Geld Kälber / Widder / Lämer / samt ihren Speißopffern / und Tranckopffern / und es opfern auf dem Altar im Tempel eueres GOttes / der zu Jerusalem ist.

18. Was auch dir und deinen Brüdern gefallen wird / mit dem übrigen Silber und Gold zu thun / das thut nach dem Willen eures GOttes.

19. U die Geschirr / welche dir zum Dienst im Hauß deines GOttes gegeben werden / solst du vor dem Angesicht Gottes zu Jerusalem überantworte.

20. Und das Ubrig / was mehr vonöthen wird seyn zum Hauß deines Gottes / wie vil auch die Notdurfft erfordern wird außzugebē / das sol man dir aus der schatzkamer / u. vom gemeinē Gut deß Königs reichē

21. und von mir. Ich Artaxerxes der König hab verordnet u. befohlē allen denē / welche den gemeinē Schatzkasten in Verwahrung haben / u. über dem Fluß wohnē / daß ihr alles / was Esdras d' Priester / der Schreiber deß Gesatzes Gottes deß Himels / von euch begehren wird ohn einigē Verzug ihm reichet:

22. Biß auf hundert Centner Silbers / und auf hundert Coren Getreids und auf hundert Baten Wein / und auf hundert Baten Oels / aber Saltz ohn Maß.

23. Alles / was zum Dienst Gottes deß Himels gehörig ist / das sol man im Hauß Gottes deß Himels mit Fleiß geben: damit er nit villeicht wider das Reich deß Königs und seiner Kinder erzürne.

24. So thun wir euch zu wissen / daß ihr nit Macht habet / Zoll / und Schatzung / und Korngült auf jemand von allen Priestern / und Leviten und Singern / und Chorhütern / Nathineern und Dienern deß Hauß dises GOTTes zu legen. *a*

a **mercke / der Geistlichen Freyheit.**

13. A me decretum est, ut cuicumque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus ejus, & de Levitis ire in Jerusalem, tecum vadat.

14. A facie enim regis, & septem consiliatorum ejus missus es, ut visites Judæam & Jerusalem in lege Dei tui *e* quæ est in manu tua :

e i. curaturus, ut servetur lex Dei tui.

15. & ut feras argentum & aurum, quod rex & consiliatores ejus sponte obtulerunt Deo Israel, cujus in Jerusalem tabernaculum est.

16. Et omne argentum & aurum quodcumque inveneris in universa provincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de Sacerdotibus quæ sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Jerusalem,

17. liberè accipe, & studiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos & sacrificia & libamina eorum, & offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem.

18. Sed & si quid tibi, & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro ut faciatis, juxta voluntatem Dei vestri facite.

19. Vasa quoque, quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Jerusalem.

20. Sed & cætera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro, & de fisco regis,

21. & à me *f*. Ego Artaxerxes rex statui, atque decrevi omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans Flumen, ut quodcumque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli, absque mora detis

f sc. decretum sequens.

22. usque ad argenti talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & usque ad vini batos centum, & usq; ad batos olei centum, sal verò absq; mensura.

23. Omne, quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli : ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum ejus.

24. Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus *g*, & Levitis, & cantoribus, & janitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

g en exemplum immunitatis Ecclesiasticæ antiquissimum

25. Tu autem Esdra, secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue judices & præsides, ut judicent omni populo, qui est trans Flumen, his videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

26. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, judicium *b* erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certè in carcerem.

b i. condemnatio.

III. 27. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Jerusalem,

28. & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus ejus, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu *i* Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes qui ascenderent mecum.

i i. favore seu gratia

CAPUT VIII.

I. Recensentur ascendentes cum Esdra de Babylone: 1.

II. Qui indicto jejunio pro directione itineris Deum precantur. 21.

III. Sacerdotes & Levitæ thesauros & vasa templi ab eo recipiunt. 24.

IV. Prosperè perveniunt in Jerusalem, ac illa in templum afferunt cum victimis. 31.

Eadem an. 3537.

1. HI sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.

2. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Hattus.

3. De filiis Secheniæ, filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.

4. De filiis Phahat Moab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Jonathan, & cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Isaias filius Athaliæ, & cum eo septuaginta viri.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, & cum eo octoginta viri.

9. De filiis Joab, Obedia filius Jahiel, & cum eo ducenti decem & octo viri.

25. Du aber Esdra/ nach der Weißheit deines GOttes/ die in deiner Hand ist/ verordne Richter und Vorsteher/ daß sie alles Volck richten / das über dem Fluß ist/ nemlich die jenige / welche das Gesatz deines GOttes wissen/ auch lehret frey die andere/ so es nit wissen.

26. Und über alle/ die das Gesatz deines GOttes/ und deß Königs Gesatz nit mit Fleiß halten werden/ sol ein Urtheil gehen/ entweder zum Tod / oder zur Verweisung aus dem Land / oder zur Straff an seinem Gut/ oder doch zum Kercker.

III. 27. Gebenedeyet sey der HErr / der GOTT unser Vätter / der solches dem König ins Hertz gegeben hat/ das Hauß deß HErrn zu Jerusalem herrlich zu machen /

28. Der auch vor dem König/ und seinen Räthen/ und vor allen mächtigen Fürsten deß Königs/ seine Barmhertzigkeit zu mir geneiget hat: ich ward auch gestärcket durch die Hand deß HErrn meines GOttes/ die über mir war / und brachte die Oberste auß Israel zusammen. Welche mit mir hinauf ziehen solten.

Das VIII. Capitel.

I. Register deren/ so mit Esdra von Babylon in das Jüdische Land gezogen/ 1.

II. Esdras stellt ein Fast- und Bett-Tag an um ein glückliche Reyß/ 21.

III. Uberantwortet den Priestern und Leviten die Geschirr deß Tempels/ selbe nach Jerusalem zu bringen/ 24.

IV. Kommt glücklich gen Jerusalem/ da alles in Tempel geliffert wird/ und Brandopffer geschehen/ 31.

1. DIß seynd nun die Oberste der Geschlechten / und das Herkommen der jenigen/ welche zu der Zeit mit mir von Babylon herauf gezogen seynd da der König Artaxerxes regierte.

2. Von den Kindern Phinees / Gersom. Von den Kindern Ithamar / Daniel. Von den Kindern David/ Hattus.

3. Von den Kindern Sechenia den Kindern Pharos Zacharias: und mit demselben wurden gezehlet/ hundert und fünfftzig Mann.

4. Von den Kindern Phahat Moab/ Elioenai/ der Sohn Zarehe / und mit ihm zwey hundert Mann.

5. Von den Kindern Secheniä/ der Sohn Ezechiel/ und mit ihm drey hundert Mann.

6. Von den Kindern Adan / Abed / der Sohn Jonathan/ und mit ihm fünfftzig Mann.

7. Von den Kindern Alam/ Isaias/ der Sohn Athalia/ und mit ihm sibentzig Mann.

8. Von den Kindern Saphatiä/ Zebedia / der Sohn Michael und mit ihm achtzig Mann.

9. Von den Kindern Joab/ Obedia/ der Sohn Jahiel u. mit ihm 2. hundert u. achtzehen Mann.

10. Von den Kindern Selomith/ der Sohn Joſphia/ und mit ihm hundert und ſechtzig Mann.

11. Von den Kindern Bebai / Zacharias / der Sohn Bebai/ und mit ihm acht und zwantzig Mañ.

12. Von den Kindern Azgad / Johanan / der Sohn Eccetan / und mit ihm hundert und zehen Mann.

13. Von den Kindern Adonicam / welche die letzte waren: und ſeynd diß ihre Namen: Elipheleth/ und Jehiel/ und Samaias / und mit ihnen ſechtzig Mann.

14. Von den Kindern Begui/ Uthai / und Zachur/ und mit ihnen ſibentzig Mann.

15. Ich verſammlete ſie aber bey dem Fluß/ der auf Ahava lauffet / daſelbſt bliben wir drey Tag lang und ich ſuchte unter dem Volck und unter den Prieſtern / und fand niemand allda von den Kindern Levi.

16. Derwegen ſandte ich auß Eliezer und Ariel/ und Semeiam und Elnathan/ und Jarib / und den andern Elnathan/ und Nathan / und Zachariam / und Moſollam die Oberſte: Auch Jojarib und Elnathan die Weiſe.

17. Und ich ſandte ſie zu Eddo/ ſo der vornehmſte war an dem Ort Chaſphia und legte die Wort in ihren Mund / die ſie zu Eddo / und zu ſeinen Brüdern den Nathineern an dem Ort Chaſphia reden ſolten / damit ſie uns Diener deß Hauß unſers GOttes zuführeten.

18. Und ſie führeten zu uns durch die gute Hand unſers GOttes über uns/ einen überauß gelehrten Mann von den Kindern Moholi / deß Sohns Levi / deß Sohns Iſrael / und Sarabiam/ und ſeine Söhn und ſeine Brüder / achtzehen.

19. Auch Haſabiam / und mit ihm Iſaiam von den Kindern Merari / ſamt ſeinen Brüdern und ſeinen Kindern zwantzig:

20. Und von den Nathineern/ welche David und die Fürſten zum Dienſt der Leviten gegeben hatten/ zwey hundert und zwantzig Nathineer. Diſe wurden alle mit ihren Namen genannt.

II. 21. Und ich rieff daſelbſt am Fluß Ahava ein Faſten auß / daß wir uns caſteyeten vor dem HErrn unſerm GOtt / und begehrten von ihm den rechten Weeg für uns und unſere Kinder/ und für all unſere Haab.

22. Dan ich ſchämete mich vom König Hülff und Reuter zu begehren / die uns auf dem Weeg für dem Feind ſchützten: dieweil wir zum König geſagt hatten: die Hand unſers GOttes iſt über alle/ welche ihn ſuchen im Guten / auch iſt ſein Herrſchafft und ſeine Starck / und ſein Grimm über alle/ die ihn verlaſſen.

10. De filiis Selomith, filius Joſphiæ, & cum eo centum ſexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri.

12. De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan, & cum eo centum & decem viri.

13. De filiis Adonicam, qui erant noviſſimi *a*: & hæc nomina eorum: Elipheleth, & Jehiel, & Samaias, & cum eis ſexaginta viri.

14. De filiis Begui, Uthai & Zachur, & cum eis ſeptuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit ad Ahava, & manſimus ibi tribus diebus: quæſivique in populo & in Sacerdotibus de filiis Levi *b*, & non inveni ibi.

16. Itaque miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & Jarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Joiarib, & Elnathan ſapientes.

17. Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Chaſphiæ loco, & poſui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, & fratres ejus Nathinæos, in loco Chaſphiæ ut adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri.

18. Et adduxerunt nobis per manum *c* Dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſſimum de filiis Moholi filii Levi filii Iſrael, & Sarabiam & filios ejus & fratres ejus decem & octo,

19. & Haſabiam, & cum eo Iſaiam de filiis Merari, fratreſque ejus, & filios ejus viginti:

20. Et de Nathinæis, quos dederat David & principes ad miniſteria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti. Omnes hi ſuis nominibus vocabantur,

II. 21. Et prædicavi *d* ibi jejunium juxta fluvium Ahava ut affligeremur coram Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis noſtris, univerſæque ſubſtantiæ noſtræ.

22. Erubui enim petere à rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via; quia dixeramus regi: Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium ejus & fortitudo ejus, & furor ſuper omnes, qui derelinquunt eum.

a i. e. poſtremo loco ſe Eſdræ adjunxerant

b ſc. qui non eſſent ſacerdotes

c i. favorem & gratiam.

d i. indixi.

e id est, pro hoc, seu propter hoc.

f sc. in Babylone.

g i. consecrati Domino.

23. Jejunavimus autem, & rogavimus Deum nostrum per hoc *e*: & evenit nobis prosperè.

III. 24. Et separavi de principibus Sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam & cum eis de fratribus eorum decem.

25. Appendique eis argentum & aurum, & vasa consecrata domûs Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores ejus, & principes ejus, universusque Israel eorum, qui inventi fuerant *f*:

26. & appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta:

27. & crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra, ut aurum.

28. Et dixi eis: Vos sancti Domini *g*, & vasa sancta, & argentum & aurum, quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum:

29. vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus Sacerdotum, & Levitarum, & ducibus familiarum Israel in Jerusalem, in thesaurum domûs Domini.

30. Susceperunt autem Sacerdotes & Levitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, ut deferrent Jerusalem in domum Dei nostri.

IV. 31. Promovimus ergo à flumine Ahava duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in viâ.

32. Et venimus Jerusalem, & mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quartâ appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ Sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Jozabed filius Josue, & Noadaia filius Bennoi Levitæ,

34. juxta numerum & pondus omnium: descriptúmque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed & qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonagin-

23. Wir fasteten aber / und baten unsern GOtt hierum: und es ist uns glücklich gangen.

III. 24. Und ich sönderte zwölff auß von den obersten Priestern / den Sarabia / und Hasabia / und mit ihnen zehen von ihren Brüdern.

25. U. ich übergab ihnen mit dem Gewicht das Silber/u. Gold u. die Geschirr/welche zum Hauß unsers GOttes geheiliget waren die der König/und seine Räth/u. seine Fürsten/und gantz Israel von denen/die vorhanden waren/geopffert hatten.

26. Und ich übergab zu ihren Händen im Gewicht sechs hundert und fünfftzig Centner Silbers/ und hundert silberne Geschirr / auch hundert Centner Golds:

27. Und zwantzig guldene Becher / die tausend Gulden hielten / und zwey Geschirr / vom allerbesten glantzenden Ertz / so schön / wie Gold.

28. Und ich sprach zu ihnen: Ihr seyd die Heilige deß HErrn/ und die Geschirr seynd auch heilig / auch das Silber und das Gold/so dem HErrn dem GOtt unserer Vätter freywillig geopffert ist:

29. So wachet nun / und bewahret es/ biß daß ihrs vor den Obersten der Priester und der Leviten/ und vor den Fürsten der Geschlechten Israel zu Jerusalem in die Schatzkammer deß Hauß deß HErrn mit dem Gewicht überliffert.

30. Und die Priester samt den Leviten namen das gewogen Silber und Gold samt den Geschirrn an/ dasselbig gen Jerusalem in unsers GOttes Hauß zu bringen.

12. Es begab sich aber / daß die Juden kamen / welche neben ihnen wohneten/ und uns solches wol zehenmahl anzeigeten/ auß allen Orten / daher sie zu uns kamen:

13. Da stellete ich an einem Ort hinder der Mauren rings herum das Volck in die Ordnung/ mit ihren Schwerdtern / und Spiessen und Bogen.

14. Und ich sahe/ und machte mich auf/ u. sprach zu den Vornehmsten/ und zu der Obrigkeit / und zu dem übrigen Theil deß gemeinen Volcks: Förchtet euch nit vor ihrem Angesicht: gedencket an den grossen und schröcklichen HErrn / und streitet für eure Brüder und für eure Söhn u. für eure Töchter und für eure Weiber/ und für eure Häuser.

15. Es begab sich aber / als unsere Feind höreten/ daß es uns war zuwissen gethan / da zertrenete GOtt ihren Rath. Und wir kehreten alle wider um zu den Mauren / ein jeglicher zu seinem Werck.

16. Von dem Tag an trug sich zu/ daß der halbe Theil der jungẽ Mannschafft die Arbeit thäte / und der halbe Theil war fertig zum Streit / samt den Spiessen/

Spiessen/ und Schilden/ u. Bogen/ u. Pantzern/ u. die Oberste ware hinter ihne im gantze Hauß Juda.

17. Von denen/ die an der Maur arbeiteten/ und die Last trugen/ und den Last aufluden/ thäte ein jeglicher mit einer Hand das Werck/ und mit der andern hielt er das Schwerdt.

18. Dan ein jeglicher von den Bauleuten war mit einem Schwerdt auf der Lenden umgürtet. Und sie baueten und bliesen die Posaunen neben mir.

19. Und ich sprach zu den Vornehmsten/ und zu der Obrigkeit/ und zu dem übrigen Theil deß gemeinen Volcks: Es ist ein groß und weitläuffiges Werck/ wir aber seynd auf der Maur zertheilt/ und ist einer weit vom andern:

20. An welchem Orth ihr den Schall der Posaunen hören werdet/ dahin lauffet zu uns zusamen: unser GOtt wird für uns streitten.

21. Und wir selbst wollen die Arbeit thun: und der halbe Theil von uns soll die Spieß halten/ vom Aufgang der Morgenröth/ biß die Sternen hervor kommen.

22. Auf dieselbige Zeit sprach ich auch zum Volck: Ein jeglicher bleibe innerhalb Jerusalem mit seinem Knecht/ damit wir bey Nacht und Tag zur Arbeit umwechslen können.

23. Ich aber und meine Brüder/ und meine Diener/ und die Wächter/ die hinter mir waren/ legten unsere Kleyder nit ab/ sondern ein jeglicher zoge sich allein auß/ wan er sich waschen wolte/

Das V. Capitel.

I. Klag deß Volcks über die Wucherer zur Zeit der Theurung/ 1.

II. Nehemias strafft die Geitzige/ verbiet den Wucher/ und theilt das Seinige unter die Dürfftige/ 6.

1. UNd es erhub sich ein groß Geschrey deß Volcks/ und ihrer Weiber/ wider ihre Brüder die Juden.

2. Es waren etliche/ die sprachen: Unserer Söhn und unserer Töchter seynd gar zu vil: lasset uns Getraid für ihren Wehrt nehmen/ daß wir essen und leben mögen:

3. Und andere sagten: Lasset uns unsere Aecker/ und Weinberg/ und unsere Häuser versetzen/ und Getraid darauf nehmen in der Theurung.

4. Und andere sprachen: Lasset uns Geld aufnehmen dem König Zinß davon zu geben und ihm unsere Aecker und Weinberg einraumen.

5. Und nun wie unserer Brüder Fleisch ist/ so ist auch unser Fleisch/ und wie ihre Kinder seynd/ also seynd auch unsere Kinder/ und sihe/ wir laden auf

& arcus, & loricæ, & principes post eos in omni domo Juda

17. ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: unâ manu suâ faciebat *g* opus, & altera tenebat gladium *h*:

18. ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina juxta me.

19. Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero:

20. In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos: Deus noster pugnabit pro nobis.

21. Et nos ipsi faciamus opus: & media pars nostrûm teneat lanceas ab ascensu auroræ donec egrediantur astra *i*.

22. In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum puero suo *k* maneat in medio Jerusalem, & sint nobis vices per noctem, & diem ad operandum.

23. Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me *l*, non deponebamus vestimenta nostra: unusquisq; tantum nudabatur ad baptismum *m*.

CAPUT V.

I. Populi clamor & querela tempore famis. 1.

II. Nehemias avaros increpat, usuras prohibet, & sua indigentibus elargitur. 6

1. ET factus est clamor populi, & uxorum ejus magnus adversus fratres suos Judæos.

2. Et erant qui dicerent: Filii nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & vivamus.

3. Et erant qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus *a*, & accipiamus frumentum in fame.

4. Et alii dicebant: Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros & vineas:

5. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum, ita & filii nostri. Ecce nos

g sc. quisq;
h eo modo, quo mox explicatur versu sequenti.
i Quasi excubias actura in tenebris.
k i. famulo suo.
l sc. mihi obsequentes
m i. e. ad lavandum seu corpus seu vestes à sordibus.
Eodem an. 3550.
a oppignoremus fœneratoribus

subjugamus filios nostros, & filias nostras in servitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus unde possint redimi, & agros nostros, & vineas nostras alii possident.

II. 6. Et iratus sum nimis cùm audissem clamorem eorum secundùm verba hæc:

7. Cogitavítque cor meum mecum: & increpavi optimates & magistratus, & dixi eis: Usurásne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregavi adversum eos concionem *b* magnam,

b populi congregationem.

8. & dixi eis: Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Judæos, qui venditi fuerant gentibus secundùm possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec invenerunt quid responderent.

9. Dixíque ad eos: Non est bona res, quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris?

10. Et ego, & fratres mei, & pueri *c* mei commodavimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune istud, æs alienum concedamus, quod debetur nobis.

c famuli & domestici.

11. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliveta sua, & domos suas: quin potiùs & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis.

12. & dixerunt: Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicque faciemus ut loqueris. Et vocavi Sacerdotes, & adjuravi eos, ut facerent juxta quod dixeram.

13. Insuper excussi sinum *d* meum, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleverit verbum istud, de domo sua, & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat *e*. Et dixit universa multitudo: Amen. Et laudaverunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum.

d i vestimentum.

e profugus à patria, extorris & egenus.

14. A die autem illa, quâ præceperat rex mihi ut essem dux in terra Juda, ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus,

15. Duces autem primi, qui fuerant

unsere Söhn und auf unsere Töchter das Joch der Dienstbarkeit/u. seynd schon etliche võ unsern Töchtern der Dienstbarkeit unterworffẽ u. wir habẽ nit/ damit sie wider möchtẽ frey gemacht werdẽ: so habẽ auch andere unsere Aecker u. Weinberg im Besitz.

II. 6. Und ich ward überaus zornig/ da ich ihr Geschrey/ und dise Wort hörete.

7. Und mein Hertz bedachte es bey mir selbst: und ich straffte die Vornehmste/ und die Obrigkeit/ und sprach zu ihnen: Fordert ihr ein jeglicher von seinem Bruder Wucher? Und ich brachte eine grosse Gemein wider sie zusammen/

8. Und sprach zu ihnen: Wir haben nach unserm Vermögen unsere Brüder die Juden erlöset/ welche den Heyden verkaufft waren / wie ihr wisset: wöllt ihr dan eure Brüder auch verkauffen / und wir solten sie erlösen? Da schwigen sie still / und funden nichts zu antworten.

9. Und ich sprach zu ihnen: Es ist nit gut/ was ihr thut: warum wandlet ihr nit in der Forcht unsers Gottes/ damit es uns nit von den Heyden unsern Feinden verweißlich werde vorgeworffen.

10. Jch und meine Brüder / und meine Diener haben auch sehr vilen Geld und Getraid vorgestrecket: lasset uns das ins Gemein nit wider fordern / sondern die Schuld nachlassen / die man uns schuldig ist.

11. Gebet ihnen heut ihre Aecker widerum/ und ihre Weinberg/ und ihre Oelgärten und ihre Häuser: gebet auch noch mehr für sie/ nemlich den hundersten Theil deß Gelds / Getraids / Weins und Oels/ den ihr pflegt von ihnen zu fordern.

12. Und sie sprachen: Wir wollens widerum geben/ und von ihnen nichts fordern: und wollen also thun/ wie du sagst. Und ich rieff den Priestern / und beschwur sie/ daß sie also thun solten / wie ich geredet hatte.

13. Uber das schüttete ich meine Schoß aus/ und sprach: Also schütte GOtt einen jeglichen Mann auß seinem Hauß / und auß seiner Arbeit/ der diß Wort nit erfüllet: der solle also außgeschüttet und leer werden. Und die gantze Gemein sprach/ Amen. Und sie lobeten GOtt. Also thäte das Volck/ wie gesagt war.

14. Aber von dem Tag an/ da der König mir befohlen hatte / daß ich im Land Juda ein Fürst seyn solte/ vom zwantzigsten Jahr bis auf das zwey und dreyßigste Jahr deß Königs Artaxerxis / zwölff Jahr lang / hab ich und meine Brüder die Speiß nit gessen/ die man den Fürsten schuldig war zu geben.

15. Aber die erste Fürsten/ welche vor mir gewesen

sen waren / hatten das Volck beschweret / und täglich an Brod / und Wein / und Geld / viertzig Sickel von ihnen genommen : so hatten ihre Diener auch das Volck untertrucket. Ich aber thäte nit also umb der Forcht GOttes willen :

16. Vil mehr bauete ich im Werck der Mauren / und kauffte keinen Acker : und alle meine Diener waren auch zur Arbeit versammlet.

17. Es waren auch die Juden / und die Obrigkeit hundert und fünfftzig Männer / und die zu uns kamen auß den Heyden / so um uns her seynd an meinem Tisch.

18. Und man bereitete mir alle Tag einen Ochsen / und sechs außerlesene Widder / ohn das Gevögel / und innerhalb zehen Tagen mancherley Wein / und sonst vil anders gab ich : und forderte gleichwol nit die Speiß meines Fürstenthums : dan das Volck war sehr erschöpffet.

19. Mein GOtt / gedencke an mich zum besten / nach allem / was ich disem Volck gethan hab.

ante me gravaverunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecuniâ quotidie siclos quadraginta : sed & ministri eorum depresserunt *f* populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei :

16. quin potiùs in opere muri ædificavi, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant.

17. Judæi quoq; & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant.

18. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi exceptis volatilibus, & inter dies decem *g* vina diversa, & alia multa tribuebam : insuper & annonas ducatûs mei non quæsivi : valde enim attenuatus erat populus.

19. Memento mei Deus meus in bonum *h* secundùm omnia quæ feci populo huic.

f sc. tyrannicè dominantes.

g i. decimo quoque die

h ut mihi benefacias.

Das VI. Capitel.

I. Die Feind der Juden / unterm Schein einen Bund mit Nehemia zu machen / stellen ihm heimlich nach / 1.
II. Trohen ihn anzuklagen / das er nach dem Königreich strebe / 5.
III. Unterstehen sich / ihn durch falsche Propheten zu betriegen / und am Bau zu verhindern / aber vergebens / 10.

1. Es begab sich aber / als Sanaballat / und Tobias / und Gossem der Araber / und andere unsere Feind höreten / daß ich die Mauren aufgebauet hatte / und daß keine Lucken mehr darinnen wären (wiewohl ich biß an die Zeit noch keine Porten in den Thoren gemacht hatte :)

2. Daß Sanaballat und Gossem zu mir schickten und sprachen : Komm und laß uns einen Bund mit einander machen in den Dörffern im Feld Ono. Aber sie gedachten mir Böses zu thun.

3. Derwegen sandte ich Botten zu ihnen / und sprach : ich mache ein groß Werck / und kan nit hinab kommen : damit nit villeicht das Werck versaumet werde / wan ich kommen wurd / u. zu euch hinab ziehen.

4. Sie sandten aber wohl viermahl zu mir nach disem Wort : und ich antwortete ihnen nach der vorigen Red.

II. 5. Und Sanaballat sandte nach dem vorigen Wort zum fünfften mahl seinen Diener zu mir / und derselbig hatte einen Brieff in seiner Hand / der auf dise Weiß geschriben war :

CAPUT VI.

I. Sanaballat cum sociis ad fœdus insidiosè invitat, ut ædificationem impediat, 1.
II. Sed non terret, nec immutat propositum Nehemiæ. 5.
III. Completo muro, timuerunt omnes finitimæ gentes. 10.

1. FActum est autem, cùm audisset Sanaballat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis)

2. miserunt Sanaballat, & Gossem ad me, dicentes : Veni, & percutiamus fœdus pariter in viculis *a* in Campo Oño. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum.

3. Misi ergo ad eos nuntios, dicens : Opus grande ego facio, & non possum descendere : ne fortè negligatur cùm venero, & descendero ad vos.

4. Miserunt autem ad me secundùm verbum hoc per quatuor vices : & respondi eis juxta sermonem priorem.

II. 5. Et misit ad me Sanaballat juxta verbum prius quintâ vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo :

Eodem anno 3550.

a Hebræum Chephirim videtur nomen proprium loci.

6. IN GENTIBUS auditum est, & Gossem dixit, quòd tu & Judæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & levare te velis super eos regem: propter quam causam

7. & prophetas posueris, qui prædicent de te in Jerusalem, dicentes: Rex in Judæa est. Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni, ut ineamus consilium pariter.

8. Et misi ad eos, dicens: Non est factum secundùm verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc.

9. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob causam magis confortavi *b* manus meas:

III. 10. & ingressus sum domum Semaiæ filii Dalaiæ filii Metabeel secretò. Qui ait: *c* Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt ut interficiant te[e], & nocte venturi sunt ad occidendum te.

11. Et dixi: Num quisquam similis mei *d* fugit? & quis ut ego ingredietur templum, & vivet? non ingrediar.

12. Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias, & Sanaballat conduxissent eum:

13. acceperat enim pretium, ut territus facerem, & peccarem, & haberent malum, quod exprobrarent mihi.

14. Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat, juxta opera eorum talia: sed & Noadiæ prophetæ *f*, & cæterorum prophetarum, qui terrebant me.

15. Completus est autem murus vigesimoquinto die mensis Elul *g*, quinquaginta duobus diebus.

16. Factum est ergo cùm audissent omnes inimici nostri, ut timerent universæ gentes, quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc.

17. Sed & in diebus illis *h*, multæ optimatum Judæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos.

18. Multi enim erant in Judæa habentes juramentum ejus *i*, quia gener erat

b Hebr. conforta, sc. o Deus.
c Hebr. conveniamus.
d Vir militaris & princeps.
e i. subornassent.
f sc. qui se prophetam fingebat.
g qui est sextus.
h sc. post epistolam à Sanaballat missam.
i i. fœdus cum eo.

6. MAN HATS UNTER DEN HEYDEN gehöret/ und Gossem hats gesagt/ daß du/ u. die Juden gedenckt euch zu widersetzen und daß du darum die Mauren bauest/ und wollest dich über sie zum König erheben: darum

7. habest du auch Propheten verordnet/ die von dir zu Jerusalem predigen und sagen: Er ist König im Jüdischen Land. Dise Wort wird der König hören: derwegen komm jetzt/ damit wir uns mit einander berathschlagen.

8. Und ich sandte zu ihnen/ und sprach: Es ist nit also geschehen/ wie dise Wort lauten/ die du redest: dan du erdichtest diß auß deinem Hertzen.

9. Dan sie alle schröckten uns/ und gedachten/ wir wurden unsere Händ von dem Werck abthun/ und einhalten. Aber um der Ursach willen stärckete ich meine Händ vilmehr.

III. 10. Und ich gieng heimlich in das Hauß Semaia/ deß Sohns Dalaia/ deß Sohns Metabeel. Der sprach: Laß uns im Hauß GOttes/ mitten im Tempel mit einander handlen/ und laß uns die Thür deß Hauß versperren: dan sie werden kommen/ daß sie dich tödten/ und werden zwar bey der Nacht kommen dich zu tödten.

11. Und ich sprach: Ist jemand meines gleichen geflohen? Und solte ein solcher/ wie ich bin/ in den Tempel gehen und leben? ich wil nit hinein gehen.

12. Und ich verstund/ daß ihn GOtt nit gesandt hätte/ sondern daß er zu mir redete/ als wan er weissagete/ und daß ihn Tobias und Sanaballat gedinget hatten/

13. Dan er hatte Geld genommen/ daß ich auß Schröcken etwas thäte/ u. sündigte/ damit sie etwas Böses hätten/ daß sie mir verweißlich vorwurffen.

14. Gedencke an mich HErr/ wegen deß Tobia und Sanaballat/ nach solchen ihren Wercken: gedencke auch an Noadia den Propheten/ und an andere Propheten die mich schröcketen.

15. Aber die Maur ward am fünff und zwantzigsten Tag deß Monats Elul außgemacht/ in zwey und fünfftzig Tagen.

16. Da nun alle unsere Feind dises höreten/ begab sich/ daß alle Völcker/ die rings um uns her waren/ sich förchteten/ und daß ihnen der Muth entsanck/ und sie erkandten/ daß diß Werck von GOtt gethan war.

17. Auch wurden in denselbigen Tagen vil Brieff der Vornehmsten unter den Juden zu Tobia gesandt/ und kamen auch von Tobia Brieff an sie.

18. Dan es waren vil im Jüdischen Land/ die ihm geschworen hatten/ dieweil er deß Sechenia/

deß Sohns Area Tochtermann war / und Johanan / sein Sohn / hatte die Tochter Mosollam / deß Sohns Barachia / zum Weib genommen.

19. Sie rühmeten ihn auch vor mir / und trugen hingegen meine Wort zu ihm : und Tobias schickte Brieff / mich zu schröcken.

Das VII. Capitel.

I. Nach vollendter Maur werden die Stadt-Thor eingehenckt / zugethan / verrigelt / und die Hüter bestellt / 1.
II. Namen und Zahl der jenigen / so mit Zorobabel von Babylon nach Jerusalem widerkommen / 5.
III. Was die Fürsten samt dem Volck zum Bau geschenckt / 70.

1. NAchdem nun die Maur gebauet war / und ich die Thor eingehenckt / und die Thorhüter / und die Singer / und die Leviten gezehlet hatte :

2. Befahl ich Hanani meinem Bruder / und Hanania dem Haußvogt zu Jerusalem / (dan derselbig war vor andern für ein warhafftigen / und Gottesförchtigen Mann gehalten)

3. Und sprach zu ihnen : Man sol die Thor zu Jerusalem nit aufthun / biß die Sonn heiß scheinet. Und in dem sie noch darbey stunden / wurden die Thor zugethan / und verrigelt : und ich setzte Hüter von den Innwohnern Jerusalem / einen jeglichen nach seiner Ordnung / und einen jeglichen gegen seinem Hauß über.

4. Aber die Stadt war sehr weit / und groß / und war wenig Volcks darinn / es waren auch die Häuser nit gebauet.

II. 5. Und GOtt gab mir in mein Hertz / und ich versammlete die Vornehmste / und die Obrigkeit / und das gemeine Volck / damit ich sie zehlete : und ich fand das Zahlbuch derselben / die zum erstenmal herauf kommen waren / und darinn ist also geschriben funden:

6. Diß seynd die Kinder der Landschafft / die herauf zogen auß der Gefängnuß der hinüber geführten / welche Nabuchodonosor der König zu Babylon hinweg geführet hatte / und welche wider nach Jerusalem seynd kommen / und in das Land Juda / ein jeglicher zu seiner Stadt.

7. Die mit Zorobabel kamen / Josue / Nehemias / Azarias / Raamias / Nahamani / Mardochäus / Belsam / Mespharath / Begoai / Nahum / Baana. Die Zahl der Männer vom Volck Israel :

8. Die Kinder Pharos zwey tausend / ein hundert / zwey und sibentzig.

9. Die Kinder Saphatia / drey hundert / zwey und sibentzig.

10. Die Kinder Area sechs hundert / zwey und fünfftzig.

Secheniæ filii Area, & Johanan filius ejus acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ :

19. sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei : & Tobias mittebat epistolas ut terreret me.

CAPUT VII.

I. Per Nehemiam constituuntur custodes in Jerusalem : 1.
II. Convocato populo recensentur qui primùm ascenderant Jerusalem, unà cum jumentis ipsorum, 5.
III. Dantur munera ad opus ædificationis. 70.

1. POstquam autem ædificatus est murus *a*, & posui valvas, & recensui janitores, & cantores, & Levitas :

2. præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domûs de Jerusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur)

3. & dixi eis : Non aperiantur portæ Jerusalem usque ad calorem solis. Cúmque adhuc assisterent *b*, clausæ portæ sunt, & oppilatæ *c* : & posui custodes de habitatoribus Jerusalem, singulos per vices suas, & unumquemque contra domum suam.

4. Civitas autem erat lata nimis & grandis, & populus parvus in medio ejus, & non erant domus *d* ædificatæ.

II. 5. Deus autem dedit in corde meo *e*, & congregavi optimates, & magistratus, & vulgus, ut recenserem eos : & inveni librum censûs *f* eorum, qui ascenderant *g* primùm, & inventum est scriptum in eo.

6. *h* Isti filii provinciæ, qui ascenderunt de captivitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reversi sunt in Jerusalem, & in Judæam, unusquisque in civitatem suam.

7. Qui venerunt cum Zorobabel, Josue, Nehemias, Azarias *i*, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsam, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel :

8. Filii *k* Pharos, duo millia centum septuagintaduo :

9. Filii Saphatia, trecenti septuagintaduo :

10. Filii Area, sexcenti quinquagintaduo :

Eodem anno 3550. *Eccli.* 49. 15.
a Cujus dedicatio peragitur. *Inf.* 12. 27.
b i. præsentes essent.
c i. firmatæ.
d sc. multæ
e Suggessit mihi.
f i. consignationem, Hebr. genealogiam.
g sc. è captivitate in Jerusalem.
h *Vide* 1. *Esd.* 2. 1.
i Nota hæc descriptio quæ hîc refertur aliquantum variat ab illa 1. Esd. 2.
k i. incolæ.

11. Filii Phahathmoab filiorum Josue & Joab, duo millia octingenti decem & octo:

12. Filii Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor:

13. Filii Zethua, octingenti quadragintaquinque:

14. Filii Zachai, septingenti sexaginta:

15. Filii Bannui, sexcenti quadragintaocto:

16. Filii Bebai, sexcenti vigintiocto

17. Filii Azgad, duo millia trecenti vigintiduo:

18. Filii Adonicam, sexcenti sexagintaseptem:

19. Filii Beguai, duo millia sexagintaseptem:

20. Filii Adin, sexcenti quinquagintaquinque:

21. Filii Ater, filii Hezeciæ, nonagintaocto:

22. Filii Hasem, trecenti vigintiocto:

23. Filii Besai, trecenti vigintiquatuor:

24. Filii Hareph, centum duodecim:

25. Filii *l* Gabaon, nonagintaquinque:

l id est, incolæ, sic & in seq.

26. Filii Bethlehem, & Netupha, centum octogintaocto.

27. Viri Anathoth, centum vigintiocto

28. Viri Bethazmoth, quadragintaduo.

29. Viri Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres.

30. Viri Rama & Geba, sexcenti vigintiunus.

31. Viri Machmas, centum vigintiduo.

32. Viri Bethel & Hai, centum vigintitres.

33. Viri Nebo alterius, quinquagintaduo.

34. Viri Ælam alterius *m*, mille ducenti quinquagintaquatuor.

m q. d. alterius loci, v. 54.

35. Filii Harem, trecenti viginti.

36. Filii Jericho, trecenti quadragintaquinque.

37. Filii Lod Hadid & Ono, septingenti vigintiunus.

38. Filii Senaa, tria millia nongenti triginta.

11. Die Kinder Phahathmoab / von den Kindern Josue und Joab / zwey tausend / acht hundert und achtzehen.

12. Die Kinder Aelam / tausend / zwey hundert / vier und fünfftzig.

13. Die Kinder Zethua / acht hundert / fünff und viertzig.

14. Die Kinder Zachai / siben hundert / u. sechtzig.

15. Die Kinder Banui / sechs hundert / acht und viertzig.

16. Die Kinder Bebai / sechs hundert / acht und zwantzig.

17. Die Kinder Azgad / zwey tausend / drey hundert / zwey und zwantzig.

18. Die Kinder Adonicam / sechs hundert / siben und sechtzig.

19. Die Kinder Beguai / zwey tausend / siben und sechtzig.

20. Die Kinder Adin / sechs hundert / fünff und fünfftzig.

21. Die Kinder Ater / deß Sohns Hezeciä / acht und neuntzig.

22. Die Kinder Hasem / drey hundert / acht und zwantzig.

23. Die Kinder Besai / drey hundert / vier und zwantzig.

24. Die Kinder Hareph / hundert und zwölff.

25. Die Kinder Gabaon / fünff und neuntzig.

26. Die Kinder Bethlehem und Netupha / hundert / acht und achtzig.

27. Die Männer von Anathoth / hundert acht und zwantzig.

28. Die Männer von Bethazmoth / zwey und viertzig.

29. Die Männer von Cariathiarim / Cephira / und Beroth / siben hundert / drey und viertzig.

30. Die Männer von Rama / und Geba / sechs hundert / ein und zwantzig.

31. Die Männer von Machmas / hundert zwey und zwantzig.

32. Die Männer von Bethel und Hai / hundert drey und zwantzig.

33. Die Männer vom andern Nebo / zwey und fünfftzig.

34. Die Männer vom andern Aelam / tausend zwey hundert / vier und fünfftzig.

35. Die Kinder Harem / drey hundert u. zwantzig.

36. Die Kinder Jericho / drey hundert / fünff und viertzig.

37. Die Kinder Lod Hadid / und Ono / siben hundert / ein und zwantzig.

38. Die Kinder Senaa / drey tausend / neun hundert und dreyßig.

39. Die Priester: Die Kinder Idaia im Hauß Josue/ neun hundert/ drey und sibentzig.
40. Die Kinder Emmer/ tausend/ zwey und fünfftzig.
41. Die Kinder Phashur/ tausend/ zwey hundert/ siben und viertzig.
42. Die Kinder Arem/ tausend und sibenzehen. Die Leviten:
43. Die Kinder Josue/ und Cedmihel/ der Kinder
44. Oduia/ vier und sibentzig. Die Singer:
45. Die Kinder Asaph/ hundert/ acht und viertzig.
46. Die Thorhüter: Die Kinder Sellum/ die Kinder Ater/ die Kinder Telmon/ die Kinder Accub/ die Kinder Hatita/ die Kinder Sobai/ hundert/ acht und dreyssig.
47. Die Nathineer: Die Kinder Soha/ die Kinder Hasupha/ die Kinder Tebbaoth/
48. Die Kinder Ceros/ die Kinder Siaa/ die Kinder Phadon/ die Kinder Lebana/ die Kinder Hagaba/ die Kinder Selmai/
49. Die Kinder Hanan/ die Kinder Geddel/ die Kinder Gaher/
50. Die Kinder Raaia/ die Kinder Rasin/ die Kinder Necoda/
51. Die Kinder Gezem/ die Kinder Aza/ die Kinder Phasea/
52. Die Kinder Besai/ die Kinder Munim/ die Kinder Nephussim/
53. Die Kinder Bacbuc/ die Kinder Hacupha/ die Kinder Harhur/
54. Die Kinder Besloth/ die Kinder Mahida/ die Kinder Harsa/
55. Die Kinder Bercos/ die Kinder Sisara/ die Kinder Thema/
56. Die Kinder Nasia/ die Kinder Hatipha/
57. Die Kinder der Knechten Salomons/ die Kinder Sothai/ die Kinder Sophereth/ die Kinder Pharida/
58. Die Kinder Jahala/ die Kinder Darcon/ die Kinder Jeddel/
59. Die Kinder Saphatia/ die Kinder Hatil/ die Kinder Phochereth/ der von Sabaim/ dem Sohn Amon/ herkommen war.
60. Alle Nathineer/ und Kinder der Knechten Salomons/ waren drey hundert/ zwey und neuntzig.
61. Dise aber seynds/ welche hinauf zogen von Thelmela/ Thelharsa/ Cherub/ Addon/ und Emmer: und sie kunten das Hauß ihrer Vätter/ und ihren Saamen nit anzeigen/ ob sie von Israel wären.

39. Sacerdotes: Filii Idaia in domo Josue, nongenti septuagintatres:
40. Filii Emmer, mille quinquagintaduo:
41. Filii Phashur, mille ducenti quadragintaseptem:
42. Filii Arem, mille decem & septem. Levitæ:
43. Filii Josue & Cedmihel filiorum
44. Oduiæ, septuagintaquatuor. Cantores:
45. Filii Asaph, centum quadragintaocto.
46. Janitores: Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: centum trigintaocto.
47. Nathinæi: filii Soha, filii Hasupha, filii Tebbaoth,
48. filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Hagaba, filii Selmai,
49. filii Hanan, filii Geddel, filii Gaher,
50. filii Raaïa, filii Rasin, filii Necoda,
51. filii Gezem, filii Aza, filii Phasea,
52. filii Besai, filii Munim, filii Nephussim,
53. filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur,
54. filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa,
55. filii Bercos, filii Sisara, filii Thema,
56. filii Nasia, filii Hatipha,
57. filii servorum Salomonis *n*, filii Sothai, filii Sophereth, filii Pharida,
58. filii Jahala, filii Darcon, filii Jeddel.
59. filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim, filio Amon.
60. Omnes Nathinæi, & filii servorum Salomonis trecenti nonagintaduo.
61. Hi sunt autem, qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen *o* suum, utrum ex Israel essent.

n sic dicebantur quòd eis incumberet templum reficere.

o i. genus.

62. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quadragintaduo.

63. Et de sacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem: & vocatus est nomine eorum.

64. Hi quæsierunt scripturam suam in censu *p*, & non invenerunt: & ejecti sunt de sacerdotio.

65. Dixítque Athersatha *q* eis ut non manducarent de Sanctis sanctorum *r*, donec staret Sacerdos doctus & eruditus *s*.

66. Omnis multitudo quasi vir unus quadragintaduo millia trecenti sexaginta,

67. absq; servis & ancillis eorum qui erant septem millia trecenti trigintaseptẽ, & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque.

68. Equi eorum, septingenti trigintasex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque:

69. cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: asini, sex millia septingenti viginti.

Huc usque t refertur quid in commentario scriptum fuerit, exin Nehemiæ historia texitur.

III. 70. Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta.

71. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas.

72. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexagintaseptem.

73. Habitaverunt autem Sacerdotes, & Levitæ, & janitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Israel in civitatibus suis.

CAPUT VIII.

I. Esdras distinctè populo verba legis recitat, & contristatum populum Nehemias consolatur, 1.
II. Allatis frondibus celebrant festum tabernaculorum; legente singulis diebus Esdra in libro Legis. 13.

I. ET venerat mensis septimus *a*: filii autem Israel erant in civitatibus

p i. ubi recenentur genealogiæ.
q i. præfectus, sc. Zorobabel. *Vid. lib. 1. c. 2. v. 63.*
r id est sacerdotum cibis, qui erant sacrosancti.
s Hebr. in Urim & Thummim, sc. ea gestans in rationali.
t hæc verba, non sunt omittenda, quippe ab Interprete addita, ut bene monent Correctiones Romanæ.
a Anno M. 3550. Ant. Chr. 454.

62. Die Kinder Dalaia / die Kinder Tobia / die Kinder Necoda / sechs hundert / zwey und viertzig.

63. Und von den Priestern / die Kinder Habia / die Kinder Accos / die Kinder Berzellai / der von den Töchtern Berzellai deß Galaaditers ein Weib nam / und ward nach ihrem Namen genannt.

64. Dise suchten ihre Schrifft im Zahlregister / und funden sie nit: und wurden auß dem Priesterthum verstossen.

65. Und Athersatha sagte ihnen / daß sie vom Heiligen der Heiligen nit essen solten / biß ein Priester auffstunde / der gelehrt und wohl erfahren wäre.

66. Die gantze Meng war wie ein Mann / zwey und viertzig tausend / drey hundert und sechtzig.

67. Ohn ihre Knecht und Mägd deren siben tausend / drey hundert / siben und dreyssig waren / und unter denselben zwey hundert / fünff und viertzig Singer und Singerin.

68. Ihrer Pferd waren siben hundert sechs und dreyssig: ihrer Mauleseln zwey hundert / fünff und viertzig.

69. Ihrer Cameelthieren vier hundert / fünff und dreyssig: ihrer Eseln sechs tausend / siben hundert und zwantzig.

Bißher ist erzehlet / was in dem Zahlbuch geschriben gewesen / hinführo wird deß Nehemiä Histori fortgesetzt.

III. 70. Aber etliche von den Obersten der Geschlechten gaben zum Werck. Athersatha gab zum Schatz tausend guldene Groschen / fünfftzig Schalen / und fünff hundert / und dreyssig Priester-Röck.

71. Und etliche von den Obersten der Geschlechten gaben zum Schatz deß Wercks zwantzig tausend guldene Groschen / und zwey tausend und zwey hundert Pfund Silbers.

72. Und das übrige Volck gab zwantzig tausend guldene Groschen / und zwey tausend Pfund Silbers / und siben und sechtzig Priester-Röck.

73. Aber die Priester / und die Leviten / und die Thorhüter / und die Singer / und das übrig gemeine Volck / und die Nathineer / und gantz Israel wohneten in ihren Städten.

Das VIII. Capitel.

I. Am ersten Tag deß sibenden Monats Tisri / list Esdras u. legt auß vor dem gantzen Volck zu Jerusalem das Gesatz / 1.
II. Widerholet die Lesung deß Gesatzs täglich am Festtag der Lauberhüten / welches herrlich gehalten wird / 13.

I. UNd der sibende Monat war heran kommen: aber die Kinder Israel waren in ihren Städ-

Städten. Und alles Volck versammlete sich wie ein Mann zu der Gassen/ welche vor dem Wasserthor ist/ und sprachen zu Esdra dem Schrifftgelehrten / er solte das Buch deß Gesatzes Moysis holen / das der HERR dem Israel gebotten hat.

2. Also brachte Esdras der Priester das Gesatz vor die Gemein der Männer und Weiber / und vor alle/ die es verstehen kunten/ am ersten Tag deß sibenden Monats.

3. Und er laß öffentlich darinn auf der Gassen / die vor dem Wasserthor war /von Morgen an/biß auf den Mittag / in Gegenwart der Männer und Weiber/und der Verständigen: und die Ohren deß gantzen Volcks merckten auf das Buch.

4. Aber Esdras der Schrifftgelehrt stund auf einem höltzernen Gerüst / das er gemacht hatte / die Red darauf zu thun : und es stunden neben ihm Mathathias / und Semeia / und Ania/ und Uria / und Helcia / und Maasia auf seiner rechten Seiten : und auf der lincken Seiten Phadaia / Misael/ und Melchia/ und Hasum/ und Hasbadana / Zacharia / und Mosollam.

5. Und Esdras thäte das Buch auf vor dem gantzen Volck: dan er stund hoch über alles Volck: und da ers aufgethan hatte/stund das gantze Volck still.

6. Und Esdras lobete den HErrn den grossen GOtt: und alles Volck antwortete / Amen / Amen: und sie huben ihre Händ auf/ und neigeten sich / und betteten GOtt an / und fielen auf ihr Angesicht zur Erden.

7. Und Josue / und Bani / und Serebia / Jamin / Accub/ Septhai / Odia / Maasia/ Celita/Azarias / Jozabed / Hanan / Phalaia / die Leviten / machten / daß es unter dem Volck still war / das Gesatz zu hören : aber das Volck stund an seinem Ort.

8. Und sie lasen im Buch deß Gesatzes GOttes deutlich und überlaut / daß mans verstehen kunte / und sie verstundens wohl / da es gelesen ward.

9. Aber Nehemias (diser ist Athersatha) und Esdras der Priester / und Schrifftgelehrt/ und die Leviten, die es dem gantzen Volck außlegten / sprachen: diser Tag ist dem HErrn unserm GOtt geheiliget / seyd nit traurig / und weinet nit. Dan alles Volck weinete / da es die Wort deß Gesatzes hörete.

10. Und er sprach zu ihnen : Gehet hin / esset feiste Speiß, und trincket süssen Wein/ und sendet denen auch ein Theil / die für sich nichts bereitet haben / dan der Tag ist dem HErrn heilig / darumb

suis *b*. Congregatusque est omnis populus quasi vir unus ad plateam, quæ est ante portam aquarum : & dixerunt Esdræ scribæ ut afferret librum legis Moysi *c*, quam præceperat Dominus Israeli.

2. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi.

3. Et legit in eo apertè *d* in platea quæ erat ante portam aquarum, de manè usq; ad mediam diem, in conspectu virorum & mulierum, & sapientium : & aures omnis populi erant erectæ ad Librum.

4. Stetit autem Esdras scriba super gradum *e* ligneum, quem fecerat ad loquendum : & steterunt juxta eum, Mathathias, & Semeia, & Ania, & Uria, & Helcia, & Maasia, ad dexteram ejus : & ad sinistram, Phadaia, Misaël, & Melchia, & Hasum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollam.

5. Et aperuit Esdras librum coram omni populo : super universum quippe populum eminebat : & cùm aperuisset eum, stetit omnis populus.

6. Et benedixit Esdras Domino Deo magno : & respondit omnis populus: Amen, Amen : elevans manus suas, & incurvati sunt, & adoraverunt Deum proni in terram.

7. Porro Josue, & Bani, & Serebia, Jamin, Accub, Septhai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Jozabed, Hanan, Phalaia, Levitæ, silentium faciebant in populo ad audiendam legem : populus autem stabat in gradu suo.

8. Et legerunt in Libro legis Dei distinctè, & apertè *f* ad intelligendum : & intellexerunt cùm legeretur.

9. Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha *g*) & Esdras sacerdos & scriba & Levitæ interpretantes *h* universo populo : Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus cùm audiret verba legis.

10. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his qui non præparaverunt sibi: quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari:

b FER. 4. QUAT. TEMP. SEPT.

c Pentateuchum & præcipuè Deuteronomium.

d Lingua vulgari Syriaca extû Hebraicum interpretando.

e sc. suggestum.

f sc. scripta Hebraicè.

g i. ipse erat tum Athersatha, sive præfectus. *Vid. sup. cap. 7. v. 65.*

h sc. Syriacè seu Chaldaicè.

i id est si gaudebimus in Domino, Deus nos nova fortitudine, ope & benedictione impertiet.

tari: gaudium etenim Domini *i* est fortitudo nostra.

11. Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere.

12. Abiit itaque omnis populus ut comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba, quæ docuerat eos.

II. 13. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, Sacerdotes & Levitæ ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba Legis.

14. Et invenerunt scriptum in Lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israel in tabernaculis, in die solemni, mense septimo:

15. & ut prædicent, & divulgent vocem in universis urbibus suis, & in Jerusalem, dicentes: Egredimini in montem, & afferte frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi *k*, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemorosi, ut fiant tabernacula, sicut scriptum est.

k i. omne genus frondium, seu ramorum præstantiū seligite & afferte.

16. Et egressus est populus, & attulerunt. Feceruntque sibi tabernacula unusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domûs Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim *l*.

l nam poterant tabernacula ubique figi, dummodo sub dio.

17. Fecit ergo universa Ecclesia eorum qui redierant de captivitate, *m* tabernacula, & habitaverunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Josue filii Nun taliter filii Israel usque ad diem illum. Et fuit lætitia magna nimis.

m Lev. 23. 39.

18. Legit autem in Libro legis Dei per dies singulos, à die primo usque ad diem novissimum: & fecerunt solemnitatem septem diebus, & in die octavo collectam juxta ritum.

CAPUT IX.

I. Populus in jejunio & saccis pœnitens separat se ab alienigenis; 1.

II. Levitæ confitentur Dei beneficia & populi scelera, 4.

III. Pro populo orant, ac fœdus cum Domino feriunt. 32.

Eodem anno 3551.

I. 1. IN die autem vigesimoquarto mensis hujus convenerunt filii If-

seyd nit betrübt: dan die Freud im HErrn ist unsere Stärck.

11. Aber die Leviten machten das gantze Volck still/ und sprachen: Schweiget/ dan der Tag ist heilig/ und betrübet euch nit.

12. Also gieng alles Volck hin zu essen/ und zu trincken/ und Theil außzuschicken/ und grosse Freud anzurichten: dan sie hatten die Wort verstanden/ so er sie gelehret hatte.

II. 13. Und deß andern Tags kamen die Oberste der Geschlechten unterm gantzen Volck zusammen/ auch die Priester und Leviten zu Esdra dem Schrifftgelehrten/ daß er ihnen die Wort deß Gesatzes außlegen solte.

14. Und sie funden geschriben im Gesatz/ daß der HErr befohlen hab durch die Hand Moysis/ daß die Kinder Israel auf den Festtag im sibenden Monat in Hütten wohnen solten.

15. Und daß sie es außruffen solten/ und überall unter dem Volck verkündigen in allen ihren Städten/ und zu Jerusalem/ und sagten: Gehet hinauß auf den Berg/ und holet Zweig von Oelbäumen/ und Zweig von den schönesten Bäumen/ und grüne Mürrenzweig/ und Palmenzweig/ und Zweig von laubreichen Bäumen/ daß man Hütten mache/ wie geschriben stehet.

16. Und das Volck gieng hinauß/ und sie holetens und machten ihnen Hütten/ ein jeglicher oben auf seinem Hauß/ und in ihren Vorhäusern/ und in den Vorhöfen deß Hauß GOttes/ und auf der Gassen am Wasserthor/ und auf der Gassen am Thor Ephraim.

17. Und die gantze Gemein der jenigen/ welche auß der Gefängnuß widerum kommen waren/ machten Hütten/ und wohneten in Hütten: dan die Kinder Israel hatten von den Tagen Josue deß Sohns Nun deßgleichen nit gethan biß auf disen Tag. Und es war eine überauß grosse Freud.

18. Er laß aber im Buch deß Gesatzes GOttes alle Tag/ vom ersten Tag an/ biß zum letzten Tag. Und sie hielten Fest siben Tag lang/ und am achten Tag machten sie eine Versammlung nach dem Gebrauch.

Das IX. Capitel.

I. Das Volck söndert sich abermal ab von den Frembden/ 1.

II. Die Leviten bekennen die Wolthaten GOttes/ und die Sünd deß Volcks/ 4.

III. Bitten um Gnad/ und erneuern den Bund mit GOtt/ 32.

I. 1. ABer am vier und zwantzigsten Tag dises Monats/ kamen die Kinder Israel zusammen mit

mit Fasten/ und mit Säcken/ und mit Erden auf ihnen.

2. Und der Saamen der Kinder Israel ward abgesöndert von allen frembden Kindern: und sie stunden/ und bekanten ihre Sünd/ und die Missethat ihrer Vätter.

3. Und sie stunden auf zu stehen: und lasen im Buch deß Gesatzes deß HErrn ihres GOttes viermal im Tag u. thäten auch viermal ihr Bekantnus/ und bettet n an den HErrn ihren GOtt.

II. 4. Es traten aber hinauf zu dem Ort/ da die Leviten stunden/ Josue und Bani/ und Cedmihel/ Sabania/ Bonni/ Sarebias/ Bani/ und Chanani: und rieffen mit grosser Stimm zum HErrn ihrem GOtt.

5. Und die Leviten/ Josue/ und Cedmihel/ Bonni/ Hasebnia/ Serebia/ Odaia/ Sebnia/ Phathahia/ sprachen: Stehet auf/ lobet den HErrn euren GOtt/ von Ewigkeit biß in Ewigkeit: und man preise den hohen Namen deiner Herrligkeit/ mit allem Seegen und Lob.

6. Du/ O HErr selbst allein/ du hast den Himmel/ und den Himmel aller Himmel und alle ihre Heerschaaren gemacht: die Erd/ und alles/ was darin ist: die Meer/ und alles/ was darin ist: und du machest diß alles lebendig/ und das Heer deß Himmels bettet dich an.

7. Du bist derselbig/ O HErr GOtt/ der du den Abram außerwählt hast/ und ihn auß dem Feuer der Chaldeer geführet/ und ihm den Namen Abraham gegeben.

8. Du hast sein Hertz treu vor dir gefunden: und hast einen Bund mit ihm gemacht/ das Land der Chananiter/ und Hethiter/ und Amorrhiter/ und Pherezitet/ und Jebusiter/ und Gergesiter/ ihm und seinem Saamen zu geben: und hast dein Wort erfüllet/ dan du bist gerecht.

9. Und hast das Elend unserer Vätter in Egypten angesehen: und ihr Geschrey erhöret am rothen Meer.

10. Du hast auch Zeichen und Wunder gethan an dem Pharao und an allen seinen Knechten/ und an allem Volck in seinem Land. Dan du hast wohl gewust/ daß sie stoltz wider sie gehandelt hatten: und hast dir einen Namen gemacht/ wie es auf den heutigen Tag ist.

11. Du hast das Meer vor ihnen von einander getheilet/ und sie seynd auf truckenem Grund mitten durch das Meer hindurch gangen. Aber ihre Verfolger hast du in die Tieff geworffen/ wie einen Stein in mächtige Wasser.

rael in jejunio & in saccis, & humus super eos *a*.

2. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena: & steterunt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum.

3. Et consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater confitebantur *b*, & adorabant Dominum Deum suum.

II. 4. Surrexerunt autem super gradum Levitarum Josue, & Bani, & Cedmihel, Sabenia, Bonni, Sarebias, Bani: & Chanani: & clamaverunt voce magnâ ad Dominum Deum suum.

5. Et dixerunt Levitæ Josue, & Cedmihel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, benedicite Domino Deo vestro ab æterno usque in æternum *c*: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude.

6. Tu ipse Domine, solus, tu fecisti cælum, & cælum cælorum *d*, & omnem exercitum eorum: terram, & universa quæ in ea sunt: maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu vivificas *e* omnia hæc, & exercitus *f* cæli te adorat.

7. Tu ipse, Domine Deus, qui elegisti Abram, & *g* eduxisti eum de igne *h* Chaldæorum, & posuisti nomen ejus Abraham.

8. Et invenisti cor ejus fidele coram te: & percussisti cum eo fœdus, ut dares ei Terram Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Jebusæi, & Gergesæi, ut dares semini ejus: & implesti verba tua, quoniam justus es.

9. Et vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto: clamorémque eorum audisti super Mare rubrum.

10. Et dedisti signa atque portenta in Pharaone, & in universis servis ejus, & in omni populo terræ illius: cognovisti enim quia superbè egerant contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die.

11. Et mare divisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco: persecutores autem eorum projecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas.

a sc. pulvere caput consperserant, in signum publicæ pœnitentiæ.

b Deo laudem justitiæ & populi peccata.

c sc. existenti.

d maximum & nobilissimum, sc. empyreum.

e id est, conservas.

f sc. Angelorum.

g Gen. 11. 31.

h Ur civitate, quæ Etymologicè ignem significat.

12. Et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis via, per quam ingrediebantur *i*.

i pro, ingrederentur.

13. Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cælo, & dedisti eis judicia recta, & legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona:

14. & sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis, & mandata, & ceremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi servi tui.

15. Panem quoque de cælo dedisti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxisti eis sitientibus, & dixisti eis ut ingrederentur & possiderent terram super quam levasti *k* manum tuam, ut traderes eis.

k sc. more jurantium.

16. Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt, & induraverunt cervices suas, & non audierunt mandata tua.

17. Et noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et induraverunt cervices suas, & dederunt caput *l* ut converterentur ad servitutem suam *m*, quasi per contentionem *n*. Tu autem Deus propitius, clemens & misericors, longanimis & multæ miserationis, non dereliquisti eos,

l i. ducem elegerunt. *m* sc. Ægyptiacam. *n* Hebr. per contumaciam.

18. & quidem cùm fecissent sibi vitulum conflatilem, & dixissent: Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto: fecerúntque blasphemias magnas,

19. Tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto: columna nubis non recessit ab eis per diem ut duceret eos in viam, & columna ignis per noctem ut ostenderet eis iter per quod ingrederentur.

20. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, & aquam dedisti eis in siti.

21. Quadraginta annis pavisti eos in deserto nihílque eis defuit: vestimenta eorum non inveteraverunt, & pedes *o* eorum non sunt attriti *p*.

o 70. calcei. *p* 70. rupti.

22. Et dedisti eis regna, & populos, & partitus es eis sortes: & possederunt terrã Sehon, & terram regis Hesebon, & terram Og regis Basan.

23. Et multiplicasti filios eorum sicut

12. Und du bist ihr Führer gewesen / bey Tag in einer Wolcken Saul / und in einer Feuersaul bey der Nacht / auf daß ihnen der Weeg offenbar wäre / darauf sie herein zogen.

13. Du bist auch auf den Berg Sinai herab kommen / und hast mit ihnen vom Himmel geredet / hast ihnen auch aufrichtige Recht / und das Gesatz der Warheit / Ceremonien / u. gute Gebott gegeben.

14. Und du hast ihnen deinen geheiligten Sabbat kund gethan / und deine Gebott / und Bräuch / und hast ihnen das Gesatz durch die Hand Moysis deines Knechts befohlen.

15. Du hast ihnen auch Brod vom Himmel gegeben in ihrem Hunger / und ihnen Wasser auß dem Felsen hervor gebracht / da sie durstig waren / und hast ihnen gesagt / sie solten hinein gehen / und das Land in Besitz nehmen / darüber du deine Hand hast aufgehoben ihnen dasselbig zu geben.

16. Aber sie und unsere Vätter haben übermütig gehandelt / und haben ihre Nacken verhärtet / und deine Gebott nit gehöret.

17. Und sie wolten nit hören / und gedachten nit an deine Wunderthaten / die du bey ihnen gethan hattest. Und sie verhärteten ihre Nacken / und gaben das Haubt gleichsam mit Zanck / sich widerumb zu ihrer Dienstbarkeit zu wenden. Du aber O GOtt / der du gnädig bist / und gütig / und barmhertzig / und langmüthig / und von grosser Erbarmung / hast sie gleichwohl nit verlassen.

18. Und zwar / als sie ihnen ein gegossenes Kalb gemacht / und gesagt hatten: das ist dein GOtt / der dich auß Egypten geführet hat: und sie begiengen grosse Gotteslästerung.

19. Du aber verliessest sie dannoch nit in der Wüst / nach deinen grossen Erbarmungen: die Wolckensaul wiche von ihnen durch den Tag nit ab / sie auf den Ban zu führen, noch die Feuersaul durch die Nacht / ihnen den Weeg zu zeigen / darauf sie wandlen solten.

20. Und du gabest deinen guten Geist / der sie lehren solte / und nahmest dein Himmel-Brod nit von ihrem Mund / und gabest ihnen Wasser im Durst.

21. Viertzig Jahr lang hast du sie in der Wüst ernehret / und es hat ihnen nichts gemangelt: ihre Kleyder wurden nit alt / und ihre Füß bliben unversehret.

22. U. du hast ihnen Königreich und Völcker gegeben / u. hast ihnen ihr Loß außgetheilt: u. sie namen das Land Sehon ein / und das Land deß Königs zu Hesebon / u. das Land Og deß Königs zu Basan.

23. Und ihre Kinder hast du vermehret / wie die

Stern deß Himmels / und hast sie in das Land geführet / davon du ihren Vättern gesagt hattest / daß sie hinein kommen solten / u. dasselbig besitzen.

24. Und die Kinder seynd kommen / und haben das Land zum Besitz eingenommen / und du hast vor ihnen die Innwohner deß Lands / die Chananiter gedemütiget / und sie in ihre Hand übergeben / samt ihren Königen / und dem Volck im Land / daß sie mit ihnen thäten nach ihrem Wolgefallen.

25. Also haben sie veste Städt erobert / und ein fruchtbares Land / und Häuser zum Besitz eingenommen / die aller Güter voll waren: Brunnen / die andere gemacht hatten / und Weinberg / und Oel Gärten / und vil fruchtbare Bäum: und sie assen und wurden satt / und fett / und lebeten in Wollust zum Uberfluß / in deiner grossen Güte.

26. Aber da reitzten sie dich zum Zorn / und wichen von dir ab / und wurffen dein Gesatz hinter sich zuruck / und erwürgeten deine Propheten / welche sie bezeugeten / daß sie zu dir widerkehren solten: und begiengen grosse Gotteslästerungen.

27. Und du gabest sie in die Hand ihrer Feinden / so sie plagten. Und sie rieffen zu dir in Zeit ihrer Noth / und du erhörtest sie vom Himmel / und nach deiner vilfältigen Erbarmung gabest du ihnen Erlöser / welche sie von der Hand ihrer Feinden erretten solten.

28. Und wan sie zu Ruh kamen / kehreten sie wider um Böses zu thun vor deinem Angesicht: alsdan verliessest du sie in der Hand ihrer Feinden / so über sie herrscheten. Und sie bekehreten sich / und rieffen zu dir: du aber hast sie erhöret vom Himmel / und errettet nach deinen Erbarmungen zu vilen Zeiten.

29. Und du hast sie bezeuget / daß sie zu deinem Gesatz widerkehren solten. Aber sie handelten übermütig / und hörten deine Gebott nit / und versündigten sich an deinen Rechten / darinn ein Mensch / wer sie thut leben wird / u. sie wandten ihre Schultern hinweg / und verhärteten ihren Nacken / und höreten nit.

30. Und du verzohest vil Jahr lang über sie / und bezeugetest sie durch deinen Geist / durch die Hand deiner Propheten: und sie höretens nit: und du übergabest sie in die Hand der Völcker in den Landen.

31. Aber nach deinen vilfältigen Erbarmungen hast du sie nit übergeben zuvertilgen / und hast sie auch nit verlassen. Dan du bist ein GOtt der Erbarmung / und bist gütig.

stellas cæli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum ut ingrederentur & possiderent.

24. Et venerunt filii, & possederunt terram, & humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dedisti eos in manu eorum, & reges eorum & populos terræ, ut facerent eis sicut placebat illis.

25. Ceperunt itaque urbes munitas, & humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis; cisternas ab aliis fabricatas, vineas, & oliveta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundaverunt deliciis in bonitate *q* tua magna.

26. Provocaverunt autem te ad iracundiam, & recesserunt à te, & projecerunt legem tuam post terga sua: & prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur eos ut reverterentur ad te: fecerúntq; blasphemias *r* grandes.

27. Et dedisti eos in manu hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, & tu de cælo audisti, & secundùm miserationes tuas multas dedisti eis salvatores, qui salvarent eos de manu hostium suorum.

28. Cumq; requievissent, reversi sunt ut facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conversíq; sunt, & clamaverunt ad te: tu autem de cælo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus.

29. Et contestatus es eos ut reverterentur ad Legem tuam. Ipsi verò superbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo & vivet in eis: & dederunt humerum recedentem *s*, & cervicem suam induraverunt, nec audierunt.

30. Et protraxisti *t* super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manu populorum terrarum.

31. In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos: quoniam Deus miserationum, & clemens es tu.

q i. beneficentia.

r 70. irritationes.

s sc. ne onus subirent.

t i. patientiam.

III. 32. Nunc itaque Deus noster magne, fortis, & terribilis, custodiens pactum & misericordiam, ne avertas à facie tua omnem laborem, qui invenit nos, reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum à diebus regis Assur *u* usque in diem hanc.

u sc. qui decem tribus abduxit

33. Et tu justus es in omnibus, quæ venerunt super nos: quia veritatem fecisti *x*, nos autem impie egimus.

x præstando promissa.

34. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua, quæ testificatus es *y* in eis.

y i. testificando præcepisti.

35. Et ipsi in regnis suis, & in bonitate tua multa, quam dederas eis, & in terra latissima & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non servierunt tibi, nec reversi sunt à studiis suis pessimis.

36. Ecce nos ipsi hodie servi sumus; & terra, quam dedisti patribus nostris ut comederent panem *z* ejus, & quæ bona sunt ejus: & nos ipsi servi sumus in ea.

z Hebr. fructum.

37. Et fruges ejus multiplicantur regibus *a*, quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & jumentis nostris secundùm voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus.

a i. in regũ utilitatem.

38. Super omnibus ergo his *b* nos ipsi percutimus fœdus *c*, & scribimus, & signant principes nostri, Levitæ nostri, & Sacerdotes nostri.

b i. propter hæc omnia. *c* sc. fidelitatis.

Caput X.

I. *Recensentur qui fœdus initum signarunt*, 1.

II. *Quo pollicentur se servaturos Dei præcepta, maxime de vitandis alienigenis*. 29.

1. Signatores autem fuerunt *a*, Nehemias, Athersatha *b* filius Hachelai, & Sedecias,

a Eodem ann. 3551. *b* Chald. præfectus.

2. Saraias, Azarias, & Jeremias,
3. Pheshur, Amarias, Melchias,
4. Hattus, Sebenia, Melluch,
5. Harem, Merimuth, Obdias,
6. Daniel, Genthon, Baruch,
7. Mosollam, Abia, Miamin,
8. Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes.

III. 32. Und nun unser GOtt / der du groß / starck / und schröcklich bist / und haltest den Bund und Barmhertzigkeit / wende von deinem Angesicht nit ab all die Müh / die uns getroffen hat / unsere König und unsere Fürsten / und unsere Priester / und unsere Propheten / und unsere Vätter / und all dein Volck / von den Tagen deß Königs von Assyrien biß auf disen Tag.

33. Und du bist gerecht in allem / was über uns ist kommen: dan du hast Warheit gethan: wir aber haben gottloß gehandlet.

34. Unsere König / unsere Fürsten / unsere Priester / und unsere Vätter haben dein Gesatz nit gehalten / und haben nit acht geben auf deine Gebott / und auf deine Zeugnussen / die du unter ihnen bezeuget hast.

35. Und sie haben in ihren Königreichen / und in deiner vilfältigen Gutheit / die du ihnen erzeiget / und in dem sehr weiten und fruchtbaren Land / so du ihnen vor ihrem Angesicht gegeben hattest / dir nit gedienet / seynd auch nit widergekehret von ihrem sehr bösen Fürnehmen.

36. Sihe / wir selbst seynd heutiges Tags Knecht: und in dem Land / das du unsern Vättern gegeben hast / sein Brod / und was guts darinnen ist zu essen / darin seynd wir selbst auch Knecht.

37. Und seine Frücht mehren sich für die König / welche du umb unsere Sünd willen über uns gesetzt hast / und sie herrschen über unsere Leiber / und über unser Vieh / nach ihrem Wolgefallen / und wir seynd in grosser Betrangnuß.

38. Nun über disem allem richten wir selbst einen Bund auf / und wir schreiben und unsere Fürsten / und unsere Leviten und unsere Priester sollens versiglen.

Das X. Capitel.

I. Namen deren / so den erneuerten Bund versiglet haben / 1.

II. Zu welchen Dingen sie sich durch disen Bund verpflichtet haben / 29.

1. Es waren aber die Versigler: Nehemias / Athersatha / der Sohn Hachelai und Sedecias:
2. Saraias / Azarias / Jeremias:
3. Pheshur / Amarias / Melchias /
4. Hattus / Sebenia / Melluch /
5. Harem / Merimuth / Obdias /
6. Daniel / Genthon / Baruch /
7. Mosollam / Abia / Miamin /
8. Maazia / Belgai / Semeia: dise waren Priester.

9. Aber die Leviten waren/ Josue / der Sohn Azania/ Bennui v' den Kindern Henadad/ Cedmihel/

10. Und ihre Brüder/ Sebenia/ Odaia / Celita/ Phalaia/ Hanan.

11. Micha/ Rohob/ Hasebia/

12. Zachur/ Serebia / Sabania /

13. Odaia / Bani / Baninu.

14. Die Häubter deß Volcks / Pharos / Phahathmoab / Aelam/ Zethu/ Bani/

15. Bonni/ Azgad / Bebai/

16. Adonia/ Begoai/ Adin/

17. Ater/ Hezecia / Azur /

18. Odaia/ Hasum/ Besai/

19. Hareph/ Anathoth / Nebai /

20. Megphias/ Mosollam / Hazir/

21. Mesizabel/ Sadoc/ Jeddua/

22. Pheltia / Hanan / Anaia /

23. Osee / Hanania/ Hasub/

24. Alohes/ Phalea / Sobec/

25. Rehum/ Hasebna/ Maasia/

26. Echaia / Hanan/ Anan/

27. Melluch/ Haran/ Baana/

28. Und die übrige vom Volck Priester/ Leviten/ Thorhüter/ und Singer / Nathineer/ und alle/ die sich von den Völckern in den Landen zum Gesatz GOttes abgesöndert haben / ihre Weiber / ihre Söhn / und ihre Töchter.

II. 29. Und alle / die es kunten unterscheiden/ gelobten für ihre Brüder / die Vornehmste unter ihnen/ welche kamen / daß sie gelobten / und sich mit Eydspflicht verbündten/ im Gesatz GOttes zu wandlen/ das er durch die Hand Moysi deß Knechts GOttes gegeben hat/ und zu thun/ und zu halten alle Gebott deß HErrn unsers GOttes/ und seine Recht/ und seine Ceremonien

30. Und unsere Töchter dem Volck im Land nit zugeben / noch ihre Töchter für unsere Söhn zunehmen.

31. Wan auch die Völcker im Land/ die etwas feil herein bringen/ allerhand Nothdurfft zutragen am Sabbat zuverkauffen/ so wollen wirs von ihnen am Sabbat/ und am geheiligten Tag nit annehmen. Wir wollen auch das sibende Jahr frey lassen/ und allerhand Beschwernuß.

32. Und wir wollen Gebott auf uns legen / alle Jahr ein Drittheil vom Sickel zum Dienst deß Hauß unsers GOttes zugeben.

33. Zum Schaubrod und zum ewigen Opffer / und zum ewigen Brand-Opffer auf die Sabbat / auf die Neumonat / auf die hohe Festtäg / und auf die heilige Täg / auch für die Sünd / damit für Israel gebetten werde / und zu aller Nothdurfft deß Hauß unsers GOttes.

9. Porrò Levitæ, Josue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmihel,

10. & fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,

11. Micha, Rohob, Hasebia,

12. Zachur, Serebia, Sabania,

13. Odaia, Bani, Baninu.

14. Capita populi, Pharos, Phahathmoab, Aelam, Zethu, Bani,

15. Bonni, Azgad, Bebai,

16. Adonia, Begoai, Adin,

17. Ater, Hezecia, Azur,

18. Odaia, Hasum, Besai,

19. Hareph, Anathoth, Nebai,

20. Megphias, Mosollam, Hazir,

21. Mesizabel, Sadoc, Jeddua,

22. Pheltia, Hanan, Anaia,

23. Osee, Hanania, Hasub,

24. Alohes, Phalea, Sobec,

25. Rehum, Hasebna, Maasia,

26. Echaia, Hanan, Anan,

27. Melluch, Haran, Baana:

28. & reliqui de populo, Sacerdotes, Levitæ, janitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separaverunt *c* de populis terrarum ad legem Dei, uxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum.

II. 29. omnes qui poterant *d* sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & jurandum ut ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei, ut facerent & custodirent universa mandata Domini Dei nostri, & judicia ejus & ceremonias ejus,

30. & ut non daremus filias nostras populo terræ *e*, & filias eorum non acciperemus filiis nostris.

31. Populi quoque terræ, qui important venalia, & omnia ad usum, per diem sabbati, ut vendant, non accipiemus ab eis in sabbato & in die sanctificato. Et dimittemus annum septimum *f*, & exactionem *g* universæ manûs.

32. Et statuemus super nos præcepta ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus domûs Dei nostri,

33. ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustū sempiternum in sabbatis, in calendis, in solemnitatibus, & in sanctificatis *h*, & pro peccato ut exoretur pro Israel, & in omnem usum domûs Dei nostri.

c sc. proselyti.

d sc. constituti in tali ætate.

e sc. infidelibus.

f id est, non colemus agros eo anno, sed sponte nata pauperibus permittemus.

g i e. Remittemus omnia debita quæ per syngraphas manu-signatas nobis debentur, ut obtemperemus legi tuæ. Exod. 23.

h sc. aliis festis.

34. Sortes ergo misimus super oblationem lignorum, inter Sacerdotes, & Levitas, & populum, ut inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus an-
i i. annuatim. ni usq; ad annum *i*: ut arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi:

35. & ut afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiva universi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo Domini.

36. Et primitiva filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege, & primitiva boum nostrorum, & ovium nostrarum, ut offerrentur in domo Dei nostri, Sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri:

37. & primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque & olei afferemus Sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex om-
k i. fructuum ex operibus. nibus civitatibus operum *k* nostrorum.

38. Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum, & Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophila-
l curam domus Dei & eorum quæ ad cultum divinum & ministrorum alimenta spectant cium in domum thesauri:

39. Ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel, & filii Levi, primitias frumenti, vini, & olei: & ibi erunt vasa sanctificata, & Sacerdotes, & cantores, & janitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri *l*.

CAPUT XI.

1. Recensentur Incolæ Jerusalem 11. & civitatum Juda post instaurationem. 20

a tunc & deinceps

1. HAbitaverunt *a* autem principes populi in Jerusalem: reliqua verò plebs misit sortem, ut tollerent unam partem de decem, qui habitaturi essent in Jerusalem civitate sancta, novem verò partes in civitatibus.

2. Benedixit autẽ populus omnibus viris qui se sponte obtulerant ut habitarent in Jerusalem.

3. Hi sunt itaque principes provinciæ qui habitaverunt in Jerusalẽ, & in civitatibus Juda. Habitavit autem unusquisque

34. Also wurffen wir das Loß um das Opffer deß Holtzes/ unter den Priestern / und den Leviten/ und dem Volck / daß es in das Hauß unsers GOttes gebracht wurde / nach den Häusern unser Vätter / durch die Zeit / auß einem Jahr ins ander/ zu brennen auf dem Altar deß HErrn unsers GOttes / wie im Gesatz Moysis geschriben stehet:

35. Wir wollen auch die Erstgeburt unsers Lands/ und die Erstling aller Früchten von allen Bäumen / auß einem Jahr ins ander / in das Hauß deß HErrn bringen.

36. Zu dem wollen wir die Erstling unserer Söhnen/ und unsers Viehs/ wie geschriben ist im Gesatz/ und die Erstling unserer Rindern/ und unserer Schaafen/ damit sie im Hauß unsers GOttes geopffert werden/ den Priestern bringen/ welche in dem Hauß unsers GOttes dienen.

37. Auch die Erstling unserer Speisen / und unserer Tranckopffer / und alle Bäum-Frücht / und Wein und Oel / wollen wir den Priestern bringen zum Schatz-Hauß unsers GOTTes / und den Zehenden unsers Lands den Leviten: daß die Leviten den Zehenden empfahen aus allen Städten unserer Arbeit.

38. Es sol aber der Priester/ der Sohn Aarons/ mit den Leviten im Zehenden der Leviten seyn / und die Leviten sollen den Zehenden ihres Zehenden im Hauß/ unsers GOttes zu der Schatzkammer im Hauß/ da der Schatz ist/ einbringen.

39. Dan die Kinder Israel/ und die Kinder Levi sollen die Erstling der Früchten / deß Weins und Oels zum Schatzhauß tragen: u. daselbst sollen die heilige Geschirr seyn/ und die Priester und die Singer/ und die Thorhüter / und die Diener: und wir wollen das Hauß unsers GOttes nit verlassen.

Das XI. Capitel.

I. Register deren / so nach außgeführtem Bau der Mauren in Jerusalem II. und in den Städten Juda gewohnt haben / 20.

1. ABer die Oberste deß Volcks wohneten zu Jerusalem: das ander Volck aber warff das Loß/ daß man von zehen Theilen ein Theil nehme/ die zu Jerusalem in der heiligen Stadt solten wohnen / die neun Theil aber in den Städten.

2. Und das Volck seegnete alle die Männer / die sich freywillig erbotten/ zu Jerusalem zu wohnen.

3. Diß seynd aber die Oberste von der Landschafft/ welche zu Jerusalem / und in den Städten Juda wohneten. Es wohnete aber ein jeglicher in sei-

seinem Erbtheil/ in seiner Stadt/ Israel/ die Priester/ die Leviten/ die Nathineer/ und die Kinder der Knechten Salomons.

4. Und zu Jerusalem wohneten etliche von den Kindern Juda/ und etliche von den Kindern Benjamin: von den Kindern Juda/ Athaias/ der Sohn Aziam/ deß Sohns Zacharia/ deß Sohns Amaria/ deß Sohns Saphatia/ deß Sohns Malaleel: von den Kindern Phares/

5. Maasia/ der Sohn Baruch/ der Sohn Cholhoza/ der Sohn Hazia/ der Sohn Adaia/ der Sohn Jojarib/ der Sohn Zacharia/ der Sohn Silonitis.

6. Dise alle waren Kinder Phares/ die zu Jerusalem wohneten/ vier hundert acht und sechtzig tapffere Männer.

7. Diß seynd aber die Kinder Benjamin: Sellum/ der Sohn Mosollam/ der Sohn Joed/ der Sohn Phadaia/ der Sohn Colaia/ der Sohn Masia/ der Sohn Etheel/ der Sohn Isaia/

8. Und nach ihm Gebbai/ Sellai/ neun hundert acht und zwantzig/

9. Und Joel/ der Sohn Zechri war ihr Vorsteher/ und Judas/ der Sohn Senua/ war der ander über die Stadt.

10. Und von den Priestern/ Idaia/ der Sohn Joarib/ Jachin/

11. Saraia/ der Sohn Helcia/ der Sohn Mosollam/ der Sohn Sadoc/ der Sohn Merajoth/ der Sohn Achitob/ der Fürst im Hauß GOttes.

12. Und ihre Brüder/ die das Werck im Tempel thäten/ acht hundert zwey und zwantzig. Und Adaia/ der Sohn Jeroham/ der Sohn Phelelia/ der Sohn Amsi/ der Sohn Zacharia/ der Sohn Pheshur/ der Sohn Melchia/

13. Und seine Brüder/ die Oberste unter den Vättern/ zwey hundert/ zwey und viertzig. Und Amassai/ der Sohn Azreel/ der Sohn Ahazi/ der Sohn Mosollamoth/ der Sohn Emmer/

14. Und ihre Brüder sehr mächtige Leut: hundert acht und zwantzig/ und ihr Vorsteher war Zabdiel ein Sohn der Mächtigen.

15. Und von den Leviten/ Semeia/ der Sohn Hasub/ der Sohn Azaricam/ der Sohn Hasabia/ der Sohn Boni/

16. Und Sabathai und Jozabed von den Obersten der Leviten/ die waren über alle außwendige Geschäfft im Hauß GOttes.

17. Und Mathania/ der Sohn Micha/ der Sohn Zebedei/ der Sohn Asaph/ war der Oberst zu loben und zu dancken im Gebett/ und Becbecia/ der

in possessione sua, in urbibus suis, Israel, Sacerdotes, Levitæ, Nathinæi, & filii servorum Salomonis.

4. Et in Jerusalem habitaverunt de filiis Juda, & de filiis Benjamin: de filiis Juda, Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii Amariæ, filii Saphathiæ, filii Malaleel: de filiis Phares,

5. Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Joiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis:

6. omnes hi filii Phares, qui habitaverunt in Jerusalem, quadringenti sexaginta-octo viri fortes.

7. Hi sunt autem filii Benjamin; Sellum filius Mosollã, filius Joed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia,

8. Et post eum Gebbai, Sellai, nongenti viginti octo,

9. & Joel filius Zechri præpositus eorum, & Judas filius Senua super civitatem secundus *b*.

b i. dignitate à Joel.

10. Et de Sacerdotibus, Idaia filius Joarib, Jachin,

11. Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob, princeps domus Dei,

12. Et fratres eorum facientes opera templi: octingenti vigintiduo. Et Adaia filius Jeroham, filius Phelelia, filius Amsi filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ,

13. Et fratres ejus principes patrum: ducenti quadragintaduo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer,

14. Et fratres eorum potentes nimis: centum viginti octo, & præposius eorum Zabdiel filius potentium *c*.

c Hebr. magnatum.

15. Et de Levitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam filius Hasabia, filius Boni,

16. Et Sabbathai & Jozabed, super omnia opera, quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Levitarum.

17. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph, princeps ad laudandũ *d* & ad confitendũ in oratione, & Becbecia

d princeps cantorum & præfectus musicis instrumentis

secundus de fratribus ejus & Abda filius Samua, filius Galal, filius Idithum:

18. Omnes Levitæ in civitate sancta ducenti octogintaquatuor.

19. Et janitores, Accub, Telmon & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum septuaginta duo.

II. 20. Et reliqui ex Israel Sacerdotes & Levitæ in universis civitatibus Juda, unusquisque in possessione sua.

21. Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathinæis.

22. Et episcopus *e* Levitarum in Jerusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in ministerio domus Dei.

e i. præfectus

23. Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos,

24. & Phathahia filius Mesezebel, de filiis Zara filii Juda in manu *f* regis, juxta *g* omne verbum populi *h*,

f i. ad obsequia
g i. in seu ad
h tractandum cum populo.

25. & in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Juda habitaverunt in Cariatharbe: & in filiabus *i* ejus: & in Dibon, & in filiabus ejus; & in Cabseel, & in viculis ejus.

i i. viculis

26. & in Jesue, & in Molada, & in Bethphaleth,

27. & in Hasersual, & in Bersabee, & in filiabus ejus,

28. & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus ejus,

29. & in Remmon, & in Saraa, & in Jerimuth,

30. Zanoa, Odollam & in villis earum, Lachis & regionibus ejus, & Azeca, & filiabus ejus. Et manserunt in Bersabee usque ad vallem Ennom.

31. Filii autem Benjamin, à Geba *k* Mechmas, & Hai, & Bethel & filiabus ejus:

k sc. incipiendo habitarunt.

32. Anathoth, Nob, Anania,

33. Asor, Rama, Gethaim,

34. Hadid, Seboim, & Neballat, Lod

35. & Ono valle artificum.

36. Et de Levitis portiones Judæ & Benjamin.

CAPUT XII.

I. Nomina & officia Sacerdotum ac Levitarum qui cum Zorobabel in Jerusalem ascenderant, 1

ander unter seinen Brüdern / und Abda / der Sohn Samua der Sohn Galal / der Sohn Idithum.

18. Alle Leviten in der heiligen Stadt waren zwey hundert vier und achtzig.

19. Und die Thorhüter / Accub / Telmon / und ihre Brüder / welche die Thor verwahreten / hundert zwey und sibenzig.

II, 20. Und die übrige von Israel / Priester und Leviten waren in allen Städten Juda / ein jeglicher in seinem Erbtheil.

21. Und die Nathineer / welche zu Ophel / und Siaha / und Gaspha wohneten / die waren von den Nathineern.

22. Und der Leviten Vorsteher zu Jerusalem war Azzi / der Sohn Bani / der Sohn Hasabia der Sohn Mathania / der Sohn Micha. Von den Kindern Asaph waren Singer im Dienst deß Hauß GOttes.

23. Dan deß Königs Gebott war über sie / und war eine Ordnung unter den Singern Tag für Tag.

24. Und Phathahia / der Sohn Mesezebel / von den Kindern Zara / des Sohns Juda / war dem König zur Hand in allem / was mit dem Volck zu thun war.

25. Und mit den Häusern durch alle ihre Landschafften. Von den Kindern Juda wohneten etliche zu Cariatharbe und in ihren Töchtern / und zu Dibon / und in ihren Töchtern / und zu Cabseel / und in ihren Dörffern.

26. Und zu Jesue / und zu Molada / und zu Bethphaleth /

27. Und zu Hasersual / und zu Bersabee / und in ihren Töchtern /

28. Und zu Siceleg / und zu Mochona / und in ihren Töchtern /

29. Und zu Remmon / und zu Saraa / und zu Jerimuth /

30. Zu Zanoa / zu Odollam / und in ihren Dörffern / zu Lachis / und in ihrer Landschafft / und zu Azeca / und in ihren Töchtern / und sie wohneten zu Bersabee bis an das Thal Ennom.

31. Aber die Kinder Benjamin wohneten von Geba an / zu Mechmas / und Hai / und Bethel / und in ihren Töchtern.

32. Zu Anathoth Nob / und Anania /

33. Zu Asor / Rama / und Gethaim /

34. Zu Hadid Seboim / und Neballat / Lod /

35. Und Ono / im Thal der Werckmeister.

36. Und von den Leviten hatten etliche Theil in Juda und Benjamin.

Das XII. Capitel.

Namen der Priester und Leviten / welche mit Zorobabel gen Jerusalem kommen / 1.

II.

II. Geburts-Lini der Priester/ 10.
III. Namen der Obersten der Leviten/ zur Zeit Nehemiä/ und Esdrä/ 24.
IV. Einweyhung der neuerbauten Stadt/ 27.
V. Anordnung von Unterhalt der Priester/ Leviten/ Singer/ und Thürhüter/ 43.

1. Diß seynd aber die Priester und Leviten/ welche mit Zorobabel/ dem Sohn Salathiel/ und mit Josue herauf gezogen seynd: Saraia/ Jeremias/ Esdras/
2. Amaria/ Melluch/ Hattus/
3. Sebenias/ Rheum/ Merimuth/
4. Addo/ Genthon/ Abia/
5. Miamin/ Madia/ Belga/
6. Semeia/ und Joiarib/ Idaia/ Sellum/ Amoc/ Helcias/
7. Idaia. Diß waren die Häubter der Priester/ und ihre Brüder in den Tagen Josue.
8. Aber die Leviten waren/ Jesua/ Bennui/ Cedmihel/ Sarebia/ Juda/ Mathanias/ die waren über die Lob-Gesang/ sie und ihre Brüder.
9. Und Becbecia und Hanni/ und ihre Brüder/ ein jeglicher in seinem Ambt.
II. 10. Josue aber zeugete Joacim/ und Joacim zeugete Eliasib/ und Eliasib zeugete Jojada:
11. Und Jojada zeugete Jonathan/ und Jonathan zeugete Jeddoa.
12. Aber in den Tagen Joacim waren Priester/ und die Oberste von den Geschlechten/ nemlich von Saraia/ Maraia: von Jeremia/ Hanania:
13. Von Esdra/ Mosollam: von Amaria/ Johanan:
14. Von Milicho/ Jonathan: von Sebenia/ Joseph:
15. Von Haram/ Edna: von Maraioth/ Helci:
16. Von Adaia/ Zacharia: von Genthon/ Mosollam:
17. Von Abia/ Zechri: von Miamin/ und Moadia/ Phelti:
18. Von Belga/ Sammua: von Semaia/ Jonathan:
19. Von Jojarib/ Mathanai: von Jodaja/ Azzi:
20. Von Sellai/ Celai: von Amoc/ Heber:
21. Von Helcia/ Hasebia: von Idaia/ Nathanael.
22. Die Leviten/ und die Priester/ welche in den Tagen Eliasib/ und Jojada/ und Johanan/ und Jeddoa/ die Obersten der Geschlechten waren/ wurden im Reich Darii deß Persen beschriben.
23. Aber die Kinder Levi/ die Oberste der Geschlechten seynd geschriben im Buch der Wort von den Tagen/ und biß auf die Zeit Jonathan/ deß Sohns Eliasib.

II. Genealogia & Successio Sacerdotum. 10
III. Principes Levitarum tempore Nehemiæ & Esdræ. 24.
IV. Magna solemnitate celebrant dedicationem muri Jerusalem. 27.
V. Disponitur de custodibus super gazophylacia alisque necessariis. 43.

1. Hi *a* sunt autem Sacerdotes & Levitæ, qui ascenderunt *b* cum Zorobabel filio Salathiel, & Josue: Saraia, Jeremias, Esdras,
2. Amaria, Melluch, Hattus,
3. Sebenias, Rheum, Merimuth,
4. Addo, Genthon, Abia,
5. Miamin, Madia, Belga,
6. Semeia, & Joiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias,
7. Idaia. Isti principes Sacerdotum, & fratres eorum, in diebus Josue.
8. Porrò Levitæ, Jesua, Bennui, Cedmihel, Sarebia, Juda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorum:
9. & Becbecia atque Hanni, & fratres eorum, unusquisque in officio suo.
II. 10. Josue autem genuit Joacim, & Joacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Joiada,
11. & Joiada genuit Jonathan, & Jonathan genuit Jeddoa *c*.
12. In diebus autem Joacim erant Sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ *d*, Maraia: Jeremiæ, Hanania:
13. Esdræ, Mosollam: Amariæ, Johanan:
14. Milicho, Jonathan: Sebeniæ, Joseph.
15. Haram, Edna, Maraioth, Helci:
16. Adaiæ, Zacharia, Genthon, Mosollam:
17. Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti:
18. Belgæ, Sammua: Semaiæ, Jonathan:
19. Joiarib, Mathanai: Jodaiæ, Azzi:
20. Sellai, Celai: Amoc, Heber:
21. Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael.
22. Levitæ in diebus Eliasib, & Joiada, & Johanan, & Jeddoa, scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno *e* Darii Persæ.
32. Filii Levi principes familiarum, scripti in Libro verborum dierum *f*, & usque ad dies Jonathan, filii Eliasib.

a Digressio hæc & recensio sacerdotum, hic ponitur occasione super. cap. ut una serie totus Ecclesiasticus & politicus ordo contexeretur.
b duabus profectionibus: altera cum Zorobabel, (*Esdr.* 2.) Altera cum ipso Esdra, (*Esdræ* 7.) est ergo synecdoche.
c Non ille est Jaddus Josephi, qui occurrit Alexandro, ut quidam opinati sunt.
d sc. familiæ, sic & in sequent.
e Nec ille Darius est Codomanus ab Alexandro, anno M. 3674. devictus. Sed est Darius Nothus Artaxerxis Longimani filius, qui Darius regnum auspicatus est anno M. 3581. ante Chr. æram 423.
f i. annalium.

III. 24. Et principes Levitarum, Hasebia, Serebia, & Josue filius Cedmihel: & fratres eorum per vices suas, ut laudarent & confiterentur juxta præceptum David viri Dei, & observarent *g* æquè per ordinem.

25. Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas.

26. Hi in diebus Joacim filii Josue, filii Josedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis, scribæque.

IV. 27. In dedicatione autem muri *h* Jerusalem requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, & facerent in dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in Cymbalis, psalteriis, & citharis.

28. Congregati sunt autem filii cantorum de campestribus circa Jerusalem, & de villis Nethuphati,

29. & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaveth: quoniam villas ædificaverunt sibi cantores in circuitu Jerusalem.

30. Et mundati sunt Sacerdotes & Levitæ, & mundaverunt populum, & portas *i*, & murum.

31. Ascendere autem feci principes Juda super murum, & statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii.

32. Et ivit post eos Osaias, & media pars principum Juda,

33. & Azarias, Esdras, & Mosollam, Judas, & Benjamin, & Semeia, & Jeremias

34. Et de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias filius Jonathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Machaiæ, filius Zechur, filius Asaph,

35. & fratres ejus *k* Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Judas, & Hanani, in vasis cantici David viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta Fontis.

36. Et contra eos *l* ascenderunt in gradibus civitatis David *m* in ascensu muri super domum David, & usque ad portam Aquarum ad Orientem.

37. Et chorus secundus gratias referen-

g i. pertinentia ad suum officium.

h urbis, ædium, palatiorum, platearum & vicorum atque ab hac dedicatione desumitur initium septuaginta hebdomadum Danielis.

i Nempe aqua lustrali oratione solemni, & sacrificio

k sc Zachariæ.

l i. e. è regione ipsorum

m sc. montis Sion.

III. 24. Und dise waren die Oberste der Leviten/ Hasebia/ Serebia/ und Josue/ der Sohn Cedmihel/ und ihre Brüder in ihrer Ordnung / daß sie loben und dancken solten/ nach dem Befehl Davids/ deß Manns GOttes/ und soltens nach einander in gleicher Ordnung halten.

25. Mathania/ und Becbecia/ Obedia/ Mosollam/ Telmon/ Accub/ waren die Hütter der Thoren/ und der Vorhöff an den Thoren.

26. Dise waren in den Tagen Joacim / deß Sohns Josue/ deß Sohns Josedec / und in den Tagen Nehemiä/ deß Fürsten / und Esdra deß Priesters und Schrifftgelehrten.

IV. 27. Aber in der Einweyhung der Mauren zu Jerusalem / suchten sie die Leviten auß allen ihren Oertern/ daß man sie gen Jerusalem brächte / die Einweyhung zu verrichten/ und Freud zu machen/ mit Dancksagung/ und mit Lobgesängen/ und mit Cymbaln/ und mit Harpffen/ und mit Citharn.

28. Und die Kinder der Singer thäten sich zusammen/ auß dem flachen Land um Jerusalem her/ und auß den Dörffern Nethuphati/

29. Und vom Hauß Galgal/ und auß der Gegend Geba und Azmaueth? dan die Singer hatten ihnen um Jerusalem her Ackerhöff gebauet.

30. Und die Priester und Leviten reinigten sich/ und sie reinigten auch das Volck / und die Thor / und die Maur.

31. Und ich schaffte / daß die Fürsten Juda oben auf die Maur stigen / und verordnete zween grosse Chör von denen / die Lob sungen. Und sie giengen zur rechten Hand auf die Maur neben dem Mistthor.

32. Und nach ihnen gieng Osaias hinauf / und der halbe Theil der Fürsten Juda/

33. Und Azarias/ Esdras/ und Mosollam/ Judas/ und Benjamin und Semeia/ und Jeremias.

34. Und von den Kindern der Priestern mit Posaunen/ Zacharias/ der Sohn Jonathan/ der Sohn Semeia/ der Sohn Mathania/ der Sohn Michaia/ der Sohn Zechur/ der Sohn Asaph/

35. Und seine Brüder / Semeia und Azareel / Malalai/ Galalai Maai / Nathanaël / und Judas / und Hanani mit den Sing-Instrumenten Davids/ deß Manns GOttes: und Esdras der Schrifftgelehrt vor ihnen her am Brunnenthor.

36. Und sie giengen gegen ihnen hinauf auf den Staffeln der Stadt Davids / da man über das Hauß Davids auf die Mauer gehet/ bis zum Wasserthor gegen Aufgang.

37. Und der ander Chor der Singer/ die Danck sagten/

sagten/ gieng hinauf gegen über/ und ich hinder ihnen/ und der halbe Theil deß Volcks war auf der Mauer/ und auf dem Ofenthurn bis an die breite Maur/

38. Und auf dem Thor Ephraim/ und auf dem alten Thor/ und auf dem Fischthor/ und auf dem Thurn Hananeel/ und auf dem Thurn Emath bis an das Schafsthor: und stunden unter dem Thor/ da die Hut war.

39. Also stunden die beyde Chör der jenigen/ die im Hauß GOttes Lob singen/ und ich/ und der halbe Theil deren von der Obrigkeit mit mir.

40. Und die Priester/ Eliachim/ Maasia/ Miamin/ Michea/ Elioenai/ Zacharia/ Hanania mit Posaunen.

41. Und Maasia/ und Semeia/ und Eleazar/ und Azzi/ und Johanan/ und Melchia/ und Aelam/ und Ezer. Und die Singer sungen mit heller Stimm/ und Jezraia der Vorsteher:

42. Und sie opfferten an demselbigen Tag grosse Schlachtopffer/ und waren fröhlich: dan GOTT hatte sie erfreuet mit grosser Freud: so freueten sich auch ihre Weiber und Kinder/ und die Freud zu Jerusalem ward weit gehöret.

V. 43. Sie verordneten auch an demselbigen Tag Männer über die Schatzkammern für die Tranckopffer/ und für die Erstling/ und für die Zehende/ Priester und Leviten/ daß es die Oberste der Stadt durch sie mit zierlicher Dancksagung hinein bringen solten: dan Juda ward erfreuet in den Priestern und Leviten/ welche dabey stunden.

44. Und sie hielten die Ordnung ihres GOttes/ und die Ordnung der Außsöhnung/ und die Singer und Thorhüter/ nach dem Befehl Davids/ und Salomons seines Sohns.

45. Dan in den Tagen Davids und Asaph waren von Anfang Oberste bestellt über die Singer/ welche mit Gesänger GOTT Lob und Danck sagten.

46. Und gantz Israel gab in den Tagen Zorobabel/ und in den Tagen Nehemia den Singern und Thorhütern täglich ihre Theil/ und heiligten die Leviten/ und die Leviten heiligten die Kinder Aaron.

Das XII. Capitel.

I. Nach abgelesenem Gesatz werden die Frembdling abermal/ auch Tobias/ wiewol dem Hohenpriester verschwägert/ von den Juden abgesöndert/ 1.
II. Nehemias erneuert die Zehend für die Leviten/ 10.
III. Stellt ab die Mißbräuch und Entheiligung deß Sabbats/ 15.
IV. Straff die jenige/ welche Heydnische Weiber genommen/ und scheidet sie von ihnen/ 23.

tium ibat ex adverso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & usque ad murum latissimum,

38. & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & usque ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ,

39. steterunt duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum.

40. Et Sacerdotes, Eliachim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis,

41. Et Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Johanan, & Melchia, & Aelam, & Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, & Jezraia præpositus:

42. Et immolaverunt in die illa victimas magnas, & læti sunt: Deus enim lætificaverat eos lætitia magna: sed & uxores eorum & liberi gavisi sunt, & audita est lætitia Jerusalem procul,

V. 43. Recensuerunt *n* quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, ut introferrent per eos principes civitatis in decore gratiarum actionis, Sacerdotes & Levitas: quia lætificatus est Juda in Sacerdotibus & Levitis astantibus.

n 70. constituerunt.

44. Et custodierunt observationem Dei sui, & observationem expiationis, & cantores, & janitores juxta præceptum David, & Salomonis filii ejus,

45. quia in diebus David & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo.

46. Et omnis Israel, in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & janitoribus per dies singulos, & sanctificabant Levitas *o*, & Levitæ sanctificabant filios Aaron.

o Levitis dabant partes sanctificatas, i. decimas, & Levitæ dabant sacerdotibus suam decimam *Num* 18. 8.

Caput XIII.

I Lecto Deuteronomio ejiciuntur alienigenæ, è gazophylacio vasa domus Tobiæ projiciuntur, 1.
II. Nehemias jubet juxta legem dari decimas Levitis. 10.
III. Tollit abusus & sabbati violatores puniuntur; 15.
IV. Increpat Judæos qui uxores duxerant alienigenas. 23.

1. IN die autem illo *a* lectum est in volumine Moysi audiente populo : & inventum est scriptum in eo, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei *b* usque in æternum :

2. eò quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua : & conduxerint adversum eos Balaam, ad maledicendum eis: & convertit Deus noster maledictionem in benedictionem.

3. Factum est autem, cùm audissent legem, separaverunt omnẽ alienigenam ab Israël.

4. Et super hoc erat Eliasib sacerdos, qui fuerat præpositus in gazophylacio domûs Dei nostri, & proximus *c* Tobiæ.

5. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Levitarum, & cantorum, & janitorum, & primitias sacerdotales.

6. In omnibus autem his non fui in Jerusalem, quia anno *d* trigesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem. Et in fine dierum *e* rogavi regem.

7. Et veni in Jerusalem, & intellexi malum, quod fecerat Eliasib Tobiæ, ut faceret ei thesaurum *f* in vestibulis domûs Dei.

8. Et malum mihi visum est valde. Et projeci vasa domûs Tobiæ foras de gazophylacio :

9. præcepíque, & emundaverunt gazophylacia : & retuli ibi vasa domûs Dei, sacrificium, & thus.

II. 10. Et cognovi quòd partes Levitarum non fuissent datæ : & fugisset unusquisque in regionem *g* suam de Levitis, & cantoribus, & de his, qui ministrabant :

11. & egi causam adversùs magistratus, & dixi : Quare dereliquimus domum Dei? Et congregavi eos, & feci stare in stationibus suis *h*.

12. Et omnis Juda apportabat decimam frumenti, vini, & olei in horrea *i*.

13. Et constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Levitis, & juxta eos Ha-

1 Es ward aber an demselbigen Tag im Buch Moysis gelesen/ daß es das Volck anhörete: u. man fand darin geschriben/ daß die Ammoniter u. Moabiter in die Gemein GOttes nit kommen sollen ewiglich.

2. Darum/ daß sie den Kindern Israel mit Brod und Wasser nit entgegen kommen seynd/ und den Balaam wider sie gedingt haben/ sie zuverfluchen: wiewol unser GOtt den Fluch in Seegen verwandlet hat.

3. Es begab sich aber/ da sie das Gesatz gehöret hatten/ sönderten sie alle Frembdling ab von Israel.

4. Und über solches war Eliasib der Priester/ so der Oberst gewesen war in der Schatzkammer deß Hauß unsers GOttes/ und war dem Tobia gar nahe befreundet.

5. Und er machte ihm ein grosse Schatzkammer/ und daselbst legten sie vor ihm zuruck die Gaaben/ und Weyrauch/ und Geschirr/ und den Zehenden von Früchten/ Wein und Oel die Theil der Leviten/ und der Singer und der Thorhüter/ und der Erstlingen für die Priester.

6. Aber in allen disen Dingen war ich zu Jerusalem nit/ dan im zwey und dreyßigsten Jahr Artaxerxis deß Königs zu Babylon kam ich zum König/ und am End der Tagen thät ich meine Bitt an den König.

7. Und ich kam gen Jerusalem/ und merckte das Ubel daß Eliasib dem Tobia gethan hatte/ dieweil er ihm in den Vorhöfen am Hauß GOttes eine Schatzkammer gemacht hatte.

8. Und mich geduckte/ daß es sehr übel gethan wäre: und ich warff die Geschirr Tobiä hinaus vor die Schatzkammer.

9. Ich gab auch Befehl/ u. sie reinigten die Schatzkammern: u. ich brachte daselbst widerum hinein die Geschirr deß Hauß GOttes. Opffer u. Weyrauch.

II. 10. Und ich erfuhr/ daß den Leviten ihre Theil nit gegeben waren/ u. daß derwegen die Leviten/ und die Singer/ und die den Dienst hielten/ geflohen waren/ ein jeglicher in sein Landschafft.

11. Da nam ich mich der Sach an wider die Obrigkeit/ und sprach: Warum haben wir das Hauß GOttes verlassen? und ich brachte sie zusammen/ und stellete sie in ihren Stand.

12. Und gantz Juda brachte den Zehenden vom Getraid/ Wein und Oel in die Scheuren.

13. Und wir verordneten über die Scheuren Selemia den Priester/ und Sadoc/ den Schreiber/ und Phadaia von den Leviten/ und neben ihnen Hanan/

Deut. 23.3 *a tempore illo*, quo nempe habitaverunt principes populi in Jerusalẽ. (*Sup. cap.* 11.) Et quo abfuit Nehemias, *ut patet infr.* v. 6. *b* sc. non admitti ad conjugia aut officia, alioqui poterant ad fidem converti. *c Id est*, affinis Tobiæ, Toparchæ Ammonitarũ. *Sup.* 2. 10 *d* Anno M. 3562. Ant. Chr. 442. Ergo postquam præfecturã anno 12. compleverat. *Vid. sup.* 2. 7. & 5. 14. *e* Sup. *meorum*, id est circa finem vitæ meæ. Hinc secunda ejus incipit præfectura, quæ ad initium regni Darii Nothi pervenisse videtur. *ex sup c* v. 22. *f* 70. Gazophylacium. *g* 70. agrum & possessionem. *h* i. d. restitui in gradum suum. *i* 70 thesauro.

nan / den Sohn Zachur / den Sohn Mathania: dan sie waren treu gefunden / so wurden ihnen die Theil ihrer Brüder vertrauet.

14. Dafür gedencke an mich / mein GOtt / und vertilge meine Erbarmungen nit / die ich im Hauß meines GOttes / und in seinen Ceremonien gethan habe.

III. 15. In den Tagen sahe ich in Juda / daß sie die Weinkelter am Sabbat traten / und trugen Hauffen zusammen / und luden Wein auf die Esel / und Trauben / und Feigen und allerhand Last / und brachtens am Sabbat gen Jerusalem. Und ich bezeugete sie / daß sie es auf den Tag verkaufften, wan es zuläßig wäre.

16. Es wohneten auch Tyrer darinnen / die Fisch / und allerhand Wahr hinein brachten / und den Kindern Juda zu Jerusalem auf die Sabbat verkaufften.

17. Und ich schalt die Vornehmste in Juda / und sprach zu ihnen: Was ist diß für ein böses Ding / das ihr thut / und entheiliget den Sabbat?

18. Haben nit dises unsere Vätter auch gethan / und unser GOtt hat all diß Unglück über uns / und über dise Stadt geführet? und ihr mehret den Zorn über Israel / in dem / daß ihr den Sabbat brechet.

19. Und es begab sich / als die Thor zu Jerusalem Ruh hatten am Sabbat: dan auf mein Wort thäten sie die Porten zu / und ich befahl / daß sie dieselbige nit eröffneten / biß der Sabbat vorüber wäre: da bestellte ich auch von meinen Knechten etliche auf die Thor / damit niemand am Sabbat einig Last hinein truge.

20. Also bliben die Handelsleut / und die Verkäuffer mit allerhand Wahr / ein- oder zweymahl draussen vor Jerusalem.

21. Und ich bezeugete sie / und sprach zu ihnen: Warum bleibet ihr gegen der Mauren über? werdet ihrs noch einmahl thun / so wil ich die Hand an euch legen. Also kamen sie von der Zeit an nit mehr auf den Sabbat.

22. Auch sagte ich den Leviten / daß sie sich reinigten / und kämen die Thor zubewahren / und den Sabbath zu heiligen: dafür gedencke nun auch an mich / mein GOTT / und schone meiner nach deiner grossen Erbarmung.

IV. 23. Ich sahe auch in disen Tagen Juden / welche Azotische / und Ammonitische / und Moabitische Weiber nahmen.

24. Und ihre Kinder redeten halb Azotisch / und kunten nit Jüdisch reden / sondern redeten nach

nan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.

14. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis ejus.

III. 15. In diebus illis vidi in Juda calcantes torcularia in sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum, & uvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Jerusalem die sabbati. Et contestatus sum, ut in die quâ vendere liceret, venderent.

16. Et Tyrii habitaverunt in ea inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in sabbatis filiis Juda in Jerusalem:

17. & objurgavi optimates Juda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem sabbati?

18. Numquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando Sabbatum.

19. Factum est autem, cùm quievissent portæ Jerusalem in die Sabbati *k*, dixi: & clauserunt januas, & præcepi ut non aperirent eas usque post Sabbatum: & de pueris meis constitui super portas ut nullus inferret onus in die Sabbati.

k q. d. cùm inciperet sabbatum.

20. Et manserunt negotiatores, & vendentes universa venalia foris Jerusalem semel & bis.

21. Et contestatus sum eos, & dixi eis: Quare manetis ex adverso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in Sabbato.

22. Dixi quoque Levitis ut mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam *l* diem Sabbati: & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundùm multitudinem miserationum tuarum.

l i. sanctè celebrandá.

IV. 23. Sed & in diebus illis vidi Judæos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas.

24. Et filii eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Judaicè,

cè, & loquebantur juxta linguam populi, & populi.

25. Et objurgavi eos, & maledixi *m.* Et cecîdi ex eis viros, & decalvavi eos, & adjuravi in Deo, ut non darent filias ſuas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis ſuis, & ſibimetipſis, dicens:

m Anathema dixi, & excommunicavi tales parentes.

26. *n* Numquid non in hujuſcemodi re peccavit Salomon rex Iſrael? & certè in gentibus multis non erat rex ſimilis ei, & dilectus Deo ſuo erat, & poſuit eum Deus regem ſuper omnem Iſrael: *o* & ipſum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ.

n 3. Reg. 3. 1. & 11. 1.

o 3. Reg. 11. 4.

27. Numquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, ut prævaricemur in *p* Deo noſtro, & ducamus uxores peregrinas?

p i. contra.

28. De filiis autem Joiada filii Eliaſib *q* ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugavi à me.

q diverſus ab eo qui eſt ſupra. v. 4. & 7.

29. Recordare Domine Deus meus adverſum eos qui polluunt ſacerdotium, júsque Sacerdotale & Leviticum.

30. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, & conſtitui ordines Sacerdotum & Levitarum, unumquemque in miniſterio ſuo:

31. & in oblatione lignorum in temporibus conſtitutis, & in primitivis: memento mei Deus meus in bonum, Amen.

r ſc. ut mihi benefacias.

der Sprach deß einen / und deß andern Volcks.

25. Und ich ſchalt ſie/ und fluchte ihnen: ich ſchlug auch etliche Männer von ihnen/ und machte ſie kahl/ und beſchwur ſie bey GOtt / daß ſie ihre Töchter den Söhnen der Frembden nit geben/ noch für ihre Söhn und für ſich ſelbſt die Töchter der Frembden nehmen ſolten: und ich ſprach:

14. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, ut ista conjungeretur cognationi suæ *d* secundùm legem Moysi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

15. Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjungat vos, impleátque benedictionem suam in vobis.

16. Et accepta charta, fecerunt conscriptionem conjugii.

a græcè Edna.

b Supple in collum ejus.

c sc. ad thalamum nuptialem sed non in complexum conjugalem

d Num 36. v 8.

17. Et poſt hæc epulati ſunt, benedicentes Deum.

18. Vocavítque Raguel ad ſe Annam uxorem ſuam, & præcepit ei ut præpararet alterum cubiculum.

19. Et introduxit illuc Saram filiam ſuam, & lacrymata eſt *e*.

e mater & filia, ut Græca indicant.

20. Dixítque ei: Forti animo eſto filia mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es.

CAPUT VIII.

I. Tobias thalamum ingreſſus, partem iecoris piſcis aſſat, & dæmonium à Raphaele ligatur, 1
II. Tobias & Sara orando noctem tranſigunt incolumes: 4
III. Saræ parentes agunt Deo gratias 11.
IV. Repleto quod paratum erat ſepulchro, paratur convivium; pro dote datur medietas bonorum, & reliqua medietas poſt parentum obitum aſſignatur. 20.

Eodem an. 3299.

1. POſtquam verò cœnaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

2. Recordatus itaque Tobias ſermonum Angeli, protulit de caſſidili *a* ſuo partem jecoris *b*, poſuítque eam ſuper carbones vivos.

a i. pera. *b* græcè & cordis & jecoris ſc. juxta præceptum angeli ſup. *c. 6.*

3. Tunc Raphael, Angelus apprehendit *c* dæmonium, & religavit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.

c non manibus ſed virtute & imperio ſuo

II. 4. Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixítque ei: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras: quia his tribus noctibus Deo jungimur: tertia autem tranſacta nocte, in noſtro erimus conjugio.

5. Filii quippe ſanctorum ſumus & non poſſumus ita conjungi, ſicut gentes, quæ ignorant Deum.

6. Surgentes autem pariter, inſtanter orabant ambo ſimul, ut ſanitas daretur eis.

7. Dixítque Tobias: Domine Deus patrum noſtrorum, benedicant te cæli & terræ, maréque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis ſunt.

8. *d* Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtique ei adjutorium Hevam.

d Gen. 2. 7.

9. Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem *e* meam conjugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſæcula ſæculorum.

e i. cognatam.

17. Und hernach hielten ſie Mahlzeit / und lobeten GOtt.

18. Und Raguel rieff ſein Weib Anna zu ſich / und befahl ihr eine andere Kammer zuzurichten.

19. Und er führete Sara ſeine Tochter hinein / und ſie weinete.

20. Und er ſprach zu ihr: Sey wolgemuth meine Tochter: der HErr deß Himels wolle dir Freud geben für den Unluſt / welchen du gelitten haſt.

Das VIII. Capitel.

I. Tobias vertreibt Aſmodeum den Teuffel mit der Fiſch=Leber / welchen Raphael in Tebaidam verbannt / 1.
II. Verharret mit Sara drey Nacht im Gebett / 4.
III. Raguel findt ihn und ſeine Tochter in guter Geſundheit: darum er und ſein Weib GOtt dancken / 11.
IV. Laßt ein Mahlzeit zurichten: gibt Tobiä die Helfft ſeiner Güter / und macht ihn zum Erben über die andere Helfft. 20.

1. NAchdem ſie nun zu Nacht geſſen hatten / führeten ſie den Jüngling zu ihr hinein.

2. Da gedachte Tobias an die Red deß Engels / und zoge hervor auß ſeinem Säcklein ein Stuck von der Leber / und legte es auf glüende Kohlen.

3. Und der Engel Raphael ergriffe den Teuffel / und band ihn in die Wüſt im obern Egypten.

II. 4. Da ermahnte Tobias die Jungfrau / und ſprach zu ihr: Sara ſtehe auf und laß uns heut und morgen / und übermorgen GOtt bitten / dan diſe drey Nächt werden wir mit GOtt vereiniget: aber wan die dritte Nacht um iſt / ſo wollen wir in unſerm Eheſtand ſeyn.

5. Dan wir ſeynd Kinder der Heiligen / und können nit zuſammen kommen / wie die Heyden / die GOtt nit kennen.

6. Sie ſtunden aber mit einander auf / und betteten beyde zugleich mit gantzem Ernſt / daß ihnen Geſundheit möchte gegeben werden.

7. Und Tobias ſprach: HErr du GOtt unſerer Vätter / dich ſollen loben Himmel und Erd / und das Meer / die Brunnen und Flüß / und alle deine Creaturen / die darinnen ſeynd.

8. Du haſt Adam gemacht vom Staub der Erden / und haſt ihm die Heva zur Hülff gegeben.

9. Und nun HErr / du weißt / daß ich diſe meine Schweſter fleiſchlicher Unkeuſchheit halben mir zum Weib nehme / ſondern allein auß Lieb der Nachkömmlingen / bey welchen dein Namen in alle Ewigkeit gelobet werde.

10. Deßgleichen sprach Sara: Erbarme dich unser / O HErr / erbarme dich unser / damit wir beyd in Gesundheit zum guten Alter kommen mögen.

III. 11. Und es begab sich um die Zeit / wan die Hanen krähen / daß Raguel seine Knecht ließ ruffen / und sie giengen zugleich mit ihm ein Grab zu machen:

12. Dan er sprach: Es mag ihm villeicht eben also widerfahren seyn / wie den andern siben Männeren / welche zu ihr hinein gangen sind.

13. Und da sie die Grub gemacht hatten / kam Raguel widerum zu seinem Weib / und sprach zu ihr:

14. Schicke eine von deinen Mägden / und laß sie zusehen / ob er tod sey / damit ich ihn begrabe / ehe dan der Tag anbricht.

15. Also sandte sie eine von ihren Mägden / die zu der Kammer hinein gieng / und fand / daß sie beyde frisch und gesund wären / und beyeinander schlieffen.

16. Da kam sie wider / und brachte eine gute Bottschafft: und sie lobeten den HErrn / nemlich Raguel und Anna sein Weib /

17. Und sprachen: Wir loben dich HErr / du GOtt Israel / daß es nit widerfahren ist / wie wir gemeinet haben.

18. Dan du hast dein Barmhertzigkeit mit uns gethan / und hast den Feind von uns außgeschlossen / der uns verfolgete.

19. Den beyden einigen hast du Gnad bewisen. Schaffe HErr / daß sie dich vollkommener preisen / und dir das Opffer deines Lobs / und ihrer Gesundheit opffern / damit alle Völcker erkennen / daß du allein GOTT bist auf dem gantzen Erdboden.

IV. 20. Und zur Stund befahl Raguel seinen Knechten / daß sie die Grub / die sie gemacht hatten / widerum fülleten / ehe dan der Tag anbrach.

21. Seinem Weib aber sagte er / daß sie ein Gastmahl zurüstete / und alles bereitete / was den Reisenden zur Speiß vonnöthen wäre.

22. Er ließ auch zwo fette Küh und vier Widder abthun / und für alle seine Nachbaren / und alle Freund ein Freuden-Mahl bereiten.

23. Und Raguel beschwörte den Tobiam / daß er zwo Wochen bey ihm bleiben solte.

24. Auch gab Raguel dem Tobia das Halbtheil aller seiner Haab und Güter und machte eine Verschreibung / daß nach ihrem Tod auch das übrig Halbtheil dem Tobia zum Eigenthum heimfallen solte.

10. Dixit quoque Sara: miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani *f*.

III. 11. Et factum est circa pullorum cantum accersiri jussit Raguel servos suos, & abierunt cum eo pariter ut foderent sepulchrum.

12. Dicebat enim: ne fortè similimodo evenerit ei, quo & ceteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eam.

13. Cúmque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei:

14. Mitte unam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, ut sepeliam eum antequam illucescat dies.

15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos & incolumes, secum *g* pariter dormientes *h*.

16. Et reversa, nuntiavit bonum nuntium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna uxor ejus,

17. & dixerunt: Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus:

18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

19. Misertus es autem duobus unicis *i*. Fac eos Domine pleniùs benedicere te: & sacrificium tibi laudis tuæ & suæ sanitatis *k* offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universa terra.

IV. 20. Statímque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam quam fecerant, priusquam elucesceret.

21. Uxori autem suæ dixit ut instrueret convivium, & præpararet omnia, quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.

22. Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctísque amicis.

23. Et adjuravit *l* Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud se.

24. De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit scripturam, ut pars dimidia, quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deveniret.

f mente & corpore.

g i. simul.

h post diuturnam comprecationem.

i Græcè unigenitis.

k i. pro sanitate.

l i. coëgit precibus & obtestando.

CAPUT IX.

I. Raphael Tobiæ rogatu ad Gabelum pergit; 1.

II. Quem receptâ pecuniâ ad nuptias adducit; 6.

III. Ille Tobiæ ac Saræ benedicit, 8.

Eodem anno 3299.

1. TUnc vocavit Tobias Angelum ad se, quem quidem hominem existimabat, dixítque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea:

2. Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiæ tuæ *a*.

3. Tamen obsecro te ut assumas tibi animalia sive servitia, *b* & vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum: reddásque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias meas.

4. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardavero unâ die plus, contristatur anima ejus.

5. Et certè vides quomodo adjuravit *b* me Raguel, cujus adjuramentum spernere non possum.

II. 6. Tunc Raphael assumens quatuor ex servis Raguelis, & duos camelos, in Rages civitatem Medorum perrexit: & inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnem pecuniam.

7. Indicavítque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt: fecítque eum secum venire ad nuptias.

III. 8. Cúmque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem: & exiliens, osculati sunt se invicem: & flevit Gabelus, benedixítque Deum,

9. & dixit: Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, & justi, & timentis Deum, & eleemosynas facientis:

10. Et dicatur benedictio super uxorem tuam, & super parentes vestros:

11. Et videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum, usq; in tertiam & quartam generationem *c*: & sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in sæcula sæculorum.

12. Cúmque omnes dixissent, Amen, accesserunt ad convivium: sed & cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

a id est non potero condignè satisfacere tuis in me meritis. *Tirin.*

b sc. servos.

b per divini nominis reverentiam obstrinxit.

c viderunt usque ad quintam, patet ex c. 14. v. 15.

Das IX. Capitel.

I. Raphael wird von Tobia gebetten / das Geld von Gabelo zu holen / und ihn auf sein Hochzeit zu laden/ 1.

II. Verrichtet beydes/ 6.

III. Gabelus erscheint/und seegnet beyde Eheleut/ 8.

1. DA rieff Tobias den Engel zu sich / den er zwar für einen Menschen hielt / und sprach zu ihm: Bruder Azaria / ich bitte dich / du wollest meine Wort hören.

2. Wan ich dir mich selbst zum eigenen Knecht übergebe/so wurde ich doch deine Vorsichtigkeit nit nach Gebühr vergelten.

3. Gleichwohl bitte ich dich/ nimm Thier zu dir/ oder Knecht / und ziehe hin zu Gabelo gen Rages in der Meder Stadt/und gib ihm seine Handschrifft widerumb / und empfahe das Geld von ihm/ und bitte ihn / daß er auf meine Hochzeit komme.

4. Dan du weist ja selbst / daß mein Vatter die Tag zehlet: bleibe ich nun einen Tag länger auß / so wird seine Seel betrübet.

5. Und fürwahr / du sihest / wie mich Raguel beschworen hat/ dessen Beschwören ich nit kan verachten.

II. 6. Da nahm Raphael vier von den Knechten Raguel / und zwey Cameelthier / und zoge hin gen Rages in der Meder Stadt: und als er Gabelum fand / gab er ihm seine Handschrifft widerumb / und empfieng alles Geld von ihm.

7. Und er vermeldete ihm von Tobia / dem Sohn Tobiä/ alles/ was sich zugetragen hatte: und machte / daß er mit ihm auf die Hochzeit kam.

III. 8. Und da er zu deß Raguels Hauß hinein kam/ fand er Tobiam zu Tisch sitzen: und er sprang auf/ und kusseten sich einander: und Gabelus weinet / und lobete GOtt/

9. Und sprach: Der GOtt Israel seegne dich: dan du bist eines sehr frommen / und gerechten Manns Sohn/ der GOtt förchtet / und vil Almosen gibt.

10. Der Seegen sey auch über dein Weib gesprochen/ und über eure Eltern:

11. Und ihr solt eure Kinder sehen / und eure Kinds Kinder / biß ins dritte und vierdte Geschlecht: und euer Saamen sey geseegnet vom GOTT Israels / der in alle Ewigkeit regieret.

12. Und da sie alle Amen gesagt hatten / giengen sie zum Essen / sie hielten aber das Hochzeitlich Mahl in der Forcht deß HERRN.

Das X. Capitel.

I. Die Eltern Tobiä bekümmern sich über das lange Außbleiben / 1.
II. Raguel last endlich Tobiam mit seinem Weib und der Helffte seiner Güter von sich / 8.
III. Sara empfangt von ihren Eltern heylsame Lehrstuck einer guten Haußmutter / 11.

1. ALs sich aber Tobias der Hochzeit halben etwas saumte / war sein Vatter Tobias sorgfältig / und sprach: Warum meinest du / bleibt mein Sohn so lang auß / oder warum wird er allda aufgehalten?

2. Meinestu nit das villeicht Gabelus gestorben sey / und daß ihm niemand das Geld widerum gebe?

3. Und er fieng an über die Massen traurig zu werden / er / und Anna sein Weib mit ihm: und sie fiengen beyde miteinander an zu weinen / dieweil ihr Sohn auf den bestimmten Tag nit widerum zu ihnen kam.

4. Aber seine Mutter weinete mit bitteren Thränen / und war nit zu trösten / und sprach: Ach / ach mein Sohn / warum haben wir dich in frembde Land geschicket das Liecht unserer Augen / den Staab unsers Alters / den Trost unsers Lebens / und die Hoffnung unsers Geschlechts?

5. Dieweil wir alles zugleich in dir allein hatten / so solten wir dich von uns nit hinweg gesandt haben.

6. Da sprach Tobias zu ihr. Schweige / u. betrübe dich nit / unser Sohn ist gesund: der Mann ist treu genug / mit welchem wir ihn hinweg geschicket habẽ.

7. Aber sie war keineswegs zu trösten / sondern lieff täglich hinauß / sahe sich um / und gieng auf allen Weegen herum / woher sie hoffte / daß er solte wider kommen: damit sie ihn / wo möglich / von weitem möchte kommen sehen.

II. 8. Raguel aber sprach zu seinem Tochtermann: Bleibe hie so wil ich zu Tobia deinem Vatter einen Botten schicken / der ihm anzeige / daß es dir noch wohl gehe.

9. Und Tobias sprach zu ihm: Ich weiß / daß mein Vatter / und meine Mutter jetzt die Tag zehlen / und daß ihr Geist in ihnen bekümmert ist.

10. Als nun Raguel den Tobiam mit vilen Worten bat / und er ihn keines Weegs hören wolte / gab er ihm die Sara / und die Helfft alles seines Guts in Knechten / und in Mägden / und in Schaafen / und in Camelen / und in Kühen / und in grosser Baarschafft: und ließ ihn gesund und fröhlich von sich ziehen /

III. 11. Und sprach: Der heilige Engel deß HErrn sey auf eurer Reiß / und führe euch gesund / daß ihr alles bey euren Eltern im gutem Stand findet: und

Caput X.

I. Parentes Tobiæ longam eius moram anxiè queruntur; 1.
II. Ille obtinet, ut à Raguele dimittatur, acceptâ dote & uxore: 8.
III. Raguel illis bene precando, admonet filiam de officio matris familias. 11.

1. CUm verò moras faceret Tobias, causâ nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Eodem anno 3299.

2. Putásne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniam?

3. Cœpit autem contristari nimis ipse, & Anna uxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere: eò quòd die statuto minimè reverteretur filius eorum ad eos.

4. *a* Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu heu me filii mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? *a Sup. 5. 23.*

5. Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimittere à nobis.

6. Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum.

7. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

II. 8. At verò Raguel dicebat ad generum suum *b*: Mane hîc, & ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. *b sc. petentem ut se dimitteret, ut est in Græco.*

9. Cui Tobias ait: ego novi, quia pater meus & mater mea modò dies computant, & cruciatur spiritus *c* eorum in ipsis. *c i. animus.*

10. Cúmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nullâ ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & salvum atque gaudentem dimisit eum à se,

III. 11. dicens: Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducátque vos incolumes, & inveniatis omnia rectè *d* circa *d sc. se habentia.*

ca parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priusquam moriar.

12. Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire:

13. Monentes eam honorare ſoceros *e*, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

e ſc. tanquam parentes, ut eſt in Græc.

CAPUT XI.

I. Relictis in itinere Sarâ cum familiâ, Tobias & Raphael præcedunt, 1.
II. Lætè à parentibus excipiuntur, ille patris oculos felle iecoris ùnit, qui viſum recipit; 13.
III. Actis Deo gratiis, poſt adventum Saræ ac familiæ ſeptem diebus læti epulantur. 18.

1. CUmq; *a* reverterentur, pervenerunt ad Charan *b*, quæ eſt in medio itinere contra *c* Niniven, undecimo die.

2. Dixitque Angelus: Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuum.

3. Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu ſequantur iter noſtrum familiæ, ſimul cum conjuge tua, & cum animalibus.

4. Cúmque hoc placuiſſet ut irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt.

5. Anna *d* autem ſedebat ſecus viam, quotidie in ſupercilio montis, unde reſpicere poterat de longinquo.

6. Et dum ex eodem loco ſpecularetur adventum ejus, vidit à longè, & illicò agnovit venientem filium ſuum: curréns que nuntiavit viro ſuo, dicens: Ecce venit filius tuus.

7. Dixítque Raphael ad Tobiam: At ubi introieris domum tuam, ſtatim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & oſculare eum.

8. Statímque lini ſuper oculos ejus ex felle iſto piſcis, quod portas tecum: ſcias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aſpectu tuo gaudebit.

9. Tunc præcucurrit canis *e*, qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius adveniens, blandimento ſuæ caudæ gaudebat.

a Eodem anno.
b Hebr. *Acrim*, unde non videtur eſſe illa Abrahami, ſed alia inter Ragem & Ninivem
c i. verſus.
d ſic Allegoricè ſynagoga per ſuos patriarchas & prophetas è longinquo proſpectabat, & videbat Dei filium adventantem. *Tirin.*
e Canis myſticè ſignificat Doctores Eccleſiæ, qui confligendo cum hæreticis lupos ab ovili Dominico arcent. *Tirin: v. S. Hieronym. in c. 56. Iſaiæ.*

daß meine Augen eure Kinder ſehen / ehe dan ich ſterbe.

12. Und die Eltern nahmen ihre Tochter / und küſſeten ſie / und lieſſen ſie hinziehen:

13. Und ermahneten ſie / daß ſie ihren Schwäher und Schwiger in Ehren hielte / ihren Mann lieb hätte / das Haußgeſind regierte / das Hauß verſehe / und ſich ſelbſt unſträfflich erzeigte.

Das XI. Capitel.

I. Raphael reiſt mit Tobia voraus gen Ninive und lehret ihn wie er die Fiſchgall an ſeinem Vatter ſol brauchen / 1.
II. Beyde werden vom alten Tobia mit Freuden empfangen / dem das Geſicht widerum wird gegeben / 13.
III. Sara mit den ihrigen kommt an / und wird das Hochzeitfeſt abermahl ſiben Tag lang gehalten / 18.

1. ALs ſie nun widerum heimzohen / kamen ſie am eilfften Tag gen Charan / ſo auf halben Weeg ligt / gegen Ninive.

2. Und der Engel ſprach: Bruder Tobia / du weiſt / wie du deinen Vatter gelaſſen haſt.

3. Darum / wan dirs gefält / ſo laß uns voran ziehen / und das Geſind mit deinem Weib / und mit dem Vieh / auf unſerm Weeg allgemach hernach folgen.

4. Als nun ſolches ihm gefiel / daß ſie voran reiſeten / ſprach Raphael zu Tobia: Nimm mit dir von der Gall deß Fiſches / dan man wirds vonnöthen haben: alſo nam Tobias von der Gall / und ſie zogen fort.

5. Aber Anna ſaß täglich am Weeg / oben auf der Spitz deß Bergs / wovon ſie weit um ſich ſehen möchte.

6. Da ſie nun von demſelbigen Ort auf ſeine Ankunfft ſchauete / ſahe ſie ihn von fern / und erkannte alsbald ihren Sohn / der daher kam: und ſie lieff hin / und brachte ihrem Mann die Bottſchafft / und ſprach: Sihe / dein Sohn kommt.

7. Und Raphael ſprach zu Tobia: Wan du zu deinem Hauß hinein gangen biſt / ſo anbette alsbald den HERRN deinen GOTT / und dancke ihm / und trette zu deinem Vatter / und küſſe ihn:

8. Darnach ſtreiche ihm alsbald etwas von diſer Gall deß Fiſchs / die du bey dir trageſt / über ſeine Augen. Dan du ſolſt wiſſen / daß ſeine Augen alsbald ſollen eröffnet werden. Und dein Vatter wird das Liecht deß Himmels ſehen / und wird ſich erfreuen / wan er dich anſchauet.

9. Da lieff der Hund / der bey ihnen auf dem Weeg geweſen war / voran: und als ein ankommender Bott / wädlete er freudig mit ſeinem Schweiff.

10.

10. Und sein blinder Vatter stund auf fieng an zu lauffen / und strauchelte mit den Füssen: und gab einem Knaben die Hand / und eilete seinem Sohn entgegen.

11. Und er empfieng ihn / und kussete ihn mit seinem Weib / und sie fiengen beyde vor Freuden an zu weinen.

12. Als sie nun GOtt angebettet / und ihm gedancket hatten / setzten sie sich nider.

II. 13. Da nam Tobias von der Gall deß Fischs / und bestriche seines Vatters Augen.

14. Und er wartete ungefähr eine halbe Stund: da fieng an ein weisses Häutlein auß seinen Augen hervor zugehen / wie das Häutlein im Ay:

15. Und Tobias fassete dasselbig / und zoge es auß seinen Augen / und alsbald bekam er sein Gesicht widerum.

16. Und sie preiseten GOtt / er nemlich / und sein Weib / und alle / die ihn kennten.

17. Und Tobias sprach: Ich sage dir Lob / O HErr du GOtt Israels / daß du mich gestraffet hast / und du hast mich auch geheilet: und sihe: ich sehe jetzt meinen Sohn Tobiam.

III. 18. Und über siben Tag hernach / kam Sara seines Sohns Weib gesund hinein / und alles Gesind: und das Vieh und die Cameelen / u. das grosse Geld / das die Haußfrau brachte / darneben auch das Geld / so er von Gabelo widerum bekommen hatte

19. Und er erzehlete seinen Eltern alle die Wolthaten Gottes / welche er ihm bewisen hat durch den Menschen / der ihn geführet hatte.

20. Es kamen auch Achior und Nabath / deß Tobiä Schwester Söhn / und erfreueten sich mit Tobia / und wünscheten ihm Glück von wegen aller Wolthaten / so ihm GOtt hatte bewisen.

21. Und sie hielten siben Tag lang Mahlzeit / und erfreueten sich alle mit grosser Freud.

Das XII. Capitel.

I. Tobias Vatter und Sohn erkennen siben Wolthaten / welche sie von Raphael empfangen / u. anbiethen ihm auß Danckbarkeit die Helfft der mitgebrachten Güter / 1.

II. Raphael gibt sich zuerkennen / und warum er von GOtt gesendt worden / 6.

III. Worüber sie erschrocken / aber vom Engel aufgemuntert / GOtt preysen / 16.

1. DA rieff Tobias seinen Sohn zu sich / u. sprach zu ihm: Was sollen wir disem heiligen Mann geben / der mit dir kommen ist.

2. Tobias antwortet / und sprach zu seinem Vatter: Vatter / was sollen wir ihm zur Beloh-

---

10. Et consurgens cæcus pater ejus cæpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obviam filio suo.

11. Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio.

12. Cúmque adorassent Deum, & gratias egissent, consederunt.

II. 13. Tunc sumens Tobias de felle piscis *f*, linivit oculos patris sui.

14. Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam: & cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi.

15. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, statímque visum recepit.

16. Et glorificabant Deum, ipse videlicet, & uxor ejus, & omnes qui sciebant *g* eum.

17. Dicebátque Tobias: Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu salvasti me: & ecce ego video Tobiam filium meum.

III. 18. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus, & omnis familia sana, & pecora, & cameli, & pecunia multa uxoris: sed & illa pecunia, quam receperat à Gabelo:

19. Et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ fecisset circa eum per hominem, qui eum duxerat.

20. Veneruntque Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus.

21. Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gavisi sunt.

CAPUT XII.

I. Tobias cum filio de mercede Raphaelis consultans ob septem quæ sibi ac filio præstiterat beneficia, medietatem offert omnium quæ attulerant: 1.

II. Ipse se Dei Angelum declarat, & post revelata alia mysteria in cælum sublevatur; 6.

III. Illi in terram proni ruentes Deum benedicunt. 16.

1. TUnc vocavit ad se Tobias filium suum, dixítq; ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2. Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater quam mercedem dabimus ei?

f Fel allegoricè Christi passionem, & nostram tribulationem ac pœnitentiam designat: quia mordet & urit, sed sustine, & cum Christo patere, & videbis lumen cæli.

g sc. noverant.

Eodem anno 3299.

ei ? aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus ?

3. Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, meipsum à devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

4. Sed peto te pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.

5. Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem: & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerant, acceptam habere *a*.

a accipere.

II. 6. Tunc dixit eis occultè: Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

7. Etenim sacramentum *b* regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum est.

b i. arcanũ, à rege sibi creditum.

8. Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna magis quam thesauros auri recondere:

9. Quoniã eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam & vitam æternam.

10. Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

11. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem *c*.

c rem.

12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino *d*,

d Græcè, coram sancto i. Deo.

13. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

14. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, & Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem.

15. Ego enim sum Raphael Angelus, unus ex septẽ *e*, qui astamus ante Dominũ.

e q. d. unus ex multis.

III. 16. Cùmque hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam.

nung geben? oder womit können seine Wohlthaten nach Gebühr vergolten werden?

3. Er hat mich gesund auß/ und widerum heimgeführet/ das Geld hat er selbst von Gabelo empfangen/ er hat gemacht/ daß ich das Weib bekommen hab/ er hat den Teuffel von ihr vertriben/ hat ihren Eltern Freud gemacht/ mich hat er errett/ daß mich der Fisch nit verschlungen hat/ und dich hat er deß Himmels Liecht machen sehen. Und wir haben alles Gut reichlich von ihm empfangen: was würdiges können wir für alles dises geben.

4. Aber ich bitte dich/ mein Vatter/ du wollest von ihm begehren/ ob er uns villeicht würdigen möchte von allem/ was hergebracht ist/ den halben Theil für sich anzunehmen.

5. Und sie rieffen ihm/ nemlich der Vatter und der Sohn/ und nahmen ihn allein: und fiengen an zu bitten/ daß er mit dem halben Theil von allem/ was sie mitgebracht hatten/ wolt für lieb nehmen.

II. 6. Da sprach er heimlich zu ihnen: Lobet den GOtt deß Himmels/ und dancket ihm vor allen/ so das Leben haben/ dan er hat seine Barmhertzigkeit an euch erwisen.

7. Dan es ist zwar gut/ deß Königs Geheimnuß verbergen/ aber GOttes Werck offenbaren und bekennen/ das ist ehrlich.

8. Das Gebett ist gut/ mit Fasten/ und Almosen: es ist vil besser dan Goldschätz zusammen legen:

9. Dan Almosen erlöset vom Tod/ und dasselbig ists: so die Sünd reinigt/ und macht Barmhertzigkeit/ und das ewige Leben finden.

10. Die aber Sünd und Ungerechtigkeit begehen/ die seynd Feind ihrer Seelen.

11. Darum offenbahre ich euch die Wahrheit/ und wil euch die verborgene Red nit verhalten.

12. Als du gebetten mit Zähren/ und die Todten begraben/ und lassen dein Essen stehen/ und verbargest die Todten deß Tags in deinem Hauß und begrubest sie deß Nachts/ da brachte ich dein Gebett vor den HErrn.

13. U. dieweil du GOtt angenehm warest/ so war vonnöthen/ daß dich die Anfechtung bewehrete.

14. Und nun hat mich der HErr gesandt/ dich zu heilen und die Sara/ deines Sohns Weib vom Teufel zu befreyen.

15. Dan ich bin der Engel Raphael/ einer von den siben/ so wir vor dem HErrn stehen.

III. 16. Da sie diß höreten/ erschracken sie/ und fielen mit Zittern auf ihr Angesicht zur Erden.

17.

17. Und der Engel sprach zu ihnen: Frid sey mit euch: förchtet euch nit.

18. Dan da ich bey euch war / so war ich durch den Willen GOttes bey euch: denselbigen benedeyet und singet ihm Lob.

19. Es schine zwar / als wan ich mit euch hätte gessen und getruncken / aber ich brauche unsichtbare Speiß / und Tranck / so von Menschen nit mag gesehen werden.

20. Nun ist es Zeit / daß ich widerum kehre zu dem / der mich gesandt hat: ihr aber benedeyet GOtt/und erzehlet alle seine Wunderwerck.

21. Da er diß gesagt hatte / ward er von ihrem Angesicht hinweg genommen / daß sie ihn hinführo nit sehen möchten.

22. Da fielen sie nider / und lagen in die drey Stund auf ihrem Angesicht / und lobeten GOtt: und als sie aufstunden/ erzehleten sie all seine Wunderwerck.

Das XIII. Capitel.

I. Tobias der Alte sagt GOtt Danck / ermahnt hierzu auch die Kinder Israel/ 1.

II. Weissaget von der künfftigen Herrligkeit / deß Irrdischen/ und sonderlich deß Geistlichen und Himmlischen Jerusalem / 11.

1. ABer der alte Tobias thäte seinen Mund auf / lobete den HErrn / und sprach: HErr / du bist groß in Ewigkeit und dein Reich wehret in alle Ewigkeit.

2. Dan du schlagst und heilest: du führest in die Höll/und führest widerum herauß/ und ist niemand der deiner Hand entfliehen möge.

3. Lobet den HErrn ihr Kinder Israel/ und preiset ihn vor dem Angesicht der Heyden.

4. Dan darum hat er euch unter die Heyden zerstreuet / die ihn nit kennen / damit ihr seine Wunderwerck erzehlet und ihnen zu wissen thut / daß kein anderer Allmächtiger GOTT ist / dan er allein.

5. Er hat uns gestraffet um unsere Missethat willen / und er wird uns helffen um seiner Barmhertzigkeit willen.

6. So sehet nun an / was er mit uns gethan hat / und lobet ihn mit Forcht und Zittern / und erhebet den König der Ewigkeit in euren Wercken:

7. Ich aber wil ihn loben im Land meiner Gefängnuß / dan er hat seine Herrligkeit gegen einem sündigen Volck erwisen.

8. Darum bekehret euch/ ihr Sünder / und thut Gerechtigkeit vor GOtt / und vertrauet ihm / daß er seine Barmhertzigkeit mit euch thun wird.

17. Dixítque eis Angelus: Pax vobis, nolite timere.

18. Etenim cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate *f* omnia mirabilia ejus. *f* Græcè, scribite in libro.

21. Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum videre non potuerunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, & exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

CAPUT XIII.

I. Tobias senior benedicit ac confitetur Domino, & universos ad idipsum hortatur; 1.

II. Prophetat de restitutione & magna felicitate futura Jerusalem, terrestris & spiritualis seu Ecclesiæ. 11.

1. APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum: Eodem anno 3299.

2. *a* quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. *a Deut.* 32. 39. 1. *Reg.* 2. 6. *Sap.* 16. 13.

3. Confitemini Domino filii Israel, & in conspectu gentium laudate eum:

4. Quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras: & ipse salvabit nos propter misericordiam suam *b*. *b* Græcè, addito & congregabit nos ex omnibus gentibus.

6. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regémque sæculorum exaltate in operibus vestris.

7. Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque peccatores, & facite justitiam coram Deo credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam.

9. Ego autem & anima mea in eo lætabimur.

10. Benedicite Dominum omnes electi ejus: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

II. 11. Jerusalem civitas Dei, castigavit c te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum sæculorum ut reædificet in te tabernaculum suum, & revocet ad te omnes captivos, & gaudeas in omnia sæcula sæculorum.

13. Luce splendida fulgebis d: & omnes fines terræ adorabunt te e:

14. f Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt.

15. Nomen enim magnum g invocabunt in te.

16. Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te: benedictique erunt qui ædificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua.

19. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus noster.

20. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

21. h Portæ Jerusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.

22. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ ejus sternentur & per vicos ejus alleluja cantabitur.

23. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, & sit regnum ejus in sæcula sæculorum super eam. Amen.

c id est castigabit. Usurpat prophetice præteritum pro futuro ob rei certitudinem, q. d. tam certò futurum est quasi jam factum esset *Tirin.*

d Hæc ad Ecclesiam præcipuè pertinent.

e Prophetat de vocatione gentium ad spirituale Jerusalem, sc. Ecclesiam.

f *Isai.* 60. 5.

g sc. Christi.

h ab Allegorica Jerosolyma ascendit ad Anagogicam sc. cælestē quæ est gloriosa Sanctorum Ecclesia in cælis. v. *Apoc.* 21. v. 18.

9. Ich aber und meine Seel / wollen uns in ihm erfreuen.

10. Lobet den HErrn alle seine Außerwählte / haltet frőliche Tåg / und dancket ihm.

II. 11 Jerusalem du Stadt GOttes / der HErr hat dich gestrafft wegen der Wercken deiner Hånden.

12. Lobe den HErrn in deinen Gůtern / und preise den ewigen GOtt / damit er seinen Tabernackel in dir widerum aufbaue / und alle Gefangene wider zu dir beruffe / und du dich erfreuest in alle Ewigkeit.

13. Du wirst leuchten mit einem glantzenden Liecht: und alle Gråntzen der Erden werden dich anbetten.

14. Die Vőlcker werden von fern zu dir kommen / sie werden Gaaben bringen / und den HErrn in dir anbetten / und werden dein Land zur Heiligung haben.

15. Dan sie werden in dir den grossen Namen anruffen.

16. Verflucht werden seyn / die dich verachten: und verdammt werden alle seyn / die dich låsteren / aber die dich aufbauen / werden geseegnet seyn.

17. Du aber wirst dich in deinen Kindern erfreuen / dan sie werden alle geseegnet / und zum HErrn versammlet werden.

18. Seelig seynd alle die dich lieben / und die sich deines Fridens erfreuen.

19. Meine Seel lobe den HERRN / dan der HERR unser GOTT hat seine Stadt Jerusalem von aller ihrer Trůbsaal errettet.

20. Seelig werde ich seyn / wan von meinem Saamen überbleiben wird / die Klarheit Jerusalem zu sehen.

21. Die Porten Jerusalem sollen von Sapphiren und Smaragden gebauet werden / und alle ihre Mauren rings herum von edlen Gestein.

22. Alle ihre Strassen werden mit weissen und sauberen Steinen gepflastert werden / und auf ihren Gassen wird man Alleluja singen.

23. Gebenedeyet sey der HErr / der sie erhőhet hat: und sein Reich sey über sie in alle Ewigkeit / Amen.

CAPUT XIV.

I. Tobias senior moriturus completis 102. *ætatis suæ annis,* 1.

II. Filium ac nepotes hortatur, ut sepultis parentibus è Ninive migrent, quam evertendam dicit, & Jerusalem instaurandam: 6.

III. Exhortans illos ad pietatem. 10.

Das XIV. Capitel.

I. Deß alten Tobiå Alter und Tod / 1.

II. Weissaget vom Untergang der Stadt Ninive / Erneuerung Jerusalems / und Beruff der Heyden zur Kirchen GOttes / 6.

III. Hinterlaßt heylsame Lehrstuck / 10.

IV. Tobias/ der Jüngere/ ziehet nach seiner Eltern Tod gen Rages zum Raguel/ und stirbt daselbst in gutem Alter/ 14.

1. Also ward deß Tobiä Red vollendet. Und Tobias lebete zwey und viertzig Jahr nach dem er am Gesicht wider erleuchtet worden und er sahe seine Kinds Kinder.

2. Und nachdem er hundert und zwey Jahr gelebet / ward er zu Ninive ehrlich begraben.

3. Dan er verlohr das Liecht seiner Augen / da er sechs und fünfftzig Jahr alt war / und bekam es widerum in seinem sechtzigsten Jahr.

4. Aber die übrige Zeit seines Lebens war er in Freuden / und mit gutem Zunehmen in der Forcht GOttes fuhr er dahin im Frid.

5. Aber in der Stund seines Tods rieff er Tobiam seinen Sohn zu sich / und siben junge Knaben seines Sohns Kinder / und sprach zu ihnen:

II. 6. Der Stadt Ninive Untergang ist nah: dan deß HErrn Wort fehlet nit: und unsere Brüder die zerstreuet seynd auß dem Land Israel / werden widerum dahin kommen.

7. Und ihr gantzes Land/ das wüst ist / wird erfüllet werden / und das Hauß GOttes / das darin verbrandt ist / wird widerum aufgebauet werden / und all die / welche GOtt förchten / werden widerum dahin kommen.

8. Und die Heyden werden ihre Abgötter verlassen / und gen Jerusalem kommen / und darinn wohnen.

9. Und es werden sich alle König der Erden in ihr erfreuen und den König Israel anbetten.

III. 10. Derwegen meine Kinder/ höret euren Vatter: Dienet dem HErrn in der Warheit u. trachtet dahin daß ihr thut/ was ihm wolgefält.

11. Befehlet auch euren Kindern / daß sie Gerechtigkeit thun / und Allmusen geben/ daß sie an GOtt gedencken / und ihn zu allerzeit in der Warheit / und von allen ihren Kräfften loben.

12. So höret mich nun / meine Kinder / und wollet nit hie bleiben / sondern an dem Tag/ wan ihr eure Mutter neben mir in ein Grab gelegt habt/ so richtet hernach eure Weeg / daß ihr von hinnen ziehet:

13. Dan ich sehe/ daß ihre Boßheit ein End mit ihr wird machen

IV. 14. Es begab sich aber nach dem Tod seiner Mutter / daß Tobias mit seinem Weib / und Kindern / und Kinds Kindern von Ninive scheidete/ u. widerum kam zu seinem Schwäher u. Schwiger.

15. Und er fand sie gesund in einem guten Alter / und er trug Sorg für sie / und that

IV. Quod filius observans, tandem ad soceros revertitur, ibique completis 99. annis moritur. 14.

1. ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum.

2. Completis itaque annis centum duobus *a*, sepultus *b* est honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque & sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5. In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, & septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitq; eis:

II. 6. Prope erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini *c*: & *d* fratres nostri, qui dispersi *e* sunt à terra Israel, revertentur ad eam.

7. Omnis autem deserta terra ejus replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa *f* est, iterum reædificabitur: ibique *g* revertentur omnes timentes Deum.

8. & relinquent gentes idola sua *h*, & venient in Jerusalem, & inhabitabunt in ea,

9. & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem Israel.

III. 10. Audite ergo filii mei patrem vestrum: Servite Domino in veritate, & inquirite ut faciatis quæ placita sunt illi:

11. Et filiis vestris mandate ut faciant justitias & eleemosynas, ut sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua.

12. Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hîc: sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc:

13. Video enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

IV. 14. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reversus est ad soceros suos:

15. Invenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipsi

a Gr. *Centum quinquaginta octo.*
b Anno M. 3341. Anc. Chr. 663.
c quod prædixit per Jonam & Nahum.
d 1. *Esdr.* 3. 8.
e Hebr. *dispergetur.*
f Hebr. *combaretur*: hæc enim futura, spiritu prophetico prædixit Tobias, quæ ipse videre minimè potuit.
g i. eóque.
h quia gentes ad Christi Ecclesiã convertentur.

i græcè 127.
k Græc. additur in Ecbatanis.
l in Græco additur eum priusquá moreretur audivisse interitum Ninives quæ capta est à *Nabuchodonosore* & *Assuero*, id est à *Nabopolassare* Nabuchodonosoris magni patre, & Astyage Cyri avo (Assueri quoq; nomine, Daniel 9. appellato) qui conjunctis viribus Niniven oppugnarunt: unde Syrus ait *captivitatem in quam ipsā duxerunt in Mediam.* Idq; anno 95. Israeliticæ captivitatis, hoc est Mundi 3378. Atq; ita Tobias junior, qui hîc dicitur vixisse 99. annos, fuit annorum 4. cùm abduceretur: Et eversa est Ninive, Josia regnante, ut Hieronymus confirmat proœmio in Jonam.
a Is videtur esse Dejoces, qui Ar-

ipse clausit oculos eorum: & omnem hereditatem domûs Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16. Et completis annis nonagintanovem *i* in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum *k*.

17. *l* Omnis autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus in bona vita, & in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

ihnen die Augen zu / und bekam die gantze Erbschafft deß Hauß Raguels: und er sahe das fünffte Geschlecht / seine Kinds-Kinder.

16. Und nachdem er neun und neuntzig Jahr in der Forcht deß HErrn erfüllet hatte / begruben sie ihn mit Freuden.

17. Aber alle seine Verwandschafft / und sein gantz Geschlecht blibe in einem guten Leben / und heiligen Wandel / also daß sie so wohl GOtt / als den Menschen angenehm waren / und allen / die im Land wohneten.

LIBER JUDITH.

CAPUT I.

I. Nabuchodonosor victo rege Medorum, 1.
II. Cunctis regnis imperare cupiens, nuntios ad ea mittit; quibus absque honore remissis, indignatus jurat se id ulturum. 7.

ARphaxad, *a* itaque rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, & ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis,

2. ex lapidibus quadratis & sectis *b*: fecit muros ejus in latitudinem *c* cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò ejus posuit in altitudinem cubitorum centum.

3. Per quadrum verò earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuitque portas ejus in altitudinem turrium:

4. & gloriabatur quasi potens in potentia exercitûs sui, & in gloria quadrigarum suarum.

5. Anno *d* igitur duodecimo regni sui: Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum

6. in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Jadason in campo Erioch regis Elicorum.

II. 7. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor ejus elevatum est: & misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano,

Das Buch Judith.

Das I. Capitel.

I. Arphaxad / wird von Nabuchodonosor überwunden / 1.
II. Nabuchodonosor schickt Gesandte auß / andere Königreich an sich zu bringen; welche alleuthalben werden abgewisen / 7.

ARphaxad / der Meder König hatte vil Völcker unter seine Herrschafft gebracht: und er bauete eine sehr mächtige Stadt / die er Ecbatanis nennte:

2. Er machte ihre Mauren von Quader- und gehauenen Steinen / in die Höh sibentzig Elen / und in die Breit dreyßig Elen / ihre Thurn aber / die er daran setzte / waren hundert Elen hoch.

3. Und durch die vier Eck war eine jegliche Seit zwantzig Schuh breit / und ihre Porten machte er so hoch als die Thurn.

4. Und er berühmte sich / als ein Gewaltiger in der Macht seines Heers / und in der Herrlichkeit seiner Wagen.

5. Aber im zwölfften Jahr seines Reichs / stritte Nabuchodonosor der König von Assyrien / der in der grossen Stadt Ninive regierte / wider Arphaxad / und übergwältigte ihn

6. In dem grossen Feld / das Ragau genannt wird / beym Fluß Euphrate / und Tigris / und Jadason / im Feld Erioch / deß Königs der Eliker.

II. 7. Da ward das Reich Nabuchodonosor erhöhet / und sein Hertz erhube sich: und er schickte zu allen / welche in Cilicia / und zu Damasco / und am Libano wohneten /

8. Und zu den Völckern die am Carmel / und Cedar waren/ und die in Galiläa wohneten / im grossen Feld Esdrelon /

9. Und zu allen die in Samaria waren / und über den Fluß Jordan bis gen Jerusalem/ und zum gantzen Land Jesse/ bis man kommt zu den Gräntzen deß Morenlands.

10. Zu disen allen sandte Nabuchodonosor / der König von Assyrien Botten:

11. Sie aber alle widersprachen einmüthig/ und schickten sie leer widerum zuruck / und verwurffen sie ohn einige Ehrerbietung.

12. Da ergrimmete der König Nabuchodonosor wider all dises Land / und schwur bey seinem Thron/ und bey seinem Reich/ daß er sich an all disen Landschafften rächen wolte.

Das II. Capitel.

I. Nabuchodonosor halt Kriegsrath / schickt Holofernem mit grossem Kriegsheer wider dieselbige Völcker/ 1.

II. Holofernes überwältigt mit seiner Kriegsmacht unterschidliche Völcker/ 12.

1. IM dreyzehenden Jahr deß Königs Nabuchodonosor/ am zwey und zwantzigsten Tag deß ersten Monats/ ist im Hauß Nabuchodonosor/ deß Königs von Assyrien / das Wort ergangen / daß er sich rächen solte:

2. Und er berieff alle Aelteste / und alle seine Oberste und Kriegsleut / und hielt seinen heimlichen Rath mit ihnen:

3. Und er sagte/ seine Gedancken wären dahin gerichtet/ daß er das gantze Land unter seine Herrschafft bringen wolte.

4. Als nun das Wort allen wol gefiel / forderte der König Nabuchodonosor zu sich Holofernem / den Obersten über sein Kriegsheer/

5. Und sprach zu ihm: Ziehe auß gegen alle Königreich/ die gegen Nidergang der Sonnen gelegen seynd/ und insonderheit wider die jenige / die mein Herrschafft verachtet haben.

6. Dein Aug sol keines Königreichs verschonen/ und du solst alle feste Städt unter meinen Gehorsam bringen.

